ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SVPPLEMENTVM

I

PARS PRIOR:

CARMINA IN CODICIBVS SCRIPTA

RECENSVIT

ALEXANDER RIESE

FASCICVLVS I:

LIBRI SALMASIANI ALIORVMQVE CARMINA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXVIIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

I

Nouam Anthologiae quae dicitur Latinae editionem qui parare instituit, eum hoc primum docere oportet, quas in eo opere firmas certasque rationes sequi sibi proposuerit. Quas rationes ita demonstrabo, ut primum quae carmina quoque ea ordine in anthologiam recipienda sint indicem. Notum enim est omnibus, eam, si totam rem spectes, nulla antiqua auctoritate niti Anthologiae Graecae instar in codice Palatino nobis traditae, sed nostris demum saeculis e diuersis fontibus nullo certo ordine hinc illinc conglutinatam esse. Primus etenim, ut exiguas G. Fabricii et Cl. Bineti collectiones taceam, *Iosephus Scaliger* in appendice Vergiliana ueterum poetarum 'catalecta poematia' Lugduni 1573 (repetita Lugd. Bat. 1595. 1617) edidit; quem maioribus etiam copiis usus secutus est *Petrus Pithoeus* cum 'Epigrammata et poematia uetera, quorum pleraque nunc primum ex antiquis codicibus et lapidibus, alia sparsim antehac errantia, iam undecunque collecta emendatiora eduntur' Parisiis a. 1590 publici iuris faceret, repetita Lugd. 1596. Geneu. 1619. Sed uterque opera satis tumultuaria, id quod et ipsi cum temporis angustiarum excusatione confitentur, cum egregie multa agerent, alia quoque licentius instituerunt, cum et fontes suos fere nusquam indicarent et poetarum nomina audacter carminibus ἀδεσπότοις adponerent et multa ab antiquitate aliena perperam

admiscerent, saepe etiam in uerbis poematum a fontibus suis tacite discederent. Quod eo magis dolendum est, quia eorum qui deinde anthologiam ediderunt (*Petrum Burmannum Secundum* dico, cuius opus Amstelodami a. 1759 et 1773 duobus uoluminibus prodiit, et *Henricum Meyerum Turicensem* qui Lipsiae a. 1835 duobus tomis edidit) neuter is erat, qui errorum fundamenta et strenue et sagaciter detegeret, sed opibus paratis parum utentes prioresque editiones magis quam par erat repetentes 'augendi' praecipue studio per se laudabili auehebantur in eis quoque partibus, quae potius ut minuerentur efflagitabant. Accedit quod in uerbis constituendis nunc traditae in prioribus editionibus lectionis iusto tenaciores sunt, nunc uero — praecipue Burmannus, N. Heinsii felix interdum imitator — liberrime mutantes ad Augusteae aetatis elegantiam omnia reuocare temptant. Ordinem hae editiones omnes adhibent eundem, quem in inscriptionum syllogis hodie demum relictum uidemus, a *rebus* in carminibus tractatis desumptum, e. c. Burmanni liber primus hisce partibus 'De diis, de deabus; heroes et heroides' constat, secundus 'Viri illustres uel docti' inscribitur, tertius qui inscriptione caret de singulis rebus carmina complectitur similiterque quintus 'Miscellanea' et 'De animalibus' continens, sextus denique Priapeis constat Luxoriique carminibus. Nec liber quartus, quo inscriptiones metricae leguntur, fontium magis quam rerum rationem habet. Neque aliter Meyerus egit, nisi quod certorum auctorum carmina ordine temporis habito composita reliquis praemittit, duas rationes miscens. Mihi uero neque a *temporibus* neque a *rebus* ordo instituendus uidetur, cum ille in longe plurimis omnino non possit adhiberi, hic et nullius fere usus sit (quemnam e. c. usum carmina de deis collocata habent?), praesertim cum index rerum in fine operis totius addendus sit, et ne ipse quidem omnino perduci possit, aliis carminibus in nulla, aliis in plura horum argumentorum quadrantibus. Sed quem ordinem sequamur? Eum ni fallor, quem ipsius

rei natura atque indoles indicat. Nulli enim alii usui hoc corpus nostris demum ut diximus saeculis inceptum inseruire potest, nisi ut carmina dispersa et errantia, quo minus euanescant et e memoria hominum labantur, uno conspectu componantur: est igitur tamquam *supplementum* quoddam reliquae poesis Latinae[1]), eodem quo illa modo edendum. Sicut igitur Horatium editurus non amatoria carmina uel symposiaca uel didactica ab aliis separabis, sed codicum ordinem sequeris, sic in nostra quoque re in librorum manu scriptorum auctoritate nitendum erit, ita ut singulorum codicum (quos temporum ordine quantum fieri potest adhibito se excipere par est) carmina eo quo in illis extant ordine proponamus. Id quod multis nominibus utile esse paullatim elucebit.

Ex ea uero quam descripsi Anthologiae indole hoc quoque certo sequitur, quae carmina sint quaeque non sint recipienda: non recipienda sunt et maiora omnia et minora ea, quae in suis quaeque editionibus, in quas quidem non forte fortuna inlapsa sunt sed ad quas iuste pertinent, facile parari possunt: recipienda, quaecunque praeter illa restant. Et per exempla dicendum, Catalecta Vergiliana et Priapeia et Porfirium Maximianumque et Orestis tragoediam et Ausonii Claudiani Ennodii epigrammata Sulpiciaeque satiram deque sententiarum figuris deque ponderibuet mensuris carmina me non recepisse, neque Diras Lydiamue neque Aetnam Perottianasue fabulas, quaeue Tibulli et heroidum Ovidii libris insunt aliorum carmina, Merobaudem et Pindarum Thebanum, Catonem Dionysium et de arte sua Phocam, Ouidii quae feruntur (Nucem dico et Somnium et Pulicem mediique aeui pessimum De uetula foetum, consolatio-

1) Hoc equidem nomine opus dicere malim, quod omnimodo aptius est quam usitatum illud 'Anthologiae': ἄνθη sane non pauca insunt talia, qualia οἱ ἀνθολογοῦντες intacta relinquere quam decerpere malint. Cf. iudicium Fr. Passouii in 'Vermischte Schriften' p. 75 sqq. uel in Erschii et Gruberi Encyclop. ser. I tom. IV p. 262—268.

nem quoque ad Liuiam, recentis fortasse aeui) et panegyricum ad Pisonem. Christianorum autem, quamquam per se ipsos a proposito meo non potui excludere, tamen minora tantum carmina et fere minima hic illic sparsim errantia recepi, quia alia omnia (anonyma quoque uelut De Sodoma et De Iona carmina) in scriptorum ecclesiasticorum editione Vindobonensi academica a Francisco Buechelero simul editum iri speramus. Quodsi fortasse alicubi ab his meis normis aberrauero, recipiendo quae recipienda non erant[2]), magnam quaeso legentes operis difficultatem animo perpendentes benigne ignoscant. Nam quantum taediosi laboris uel in digerenda hac sylloga hucusque indigesta consumpserim, hoc ipsum singillatim eloqui nunc taedet, periti autem existimatores ex ipsius operis altero magis etiam quam priore fasciculo facile cognoscent.

Quae uero carmina apud Burmannum Meyerumue extantia quibusque rationibus ductus omiserim, hoc in alterius fasciculi praefatione singillatim docebitur. Interim hoc adnotasse sufficiat, omnia apud Burmannum et Meyerum extantia omittenda esse, quae uel poetarum aliunde quoque memorabilium (e. c. Ennii Lucilii Varronis Ciceronis Maecenatis) fragmenta sunt uel ut integra carmina uel fragmenta apud quemcunque antiquitatis scriptorem citantur, e. c. apud Ciceronem, Suetonium, scriptores hist. Aug., grammaticos[3]): quae ex supplemento nostro siue appendice litterarum Latinarum propterea exclusa uolumus, quod in illis fontibus iamiam leguntur. De Senecae autem et Petronii quae dicuntur carminibus illa conferenda sunt quae in Fleckeiseni annalibus philologicis mox disputabimus.

2) Consulto tamen e codice Salmasiano, quem pro fundamento totius operis habui, omnia recepi, ea quoque quae ex genuinis Ouidii Propertii Martialis poematis in eo continentur.

3) Vnum excipiam carmen in Rusticii ad Eucherium epistola traditum (856 Mey.): nam nemini haec in promptu est.

Terminum carminibus eligendis sexti p. Chr. saeculi finem constitui, cum hoc ad antiquitatem licet infimam uere totum pertineat, septimo uero in Italia et Gallia uestigia rei poeticae extent nulla, in Britannia uero et Hibernia tunc demum carminibus pangendis indulserint antiquos quidem hi quoque imitantes, sed tempore locoque ab eis distincte separati. Nullus tam certus in Hispania terminus est, quare latius euagari quam artius adstringi ibi praetuli. Medii aeui carmina (ut de recentioribus taceam), quae Burmannus et Meyerus non pauca habent, omittenda esse patet. — Hoc denique cauendum est, ne in reiciendis carminibus ullo modo rationibus quae dicuntur aestheticis ducamur: cui uitio incidit et Duebnerus[4]), qui in libri Meyeriani recensione ceterum sagaciter instituta (Ztschr. f. althswiss. 1837 p. 1—42) carmina mutila reicienda dicit, et Luc. Muellerus, cum mus. rh. XVIII 432 sq. centones Vergilianos excludi inscriptionesque non nisi pulcriores recipi iubeat. Quanto rectius et φιλολογώτερον Lessingius de Anonymo qui Neueleti dicitur disserens: 'Ich schäme mich nicht zu bekennen, dass ich selbst einer von denen bin, die durchaus nichts wollen untergehn lassen, was auf sehr altem Pergamen (obsoletissimis membranis) stehet, wenn es auch schon noch ein wenig schlechter ist als die angeführten Zeilen doch wirklich nicht sind.' 'Anthologiae' nomine illi in prauam opinionem ducti sunt, quod nomen a Burmanno exortum huic operi ut dixi haudquaquam aptum est.

Omnino igitur huius Anthologiae ratio haec erit, ut uolumen prius carmina contineat in libris manu scriptis

4) Duebnerus qui a christianis quidem inscriptionibus, etsi antiquae sint, abstineri uult, tamen etiam medii aeui carmina, quaecunque antiquitatis aliquam indolem retinuere, recipi iubet. Sed hoc rursus alius syllogae erit, et ipse si opus suscepisset, mox puto haec quoque addere destitisset. Rectius idem praeterea 'das ächte aus Burmann (mit übergehung der epigramme aus schriftstellern), einen theil der poetae minores von Wernsdorf' recipi uult.

seruata, quos quantum potero saeculorum ordine collocabo. Prioris autem fasciculi pars plurima Salmasiani libri carminibus occupatur, qui syllogae antiquitus iam institutae imaginem prae se ferens optimo iure quasi pro fundamento totius operis habendus est. Altero huius uoluminis fasciculo carmina in aliis libris inde ab octauo saeculo seruata comprehendentur, ibique illa quoque, quorum nullus hodie codex scriptus superest quaeque dubia adeoue spuria iudicanda sunt, ponentur uel illustrabuntur. Indices praeterea, quos interim ne priori quidem fasciculo omnino deesse uolui, locupletissimos, qui omnem quoque illam utilitatem praebebunt, quam ordine carminum a rebus desumpto priores editores assecuturi erant, fasciculus ille continebit; quem non ita multo post proditurum esse spero. Si interim uiri docti siue collationes siue carmina inedita e reconditioribus fontibus hausta, quae me forsan latuerint, mecum ut in re ab uno homine uix plene perficienda benigne communicabunt, quod ut faciant enixe eos rogatos uelim, grato id animo testabor. Iam nunc uero maximas gratias laete agere uiris doctissimis licet, qui (ut de bene meritis in alterum fasciculum nunc taceam) huic priori parti operam suam humane nauare uoluerunt: inprimis Alfredo Holder amico Badensi, qui indefessa et opera et amicitia codices Vossianos fol. 111 et quart. 86 et Valencenensem 389 meum in usum contulit; deinde Gastoni Boissier Parisino et Ernesto Martin nunc Friburgensi, qui eos librorum Parisinorum locos, in quibus mea adnotata non sufficiebant, contulerunt; Gulielmo du Rieu Leidensi, qui carmina 5 et 6 ex libro Vossiano q. 9 officiose mihi descripsit; Guignardio denique bibliothecario Diuionensi, qui de bibliothecae suae copiis interrogatus perofficiose mihi respondit. Parisinos autem codices, inprimis Salmasianum et Thuaneos, ipse a. 1865 contuli.

Alterius uoluminis, quo inscriptiones metricae componentur, edendi, quando eius operis tempus uenerit,

curam in se suscepit Franciscus Buecheler, cuius societas ut mihi periucunda ita libro ipsi utilissima erit.

II

Antiquissimam sed eam non optimam anthologiae ex uariis poetis apud Romanos compositae (nam apud Graecos hic usus antiquior erat: unum Meleagri Gadarensis Στέφανον memoro) memoriam apud Catullum mihi uideor repperisse. Qui cum c. 14 Caluo amico iocose queratur:

Nam quid feci ego quidue sum locutus,
Cur me tot male perderes poetis?
Isti di mala multa dent deaeque,
Qui tantum tibi misit impiorum!
Quod si, ut suspicor, hoc nouum ac repertum
Munus dat tibi Sulla litterator . .

tot poetas uni eidemque libro infuisse monstrant v. 12 sqq.

Di magni, horribilem et sacrum libellum!
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Misti, continuo ut die periret.

Sed isto anthologiae exemplo statim ualere iusso hoc commemoro, Florum quendam (Horatii amicum, si Porphyrioni ad Hor. epp. II 2 init. credendum) 'Electa ex Ennio Lucilio Varrone', i. e. saturarum anthologiam, edidisse. Amicorum autem carmina suis ipsorum adiuncta non raro tunc temporis uel poetae edidere uel, quod ueri similius puto, post poetarum mortem amici edenda curauere; testes sunt sylloga Tibulliana, heroides Ouidianae, catalecta fortasse Vergiliana (non etiam Petroniana). Priapeia quoque tempore satis uetusto concinnata esse uidentur. Multo saepius florilegia talia composita esse mihi quidem uerisimile uidetur, quorum memoria postea euanuerit. Ausonius quoque carminibus suis alia quoque inseruit: 'uersum sine auctore' quem ipse refellit et 'Q. Ciceronis uersus' idem argumentum tractantes quod ipse sibi proposuerat; qui, si codicis antiquissimi Vossiani fol. 111 uerba (cf. Meyerus

ad 67) consideramus, non possumus dubitare, quin ab ipso Ausonio inserti sint. Denique uero ultima regum Vandalorum aetate uel etiam paullo post ea sylloga instituta est, quae in codice Salmasiano ad nostram aetatem peruenit. De qua cum nunc dicendum sit, pauca quaedam de carminibus in libris uetustioribus seruatis (c. 1—6) praemittam.

Primo igitur loco monosticha et decasticha posui et tetrasticha Vergilianis libris in codicibus non paucis praemissa, quia, quamquam non omnia, in Romano uetustissimo inueniuntur. Huius, ut etiam codicum *b c γ*, lectiones ex Vergilii Ribbeckiani tom. III p. 369 sqq. deprompsi. *C* ipse contuli, *E* et *X* Holdero debeo. *E* est liber praestantissimus Ausonii, qui in his carminibus saepe a reliquis libris diuersas (e. c. 1, I monost. I, 4. III, 7. 2, 5—8) et non nunquam meliores (e. c. 1, III, 4. fortasse VII, 10) lectiones praebet. Praefationes ad c. 1 et 2 Romanus omittit; nec tamen ideo suspectae sunt, cum habeant eas et *E* et reliqui: auctor quoque ficto in his se nomine infert, qui Ouidius Naso cluere gestit. Quod uero Burmannus ad II 188 Modestinum auctorem in 'codice grandioribus characteribus exarato' adlatum a Benedicto Philologo Florentino in praef. ed. Iuntinae commemorari dicit, id quamquam Iuntinam uidere mihi non contigit nihili esse et ex qualicumque errore ortum affirmo, cum codex Romanus, qui solus ex talibus codicibus haec continet, auctorem non nominet, reliqui Ouidium Nasonem reuera dicant, in editionibus etiam tandem post initium saeculi XVI huius Modestini ulla fiat mentio. — In aliis quoque non paucis inde a saeculo IX codicibus haec epigrammata extant, quibus sine magno incommodo, ut puto, carui; e. c. Vaticanus 3252 saec. IX Bembini nomine notus, qui (cf. Ribbeck. app. Verg. p. 31 sq.) 'Ouidii Nasonis' praefationes carminum 1, 1—10 et 2, 1—4 continet; Vindobonensis 58 saec. X qui partem horum uersuum habet; Parisinus 7927 s. X, alii. Ceterum 'Ouidius' ille se ipsum si dis placet uersibus primis '*Vergilius magno*

quantum' sqq. imitatur; sic enim in Remediis amoris 395 sq. legitur: *Tantum se nobis elegi debere fatentur, Quantum Vergilio nobile debet opus.* — Monosticha, hucusque separatim edita, codices secutus cum decastichis coniunxi.

In carmine 3 edendo Ribbeckium secutus sum. Ab Anthologiae consilio certe non est alienum.

Carmen 4 primus a. 1867 edidit Leopoldus Delisle (biblioth. de l'école des chartes sér. VI tom. III p. 297 sqq.) ex codice Prudentiano saeculi V, inter Parisinos 8084, cuius folia tria ultima misere afflicta occupat, saeculo ut uidetur sexto Prudentio additum. Inde cepi; uerborum emendationes partim Delislii, plurimae meae sunt. Postea, primis editionis meae foliis iam prelo subiectis, poema codice denuo examinato edidit C. Morel (revue archéol. 1868 p. 451 sqq.), cuius secundis curis cum et de multis codicis locis accuratius iam constet et nonnulla praeterea coniecturis sanauerit, eorum quae praestitit conspectum hic inseram.

Inscriptio deest. 1 sybille *P* 2 ideumque *P* 12 mugir^{t}e *P* 26 trabeatus *Morelius* 28 uoto *uel* metu *Mor.* 31 Sic Iouis *Mor.* 35 in t.] e multis *P teste Mor.* 37 polluere *Mor.* 44 miser ad profana p. *Mor.* 46 urbi *certum P* 49 rum *certum* 51 concreta *Mor.* 53 percu^{it}ss *P* 59 modica stipe factus epaeta *Morelius recte.* epeta *certum P* 62 us in annos *P* 63 uitam *certum P* 64 Hinc tua confisus *P* 65 magalis semper *P* 66 quem la//ciua corum me/////iri*x* comitarecouantem *P* quem lasciua chorum meretrix comitaret ouantem *Morel.* 68 Saturni *P* Hellenum *Mor.* 70 Egaeriae nymfae *P* 42. 45. 72 *eadem quae ego coniecit Mor.* 73 cymalaquem *P* Cymbalaque *Mor.* ber^{a}ecntia *P* 74 Quis Galatea potens iussit Ioue *P* 75 Iudicio Paridis *P* 76 Sacrato *P* nulli *P* 80 Oblitusque sui *P* 82 A////nl*i*os*ta*////ae parua *P* 83 Mitteret inferias *Mor.* M *extat in P* 84 Soluere //////cle*y*//fa//a

foederaleges *P* 86 ma^{r}cianum *P* proconsul ut *P* 87 /a// afus *P* Siluanus *Mor.* pronuba *P* 96 ceris *P* subtes^{r} *P* quid rapta Pr. matri *Mor.* 101 Quem *Mor.* perdere////// *P* perderet Isis *Mor.* 107 Quem *certum P* 109 Attin *P* 115 positor *Mor.* 116 Implorat coniunx, manibusque *Mor.* con^{c}iunx *P*

Carmina 5. 6 ex libro Vossiano saec. VI a me rogatus benigne descripsit *Gulielmus du Rieu.* Idem indicauit, Bandinium iam edidisse et Schneiderum. Bandinius catalogi bibl. Laur. tom. III p. 35 sqq. 78 e codice saec. XIII (73, 16) edidit et in cod. s. XI (73, 41) extare docuit; sed nil noui fructus inde percepi. In *L* et *B* quaedam Apuleio adscripta, medici praecipue generis, inueniuntur; Apuleianam, id est Plautinam (cf. c. 230 Mey.) rei metricae formationem haec quoque carmina prae se ferunt. Quae emendare ea maxime re difficile fuit, quia certo apparet, ea antequam in codices nostros transcriberentur, ab hominibus sensu poetico destitutis in formam prosae orationi similiorem hic illic iam detorta fuisse.

III

Primarium autem syllogae nostrae fundamentum est
A (*A*) codex olim Salmasianus nunc Parisinus 10318 (antea supplementi latini 685), quem inde ab initio saeculi XVII multi et inspexerunt et ex parte transcripserunt[5]), nemo autem ita descripsit, ut aliqua saltem co-

5) Apographa quorum aliquam mentionem accepi haec labore fortasse inutili composui: Antiquissimum a Fr. Iureto Burgundione († a. 1626) factum, cuius in bibliotheca Parisina n. 160 fundi Buheriani hodie seruati Quicheratius meminit bibl. d. l'éc. d. chart. sér. I tom. II p. 130. s. III t. I p. 205. — Apographum N. Heinsii, inter annos 1631 et 1649 descriptum, quo Burmannus usus est; hodie extat Heidelbergae cf. p. XVI. — Codex Vossianus oct. 16, quo *A* inde a p. 46 descriptus est, recenti manu (iam saeculo XV incredibiliter adscribit Duebnerus) 'uitiosissime scriptus': i. e. omnia

dicis imago inde possit animo formari. Id quod nunc facere conabor. Liber est membranaceus, in forma quae dicitur quarta maior, una manu ab initio ad finem scriptus ab eademque ut uidetur ad archetypi fidem (A^1) A^1 emendatus, et nullam praeterea ante Salmasii tempus corrigentis manum passus (praeter c. 354, 5. 364, 4). Exaratus est litteris uncialibus, quarum formas haec fidelis primi uersus imago fere repraesentabit:

IPSE·MANUPATIENS·INMENSAUOLUMINAUERSAT·

Reliquae litterae sunt: bcdfghqxyę(ae). Singulae uoces plerumque interse continuantur; puncta saepe ita satis recte posita inueniuntur, ut uel caesuram uel uersus finem uel minus aliquod uocis interstitium significent. Inscriptiones omnes et secundi cuiusque uersus litterae primae rubro pictae sunt, qua re species quaedam exoritur, quasi omnia distichis conscripta essent, quae eo augetur, quod secundi uersus sub secundis demum tertiisue priorum uersuum litteris incipiunt. Scriptus est liber saeculo septimo, cf. Duebnerus ed. Statii t. II p. 356 adn., Silligius ed. Plinii t. V p. XV; septimo saesulo uel ineunti octauo Silligius ann. philol. VIII p. 201 tribuere ibique de *A* et de Thuaneo 8071 disserere ab Orellio ed. Phaedr. p. 218 narratur (non tamen ibi inuueni),

libri *A* uitia satis accurate reddere uidetur: hunc ego inde noui, quod Burmannus apographi Heinsiani margini lectiones eius addidit. Vossianus etiam Salmasii emendationes adscriptas continet. Ex eo c. 70. 91. 92. 93. 162. 241. 280. 281 primus edidit L. Muellerus mus. rh. XVIII p. 436 sqq. — Vossianus oct. 63, Is. Vossii manu scriptus, continet A p. 1—46: item ex Burmanno eum noui. — Luxorii et aliorum fere LX libri *A* carminum cod. Guelferbytanus siue Gudianus cf. Lessingius IX p. 184 sqq. ed. Lachm. — A. Clementii siue apographum siue excerpta; cf. Burm. I p. XLVIII sq. — Schedae Diuionenses, quas saeculo XVI scriptas Parisiis hodie seruari Duebnerus dicit ztschr. f. althswiss. 1837 p. 8; sed cf. infra. — Schedae Diuionenses, quibus Burmannus usus est quaeque hodie Heidelbergae extant; de quibus statim dicam. — Apographum Cuperianum aliudque Burmannianum L. Muellerus memorat ann. phil. 1867 p. 802.

et Hauptius ber. d. berl. akad. 1862 p. 629 sq. et, septimum tamen praeferens, Duebnerus zeitschr. f. althwiss. 1837 p. 7; octauo Quicheratius bibl. d. éc. d. chart. s. III t. I p. 205 nec non Delislius ibid. s. V t. III p. 506, quo loco neglegenter anthologiam latinam tamquam solum codicis argumentum exhibet. Sed nimius omnino est Auezacius (acad. des inscr. et belles lettres 1852 II p. 306 sq.) ad nonum saeculum librum litteris uncialibus scriptum detrudens. Vbi scriptus sit quibusue in locis per medium aeuum et amplius durauerit, ignotum est. Vestigium quoddam sed incertum, eum in Gallia iam olim fuisse, infra ubi de codice Bellouacensi agam tangam. Primo innotuit, cum 'Jean Lacurne, bailli d'Arnai le Duc' Claudio Salmasio codicem dedit[6]), quod ante a. 1609 non potuit fieri, quo anno Salmasius Heidelberga Diuionem rediit. Quae urbs cum pariter atque Lacurnaei oppidum non procul a celeberrimo Cluniacensium monasterio a. 910 condito (Cluny) sita sit, suspicari licet (quamquam nec in Marrierii et Quercetani Bibliotheca Cluniacensi nec alibi de eius bibliotheca accuratius relatum inueni), codicem illius olim monasterii fuisse, quod bibliotheca mille et octingentis codicibus constante exornatum erat quae inter bella religionis causa exorta spoliata et a. 1562 magna ex parte dissipata est (cf. Encycl. Ersch. et Grub. XVIII p. 100). Ea occasione codex pretiosissimus in manus uicini hominis facile uenire poterat. Nec Scaliger (a. 1573)[7]) nec Pithoeus (a. 1590) de eo ali-

6) 'Ex ueteri libro, cuius nobis copiam fecit eruditissimus et ingeniosissimus castissimique indicii uir Iohannes Lacurnaeus, quem honoris caussa nomino' Salmas. ad scriptt. hist. Aug. p. 44. cf. Menagianorum t. III (a. 1716) p. 14. 81 et Burmannus in anthol. tom. I praef. p. XLVI sqq. qui multa de his omnibus rebus sed incondite disserit.

7) In notis tamen Scaligeri manu ad Pithoeanae poematiorum et epigrammatum editionis exemplar, quod in bibliotheca Vindobonensi (cf. Burm. I p. XXXVIII sq.) extat, adscriptis, quarum apographum, in Burmanni usum a Swieteno factum, Heidelbergae nunc adseruatur (cf. infr.), nonnullae lectiones ex *V. C.* uel *uet. cod.* exhibentur, quae in nullo praeter *A* libro extant, e. c. ad c. 103, 7. 111, 5. 113, 5.

quid compertum habebant. Salmasius autem, cuius nomen summo primae paginae margini ita inscriptum legitur: 'Cl; Salmasij~', et in scriptoribus historiae Augustae a. 1620 et in exercitationibus Plinianis a. 1629 a se editis nonnulla ex eo publici iuris fecit; idemque omnibus fere carminibus signa et emendationes suas adscripsit, quarum quae potiores mihi visae sunt, eas cum littera *a* adnotaui. Salmasius postquam a. 1631 Lugdu- *a*
num Batauorum migrauit, ibi Petro Scriuerio codicem commodauit[8] (et quidem ante a. 1637, cf. Salmasii epistolae ed. Clementii I p. 205), qui in 'Dominici Baudii amoribus' a. 1638 Peruigilium Veneris aliaque inde edi-

131, 7. 156, 7. 183, 1. 5. Quod quamquam non habeo quo satis explicem, tamen non hoc inde efficio, Scaligerum nouisse librum *A*, cuius notitiae praeterea nec uola nec uestigium extat; sed in illam potius sententiam inclino, non Scaligeranas solum sed aliorum quoque notas in margine libri Vindobonensis extare, quas omnes is, qui apographon fecit, Scaligero perperam adtribuerit; quode iudicent, qui librum illum suis oculis uiderint.

8) Scriuerius quidem iam in 'Collectaneis ueterum tragicorum' p. 187 sqq. quae Lugd. Bat. a. 1620 prodierunt, Medeae tragoediae (c. 17) partem priorem (u. 1—134) ex *A* desumptam edidit. Nec tamen inde hoc efficitur, Scriuerium, qui e Batauia sua nunquam egressus est, codicem tuuc ipsum uidisse. sic enim ipse p. 190 'Lectori' indicat: '*Vetus ea Tragoedia . . . extat penes eruditissimum Claudium Salmasium, magnum Galliae suae ornamentum; propediem forte ex vetustissimis membranis in lucem emittenda, cum aliis antiquis monumentis compluribus, hactenus ineditis. quorum spem nobis facit in notis ad Historiae Augustae scriptores.*' Hinc iam sequitur, eum tunc ex apographo aliquo a Salmasio ad se misso, quo ille exempli causa hanc priorem Medeae partem ei descripsit, centonem nosse, non ex ipso codice. Id quod ea etiam re firmatur, quod in Senecae tragoediarum, quas Scriuerius a. 1621 edidit, praef. fol. 2 u. sqq. carmina 232. 236. 237 (Senecae) ut 'ex schedis Pithaeanis deprompta' affert neque ea in *A* extare indicat; quod profecto fecisset, si ipsum iam tunc codicem integrum uidisset. Salmasius autem quae promiserat, ex parua tantum parte a. 1629 praestitit. — In Gallia apud Salmasium Balzacius codicem uiderat et c. 86 et 239 exscripserat, cf. eius opp. (ed. Paris. 1665) tom. I p. 610 sq.

dit. Porro apud Scriuerium uidit ab eoque[9]) accepit codicem Nicolaus Heinsius, qui et in Ouidii Claudianique editionibus (Ouidium primo edidit a. 1652, Claudianum a. 1650) eum tangit et ipse apographum codicis sibi fecit, quod Burmanno praesto erat et inde ab a. 1867 in bibliotheca Palatina seruatur[10]). Sed et alii

9) Non a Salmasio: cf. Burm. l. c. p. XLVIII.

10) Hunc apographorum fasciculum, quo Burmannus in anthologia edenda utebatur quique a. 1867 ex Radinck antiquarii Amstelodamensis auctione meo rogatu a bibliotheca Heidelbergensi emptus est, accuratius paulo describendum puto. Incipit a Salmasiani apographo 'N. Heinsii manu scripto' ut Burmannus addidit, satis diligenter nec tamen prorsus ad amussim facto, quem nonnullis in locis cum mea collatione non inutiliter comparaui. Neque solum 'Burmannus Heinsianis schedis saepe deceptus' est (Meyer. tom. II ad c. 894), sed multo saepius bonam eius lectionem neglegenter et uitiose expressit. Eo continentur Salm. c. 7—16. 18—21. 17. 22—98 (c. 99—106 Burmannus ex cod. Voss. oct. 16 addidit qui et ipse Salm. apographum est), c. 107—198 (omisso carmine 197). Hic undecim folia iniecta sunt, in quibus Burm. ex cod. Vossiano c. 198, 83—89. c. 380—382. 201—276 (omissis c. 203. 217. 219 aliis) descripsit; quem rursus Heinsius c. 277—285 et 287—379 scribens sequitur. Heinsius etiam Salmasii emendationes, Burmannus codicum Leidensium (Voss. oct. 63 a Vossio scripti et oct. 16, chartacei, recentis) scripturas in mg. addiderunt. — Sequuntur 'Epigrammata ex codice Diuionensi descripta' a manu Gallica, de quibus et infra et in ann. philol. 1868 p. 698 sqq. disputaui. — 'Epigrammata quaedam uetusta ex codice u. c. Iohannis Gerardi Vossii descripta.' Codicem non potui indagare, sed recentissimus est, ut qui etiam 'Pii Papae' (Aeneae Siluii) carmina contineat. Si quae forte ex eo edam, in eo magis Burmannum sequar, quam quod antiqua esse ullo pignore contenderim. Aliqua ex eo cod. Leid. bibl. publ. 78 (cf. Naekii Val. Cato p. 369 sqq.) continet, sed non omnia. Vt haec, ita et 'Varias lectiones in quaedam uetera Epigrammata ex antiquo codice qui olim fuit Scaligeri τοῦ μακαρίτου' N. Heinsius sua manu scripsit. Carmina ex eis sunt quae ad rem astronomicam et similia spectant. — Sequitur Calculi Dionysiani (in *A* p. 189—195) apographum, Salmasiani scripturae in carminibus quibusdam iam ab aliis editis et supra praetermissis, etiam in Symphosio: omnia itidem Heinsii manu, sed a Burmanno neglecta. Sequuntur 'Inedita in u.

codicem dum in Batauia commoratur uiderunt et ex parte, nullus uero totum, descripserunt; cf. supra p. XII adn. Deinde Salmasio a. 1653 mortuo, in Galliam liber rediit, ubi filius eius Claudius Salmasius iunior possedit et inde ab a. 1661, quo ille mortuus est, et Philibertus de la Mare et I. B. Lantinus parliamenti Diuionensis consiliarii (cf. Lessing. opp. IX 185 Lachm. sed etiam Menagiana tom. III p. 14 ap. Burm. l. c.). Hic filio reliquit, qui et in munere patri successit. Mansitque codex in familiis Diuionensibus, quae 'la noblesse de la robe' cluebant, si quidem etiam a. 1726 Doruillio philologo Batauo Diuione in itinere 'praeses Bouherius et senator Bazinus uidendum exhibuerunt'. Quando Parisios uenerit, non accuratissime scio: nondum puto ibi erat a. 1744, quo tempore catalogo bibliothecae regiae sine codicis nostri commemoratione finis impositus est, sed erat a. 1756; tunc enim Ruhnkenius Burmanni gratia multa in Heinsii apographo

c. Vossiano [quart. 86] catalecta', 'Epigramma ad Christum ex u. c. bibl. Leid.', 'Marbodii poema' (Burm. I 105. M. 640) et uaria minuta huc non quadrantia, inter quae ex cod. Leid. quodam inter prosodiae exempla ex Flauiano, Liuio, Numitore, Caesare, Gratio etiam c. 181, u. 3 ut 'ex Sophocle' laudatur, quod explicare nequeo; lectiones Petauiani codicis; uariae lectiones Cl. Salmasii manu adscriptae appendicis Virgilianae margini; Vossiani oct. 15 (saec. XIII) uariae lectiones (cuius ut codici B simillimi ex eoque ni fallor descripti nullam rationem habui) — diuersis omnia mihique ignotis manibus scripta — 'Excerpta ex libro aduersariorum mss. Iosephi Scaligeri qui est penes u. cl. Tiberium Hemsterhusium', in quibus cod. Voss. q. 86 multo curatius quam supra descriptus est, nec tamen uel ibi satis plene habetur. — Albini uersus. Scaligeri emendationes in libri Pithoeani margine scriptae (cf. p. XIV sq. adn. 7). Ruhnkenii apographum codicis Salm. c. 198, 83 — c. 276 (eius scilicet codicis partis quam aut Heinsius praetermiserat aut Burmannus saltem ab illo non habuit), nitide sed non satis accurate scriptum. Pithoei in suae editionis exemplari ab ipso scripta addenda et corrigenda permulta. Item ab anonymo in exemplari bibliothecae Rohaneae scripta. Denique carmen recens, de quo cf. Burm. tom. II p. 384, eius qui ad Lipsium misit manu scriptum. Adparatus sane satis luculentus; si modo Burmannus eo uti melius intellexisset!

omissa Parisiis ex eo codice descripsit. Ruhnkenius uero apographo suo haec uerba inter alia addidit: 'nuper admodum a Salmasii heredibus in Burgundia emptus'. Per saeculum fere Diuione manserat codexque inde 'Diuionensis' non raro tunc praecipue nominabatur. Etiam 'schedae Diuionenses', de quibus agam infra, eo saeculo ex codice descriptae sunt. Inde autem in Parisina iam bibliotheca extat, numero olim 685 supplementi Latini, nunc 10318 totius fundi Latini signatus.

Et haec quidem hactenus; iam age codicem describere pergamus. Incipit hodie a quaternione duodecimo, id quod inde patet, quod in ima margine p. 16 a prima manu adpositum XII legitur, deinde pag. 32 XIII, p. 48 XIIII, p. 64 XV, p. 80 XVI, p. 94 XVII, p. 108 XIII [sic] (horum duorum quaternionum singula folia post p. 90 et 100 excisa sunt antequam codex scribebatur, ita ut nulla existat lacuna), p. 124 XIIII [sic], p. 140 XX, p. 156 XXI, p. 172 XXII, p. 188 XXIII, p. 204 XXIIII, deinde p. 234 XXVI (nam post p. 204 lacuna, inter 206 et 207 folium excisum numerusque XXV omissus est), p. 250 XXVII, p. 266 XXVIII, p. 270 XXX, p. 274 XXXI, p. 290 XXVIII: nam etiam post p. 268 et 272 singula folia excisa sunt et p. 275—290 inter p. 266 et 267 collocandae fuerant. Folium p. 205 sq. post p. 217 sq. suum habet locum. Vltimum igitur codicis folium illud est, quod nunc (a Salmasii ipsius ut uidetur manu hoc in toto codice factum est) paginarum numeris 273/274 insignitum est, ita ut codex a fine pariter atque ab initio mutilus nobis sit seruatus. — Versuum numerus, quos singulae paginae continent, inter 28 et 29 fluctuat, e. c. a p. 33 ad 94 sunt XXVIII, a p. 1 ad 32 et a 95 ad 108 XXIX in paginis singulis uersus.

Codex, cui titulus deest, ab Anth̄ologia incipit, cui postquam p. 188 his verbis

Epigrãmaton · ex͠pli · feliciter ⌒Ɗ ꝺꝫ

finis est impositus, statim sequitur (uncialibus ut haec omnia litteris)

Incip. calculus Dionisi episcopi Alexandrini decemnovemnalis c·I·

quibus in ima pp. 192. 193 parte adduntur

c̃ II Versus domni Petri Referendarii;

deinde p. 196:

III Breuis pimentorũ q; indomo esse debeant ut condimentis nihil desit (Hauptio nunt. acad. Berol. 1862 p. 630 teste '*Apici excerpta a Vinidario vir intut.*' additum est), qui libellus p. 203 fin. clauditur:

Expli.brevis ciborum.

Pag. 204 nil nisi inscriptionem *Incipit de ponderibus* continet, quae ad carmen Prisciano adscriptum de ponderibus et mensuris fortasse pertinuit. Tunc p. 207 (u. supr.) de Honorio scholastico narratiunculae incipiunt quas Hauptius l. c. p. 629 sqq. edidit. Initium deest, in margine numeri a septimo ad decimum adscripti sunt. Sequitur p. 211

XI Postolatio muneris, carmen ut ex codd. *BV* apparet ad anthologiam pertinens, in qua id *A* p. 116 praetermisit (c. 216).

XII Incipit sententię sci Syxti epi e filosophi, quae paginas 212—218. 205—206. 219—228 occupant.

P. 228 fin.: *Incip. Luci Anei Senice monita.* 'Licit cunctorum poetarum carmina' sqq. In fine p. 238 accuratius describitur: *Luci Anei Senece ad Gallionem fratrem de remediis fortuitorũ expl.*

P. 238: *XIIII Incipit cronica Iulii Cęsaris:* 'Iulio cęsare et marco antonino consulibus omnis orbis' sqq.

P. 262: *XV Incipit de remediis salutaribus* (p. 262—266. 275—290. 267—273), quae ex Plinii libro XIX sumpta esse recens manus adnotauit; edidit Silligius ed. Plin. tom. V p. XXII sqq. Cf. nunc Detlefsenus ed. Plin. t. III p. 3, qui sex folia excisa esse dicit.

P. 273: *Apulei. Platonice. explicit de remediis salutarib; feliciter. XVIII* (sic) *Incipit uersos de singulis causis sunt uẽr LXX:* p. 273. 274, ubi fine codicis mutili praematuro abrumpuntur. —

Numeris igitur insignita sunt opuscula post anthologiam omnia, quorum duo (II. XI; fortasse et XVI) ad eandem pertinent. Sed ipsa anthologia hos numeros praecedit. Hinc fortasse effici potest, illam tamquam primarium codicis argumentum fuisse, reliqua membranis concedentibus tamquam appendicem addita esse, unde sequatur, eam primam codicis partem totam occupasse eiusque quaterniones undecim deperditos, quae paginis constabant 176, uersuum fere quinque millibus anthologiam nostram si superessent ditaturos fuisse. Quamquam prorsus ea carmina non puto interiisse: uestigium quoddam eorum de *V* agens monstrabo. Sed et in fine codicis mutili aliorum carminum collectio incipit tantum, ut statim desinat.

Inerant igitur codici, si numerorum lacunae supplentur, haec: Anthologia carminum; deinde I Calculus Dionysii, II Petri Referendarii uersus, III Apicii excerpta, IV De ponderibus, V—X de Honorio narratiunculae sex, XI Epigrammaton supplementum, XII Sixtus, XIII Senecae de remediis fortuitorum, XIV Caesaris chronica, XV Apuleii de remediis salutaribus, XVI Altera epigrammaton collectio. Quae omnia memoratu quantumuis dignissima catalogus adhuc nullus suppeditat, cum Delislius satis habuerit his verbis '10318. Anthologie latine. VIII. s. écriture onciale' in catalogi supplemento codicem describere (cf. bibl. de l'éc. d. chart. s. V t. III p. 506).

Iam ipsa quoque Anthologia in capita uel libros diuisa est; quod cum nemo adhuc obseruauerit[11]), tamen non est nullius momenti. Post centones igitur Vergilianos

11) Quod Duebnerus l. c. p. 7 sq. dicit: 'ich lege um so mehr Gewicht auf diese Ordnung [carminum in codice], weil sie einigemal, durch beigesetzte Nummern, zu verstehen gibt, dasz mehrere bis jetzt anonyme Epigramme einem wirklich angegebenen Dichter gehören', non recte de horum numerorum usu iudicauit. Idem p. 21 perperam opinatur, Pentadio multo plura quam adhuc factum sit e Salmasiani carminum ordine tribuenda esse: sed ea non singillatim enumerat.

p. 1—46 occupantes in extrema p. 47 rubro itidem colore a prima manu in margine adscriptum est *VIII*. Deinde post longum illud declamatorium carmen 21 et alia quaedam et uersus serpentinos p. 66 ad Porfiri anacyclica *X* legitur, p. 67 'de tabula' *XI*, ibidem ad carmen Didonis Aeneae missum *XII*, deinde p. 73 *XIII*. Sequuntur permulta ad genus ἐπιδεικτικὸν plurima ex parte pertinentia; p. 108 legitur *Liber grãmaton explicit XVI ∵ incipit · peruirgiliũ · Veneris trocaico · metro sunt uero uersus XXII*. P. 118 ad Coronati 'thema Vergilianum' adscriptus est numerus *XX*; in reliqua parte talia non occurrunt, nisi quod p. 156 Luxori *liber epigrammaton* incipere dicitur. Nam numeros non omnes scriptos sed nonnullos omissos esse per se patet; nec mirum, cum codex quamquam antiquissimus tamen procul ab anthologiae archetypo non quidem tempore absit sed librariorum socordia deflexerit. Qui et carmina tota omiserunt: quorum unum (v. supra) p. 212 additum est. Iam uerborum ambagibus relictis, quae singulorum anthologiae Salmasianae librorum indoles ac ratio fuisse mihi uideatur, paucis describam.

Lib. I—VI in hoc quidem codice deperditi sunt.

VII Centones Vergiliani p. 1—46.

VIII Carmen declamatorium cum aliis quibusdam[12]).

IX Versuum serpentinorum disticha p. 61—66.

X Carmina anacyclica, quorum unum tantum hic seruatum est p. 66—67.

XI De tabula p. 67. Alia eius generis libro olim addita fuisse puto.

XII Epistola declamatoria p. 67—73.

XIII Carmina de rosis p. 73—74.

XIV (a 'Praefatione' p. 74 incipiens) carmina multa res describentia (e genere ἐπιδεικτικῷ) continet; saepe plura easdem res 'Aliter' rursusque 'Aliter' quasi e

12) Nisi potius pro VIII p. 47 scribendum est VII, ut liber VI centones, VII carmen declamatorium, VIII alia illa contineat. An forte etiam 'Praefatio' (19) pro uno libro habenda est?

certamine describunt; permulta horum carminum tribus distichis constant. Etiam duo illa quae 'praefationem' praecedunt huc pertinent. p. 74—101.

XV Carmen declamatorium p. 101—104.

XVI Carmen ludicrum p. 104—108.

XVII Peruigilium Veneris p. 108—112.

XVIII Carmina ad Vandalos spectantia p. 112—116.

XIX Carmina amatoria p. 116—118[13]).

XX Coronati aliorumque carmina, quibus nomina poetarum plerumque addita sunt p. 118—134.

XXI Alia carmina, auctoribus additis p. 134—141.

XXII Aenigmata Symphosii p. 141—156.

XXIII Luxorii liber epigrammaton p. 156—188.

Horum uero singulorum librorum plures comprehensos singulas quasdam maioris ambitus collectiones formasse ex re quadam necessario consequitur, quae hucusque non nisi ex parte nota et a nemine iuste explicata erat. Pagina 47, in qua liber VIII incipit, post inscriptionem *Versus Octauiani* sqq. hoc additum est: *sunt uero uersi CLXXII*. At carmen illud duodecim, sequens uero 285 uersibus constat. Deinde, ut dixi, *Peruigilii Veneris* quo liber XVII siue incipit siue constat, p. 108 inscriptioni adscriptum: *sunt uero uersus XXII*, cum constet uersibus 93. Porro p. 118 liber XX incipit a *Loco Vergiliano Coronati*, cui additum: *ursus XXIII*. Paulo post (p. 134) *Flauii Felicis postulatio honoris . . . . sunt ũr XXXII*. Coronati uero carmen 29, Felicis 40 uersibus continetur. Deinde in *Luxorii* carminum initio legitur: *sunt ũr' LXXXXVII*,

13) Vt p. 116 ab *epistula amantis* nouum librum incipiam, hoc et re ipsa efficitur et praeterea ea de causa, quod in libris Thuaneo et Vossiano huic carmini praepositum est '*Incipit*', id quod nisi in librorum initiis in hac sylloga nusquam factum est, cf. Salm. p. 108. 118. 156. (188.) (212.) 273. In Thuaneo *Incipit* Iudicio coci et pistoris praescriptum est: quare librum XVI, hoc quoque re ipsa efflagitante, a p. 104 incepi. cf. etiam Thuan. ad c. 223 et 389. In ipsa editione certissimos tantum numeros adposui.

quorum primum uiginti sex, omnes uero simul plus quam septingentis uersibus constant. Denique p. 273, ubi *uersus de singulis causis* ad anthologiam fortasse non pertinentes incipiunt, '*sunt uer̃ LXX*' additum est. Horum numerorum cum adhuc fere solus ille Peruigilio adscriptus notus fuerit, uiri docti ut corruptum emendare conati sunt: sed omnes hi numeri a sequentium carminum ueris uersuum numeris ita absunt, ut omnes emendandi conatus frustrentur. Quid uero, si omnia facillima ratione enodabo? Inde a p. 47 usque ad p. 108 (c. 20—199), ubi proximus numerus inuenitur, carmina 180, sin uero inscriptiones in codice extantes sequimur, 172 numerantur. Hoc est quod illis '*sunt uero uersi CLXXII*' dicere uoluit librarius; uersuum igitur pro carminum uocabulo utitur, ut factum est c. 120, 5 uel in Gruteri inscrr. 703, 2. — Sic a p. 108, ubi *uersus XXII* indicantur, ad p. 118 reuera 22 extant carmina (c. 200—222, exc. 216). In archetypo anthologiae his iniuncta erat *postulatio muneris* c. 216: consequitur inde, hos numeros non ab ipso anthologiae compilatore, sed postea demum, cum iam duae codicum familiae ortae erant, quarum altera tantum in excerptis codd. *BV* seruata *postulationem muneris* suo loco retinuit, a librario familiae libri Salmasiani additos esse. Caue igitur numerum mutes, quo cum peruigilii uersibus congruat! Deinde p. 118 *uersus XXIII* indicantur: scilicet hinc ad p. 134 uiginti quattuor carmina (c. 223—253; sed 245—252, nullis titulis discreti, pro uno habentur) sunt. Ad p. 134 progredior, quamuis nullus ibi noui libri numerus extet; sed ibi Felicis carmini additur, esse: *uersus XXXII.* Nempe a Felicis carmine si per triginta duo (c. 254—285) progredimur, ad Symphosii initium peruenimus. In hoc nil tale notatur, Luxorius uero quod *uersuum LXXXXVII* esse dicitur, ipsius quidem carmina 89, deinde alia octo (378 in quinque diuiditur) leguntur ad finem (p. 188), qua re is numerus efficitur. — '*De singulis causis*' denique carmina, quorum sextum iam abrumpitur codicis fine, septuaginta olim fuisseapposito numero discimus.

p. ? — 47	(lib. ? —VII)	— carmina		?
p. 47—108	(lib. VIII—XVI)	—	—	CLXXII
p. 108—118	(lib. XVII—XIX)	—	—	XXII
p. 118—134	(lib. XX)	—	—	XXIII
p. 134—141	(lib. XXI)	—	—	XXXII
p. 141—156	(lib. XXII)	—	—	[I (ni mauis C)]
p. 156—188	(lib. XXIII)	—	—	LXXXXVII

Haec uariarum partium discrimina cum ita tantum intellegi queant, ut ex diuersis fontibus singulae partes deductae sint, id quidem hodie quoque dispici potest — nam cetera ualde obscura sunt — alias harum partium Africanam originem aperte prodere, in aliis nihil esse quod ad Africam spectet. Veluti prorsus fere ad Africam uel ut accuratius dicam ad Thrasamundi et Hilderici aetatem, quorum ille a. 496, hic post Thrasamundum a. 523 Vandalorum regnum suscepit, liber XVIII pertinet; ad eandem Luxorius cum Florentino, quo in libro etiam Calbulus (et Petrus?) Afri fuisse uidentur, u. p. XXVI. — Contra in magno illo corpore p. 47—108 complectente, si unum de Luxorio poematium 37 et Octauiani (u. ibid.) c. 20 excipias (nam Etemundis nomen c. 78 et Varitinnae ferocis et Salautensis stirpis memoria c. 156 ad quam Germanorum gentem pertineat incertum est), nihil omnino Africam redolet; imo quod c. 183 legitur '*Faex Garamantarum nostrum processit ad axem*' ad aliam potius quam Africam regionem spectare uidetur. Notabile etiam est, Martialis et Porfirii et Flori carmina huic parti inesse. — Inter centones unus est Luxorii Afri, reliquorum (ut Mauortii) patria nescitur; Medeae iam Tertullianus tribus ante Vandalos saeculis meminit. — Liber XX (p. 118—134) Coronati, qui erat (cf. p. XXVI) Africanus, duo carmina continet, praeterea nihil illam prouinciam prae se ferens; item p. 134—141, ubi ne de Flauio Felice quidem omni dubitatione caret, num sit idem ille Felix, qui p. 114 sqq. thermas Alianarum cecinit. Nam et '*goticus*' ille barbarorum strepitus p. 141 quis scit num in Vandalos praecipue dictus sit? Plurima

saltem huius partis carmina non oriunda esse Africa pro certo scimus. — Symphosii patria ignoratur. — Sed *de singulis causis* carmina ad Vandalorum aetatem referenda uidentur et quidem c. 387 ad Hunerici regnum pertinet (a. 477—484). Videmus quam sine iure tota collectio Salmasiana a nonnullis pro Africana habetur, cum potius partes nonnullae (l. XVIII; non tamen XVII et XIX; fortasse lib. XXII Symphosii, u. ibid.; l. quem dixi XXIII; l. de singulis causis) id nomen meruerint, reliquis autem uel tenues uel omnino nullae Africanae originis particulae admixtae sint. Quid Duebnerus senserit, qui (ztschr. f. althswiss. 1837 p. 7) e tribus partibus anthologiam Salmasianam constare dixit, cum non accuratius explicuerit, nescio: fortasse centones, Luxorium, omnia inter illos posita innuit, qua opinione primum saltem ad uerum inueniendum gressum fecisse putandus sit.

Haec etiam addenda habeo. Luxorium esse uel aliquem eius amicum, qui totam syllogam consarcinauerit, possit quis inde efficere, quod et illius carminibus longe plurimis totus isque ultimus liber reseruatus est et quae eiusdem in aliis partibus occurrunt nomen eius diligenter produnt: quem quo refellam equidem non habeo. Deinde adnotandum, singulos libros nonnullos maioribus carminibus et quidem quibusdam nomina auctorum prae se ferentibus incipere. Ita l. VIII carmine 21, 285 uersuum, declamatorio (nomine quidem ibi auctoris presso: nam Octauianus, cui Hauptius attribuit, aperte praecedentis tantum de Veneris statua carminis auctor est) incipit, l. X Porfirii carmine 32 uersuum, l. XI quidem carmine 15, sed l. XII 155 uersuum; l. XVII Peruigilio 92 uersuum incipit, l. XX Coronati carmine 29 uersuum, l. XXI Felicis 40 uersuum carmine. Quod utrum forte fortuna an consilio aliquo factum sit, nolo discernere. — Codicem nostrum non omnia habere, quae archetypus anthologiae continuit, inde assequor, quod libri X XI XII [XV XVI XVII] singulis tantum poematis in eo constant: id quod Luxorium siue alium com-

pilatorem illum non puto admissurum fuisse. Quando compilata sit, inde ut puto satis effici poterit, quod et Hilderix rex c. 203 nominatur, qui a. 523 regnum adeptus est, et diu post Vandalos a Byzantinis a. 534 subiectos tale quale extat florilegium compositum esse parum est probabile.[14]) In quo quod praeter Luxorianam Symphosii quoque, ut Vergilianam taceam, carminum longa series recepta est, est haec anthologiae Graecae imitatio, in qua Gregorii τοῦ θεολόγου et Stratonis poematiis uel singuli libri dicati sunt. Sed in ceteris rebus, quamquam non desunt quae comparari possunt, Graeca tamen anthologia in capita sua multo curatius quam Latina illa distributa est.

In poetis, quorum nomina *A* tradit, recensendis hoc primum tenendum puto, omnes illos, quibus *uiri clarissimi* nota uel alia eius generis additur, et tempore et regione illi qui anthologiam composuit fuisse uicinos. Nam Luxorius ipse '*uir clarissimus et spectabilis*' audit, Coronatus quem Luxorii amicum fuisse ex gramm. lat. ed. Keil. IV p. L (cf. L. Mueller. ann. philol. 1866 p. 555) comperimus '*uir clarissimus*', Felix et (si is alius est) Flauius Felix eodem titulo insigniuntur, Octauianus '*uir inlustris*' est idemque filius Crescentini '*uiri magnifici*'. Porro Symphosius '*scholasticus*'[15]), Petrus '*referendarius*', Calbulus '*grammaticus*' audiunt. Quae omnia sine ratione essent, nisi scriptores illi carminum tunc cum anthologia illa componeretur adhuc ipsi inter uiuos fuissent uel saltem non diu uitam reliquissent, memoria eorum adhuc uigente. Et ne quis mihi obiciat, alios quoque scriptores posterioris praecipue aetatis uelut Vegetium uel Macrobium talibus ti-

14) Illa autem aetate Luxorium quoque rei poeticae incubuisse carmen 203 docet; quem iam sub Thrasamundo scripsisse, quae plerumque uirorum doctorum sententia est, etsi per se non improbabile, nullo tamen certo testimonio nititur.

15) i. e. aeui illius usu 'uir doctus'. Coronatus quoque scholasticus appellatur, cf. Keilius l. c.

tulis etiam in libris plura post ipsos saecula scriptis insigniri, hoc etiam firmat sententiam meam. Hae enim notae, ab ipsa origine libris inscriptae, a meris librariis propagabantur; anthologiae autem compilator, cui quid faceret cogitandum erat, talia ob certas causas tantum retinere potuit. Neque illorum poetarum quisquam, quos diu ante uixisse constat, tali aliquo in *A* nominatur titulo. cf. ephem. gymnas. Austr. 1868 p. 484 sq. Leguntur carmina Luxorii in libris VII et XVIII et XXIII, Coronati in l. XX, Felicis in XVIII, Flauii Felicis in XXI, Octauiani in VIII, Symphosii in XXII, Calbuli in XXIII, Petri p. 192 A. *Luxorius* sub Hilderige (c. 203) Carthagine uixit, id quod ex multis libri XXIII locis patet, Hilderigisque duci Oageis post filiolae eius mortem c. 345 obtulit, quo de Oageis cf. Procop. bell. Vandal. I c. 8 (quem caue ne Meermannum sequens confundas cum Eugeto c. 332). Luxorio in schedis Diuionensibus etiam c. 81. 91 tribuuntur, sed ea nulla de causa. Nomen ei fortasse *Luxurii* aptius addere debui, quippe quod c. 203 in *BV* legitur, et omnino illud o pro u nil nisi corruptela ei aeuo propria est; *A* saltem qui Luxorium ubique nominat, etiam *luxoriam* et similia ponere solet, non *luxuriam*. Sed nolui ab *A* desciscere, qui etiam (sed hoc cum libris fere omnibus) Symphosium dixit, quem Symposium elegantiori sermone appellare debuit; cf. ephem. gymn. Austr. l. c. *Coronati* aetatem et patriam Luxorii amicitia, *Felicis* carmina de thermis Thrasamundiacis demonstrant, libro XVIII inserta 210—214: deinde post anonymi ad Hildericum carmen sequitur *Postulatio muneris* 216, item sine nomine, sed cui c. 254 *Flauii Felicis* ita ad uerba fere simile est, ut nisi forte eidem poetae saltem eidem aetati utrumque fere facile sit adscribi. Suspicor autem, et unum fuisse Felicem, qui c. 210—214. 254 scripsit, neque ab eo aliena esse c. 215. 216. Quae cum ita sint, illos quoque poetas titulis insignitos, de quorum aetate nil praeterea constat, argumento illo freti Vandalorum et aeuo et regioni adtribuemus: Octauianum

dico et Symphosium et Petrum et Calbulum. Carmen autem 21 ad Octauianum nulla auctoritate reuocatur, quod propter *uenditur* uocem u. 202 adhibitam ante tertium saeculum scribi non potuisse Hauptius in ed. pr. docuit cl. Lachmanno mus. rh. a. 1845 p. 612. — In illis uero poetis, quorum nominibus nil in inscriptione additum est, dubitari potest, utrum hoc factum sit, quia uita ipsorum iamdiu praeterlapsa erat, an quia titulus ad eos nullus pertinebat (quamquam 'scholasticus' saltem unusquisque facile dici poterat), an denique quod librariorum tantum culpa tituli nobis euanuerunt. *Florentinus* quidem (c. 376) Thrasamundi, *Cato* (c. 387) Hunericis temporibus scripserunt. Neque *Etemundem* (c. 78) diu ante uixisse nomen Germanicum probat. Prorsus nihil constat de *Auito*, *Bonoso*, *Lindino*, *Modestino* (de quo cf. supra p. X), *Ponnano*, *Regiano*, *Reposiano*, *Tucciano*[16]), *Vespa*, *Vincentio*. '*Caesaris*' carmen 233 Alcimi Alethii esse, qui a. 360 in Aquitania uixit, in ephem. gymnas. Austr. 1867 p. 398 sqq. monstraui. *Hosidium Getam* Medeam tragoediam consarcinasse quamquam *A* non prodat, tamen ex Tertulliani uerbis p. 49 relatis certissime efficitur, quae hoc quoque comprobant, Getam non multum ante Tertulliani (c. a. 200) aetatem uixisse. *Mauortius* duorum centonum scriptor (c. 10. 16; quorum posterius ex certissima Iureti emendatione p. 48 ei tribui) utrum idem sit atque Vettius Agorius Basilius Mauortius, a. 527 consul, Horatii carminum emendator, iure dubites: mihi quidem poetarum Luxorio aequalium nulli nisi Africani in syllogam recepti esse uidentur. Non magis constat, num clarus grammaticae magister *Donatus* c. 227 scripserit. — Ad certos notosque poetas transeuntes exordium iure faciamus a *Vergilio*, cui adscripta epigrammata octo (256—263) cur Ribbeckius in Verg. ed. tom. IV

16) *Lucanum* hunc dicit C (cod. Paris. 8069). *Lucanus* quidam siue *Vulcianus*, qui 'de imbecillitate Thuscorum' (!) scripsit, a Sinnero catal. bibl. Bern. I p. 345 memoratur.

prorsus praeterierit, equidem nescio. Quamquam enim fieri poterat et fiebat, ut clarissimo Maronis nomini talia falso adicerentur (uelut c. 262, quod est distichon Ouidianum), alia tamen neque ipsa eo indigna sunt et c. 261 iam in Donati uita Vergiliana Suetonio innisa ei tribuitur. Qua in uita 'epigrammatum' Vergilii liber (p. 58 Reiff.) commemoratur, ex quo haec nostra desumi potuerunt. Cuius libri alia fortasse frustula recuperari possunt duo. Nempe c. 161 in *A* inscribitur '*Eiusdem* in Achillem', sed praecedentis carminis '*Sus iuuenis serpens*' sqq. auctor non nominatur. Quod carmen in libris Parisinis 8069 s. X—XI (*C*) et 8093 s. IX—X et ipsum *Vergilio* tribuitur, et inter reliqua eius epigrammata ibi receptum est: utrumque igitur addendum. Iterum uero hoc urgeo, pro certis me haec non habere, cum et Vergilii epigrammatis spuria inrepere potuerint et adeo ipse hic liber ut alia ad eum relata possit totus ab eo alienus esse. Ceterum cum cod. Par. 8069 folio 121 c. 256. 257. 261 (et 160) iungantur, adnotandum uidetur, ea quae in ipso Donato non extant (256. 257), in spuria eius appendice (p. 66 sq. R.) et ibi quidem ea sola extare; quae ad appendicis illius aetatem accuratius definiendam fortasse, si alia accedent, aliquid efficere poterunt. — *Sexti Properti* distichon (c. 264) item apud Donatum legitur. Potest hoc quoque uel ex uita Vergilii uel ex epigrammatum libro desumptum esse, cùi, quia Maronem inlustrauit, postea additum fuerit. — *Ouidii* in syllogam recepta sunt c. 269 et (cf. supra) 262. — *Senecae* tribuuntur octasticha tria: c. 232. 236 sq.; ex *Martiale* I 57 (c. 275) receptum est; etiam c. 26 in libris eius extat; c. 276 nomen eius mentitum uidetur multis. — *Petronii* nomen recuperari potest carmini 218 ex codice Bineti, de quo dicam infra. — *Flori* epigrammata (c. 245—252), quibus ipsum poetam, quem P. Annium Florum Hadriani aequalem fuisse probabile est, inepte inscripsisse *de qualitate uitae* credat Iudaeus Apella, partim disticha partim tetrasticha, septenariis trochaicis composita sunt, quod

uersuum genus ex uetustorum poetarum imitatione rursus tunc inter Romanos increbuit (cf. c. 200; Mey. 1191; philologus XXVI [1867] p. 137 sq. all.). Num ex mancis c. 84—87 inscriptionibus eruendum sit, Florum esse auctorem eorum, decernere nolo. — Constantino regnante *Porfirius* argutiarum in uersibus pangendis sectator industriosissimus scripsit, cuius est anacyclicum carmen 82. Eiusdem porro et indolis et fortasse aetatis *Pentadius* est, quem postquam Barthius praecipue et Wernsdorfius plurimis carminibus perperam et inepte onerauerunt, nunc demum quid eius esse traditum sit, in conspectu positum uides; nihil autem, quod non eius extet in *A*, in aliis libris ei tribuitur. Pentadius denique, ut hoc quoque addam, cui nepoti suo Vinditianus quidam litteras in Endlicheri catalogo codd. latt. bibl. Palat. Vindobon. I p. 132 publici iuris factas dedit, nil commune habet cum nostro, sed ad medium aeuum pertinet. — Denique expungendus est e poetis Salmasiani codicis *Hilasius*, unus e duodecim sapientibus siue poetis scholasticis, quem c. 158 scripsisse Burmannus Vergili ed. Aldinam testem euocat. Sed neglegenter ille, ut solet: nam et Aldina et antiquiores edd. praemisso Hilasii carmine his duobus (nam in duo iam diuidunt) simpliciter '*Aliud*' (i. e. aliud distichon, Vergilium itidem tractans) inscribunt. Nusquam duodecim illorum poetarum in *A* mentio fit.

Iam nunc de tenuibus quibusdam *notarum criticarum* reliquiis in *A* extantibus dicam. Quamuis enim haec signa ꞩ × ⁎ ʃ multis locis ibi occurentia a recenti demum correctoris, ipsius puto Salmasii, manu adposita esse E. Martino mihique uisum sit, restant tamen quae antiquae uideantur et a prima manu profectae notae duo: ℞ siue ℞ siue /℞ et —. Quarum priorem, quae septem locis in *A* inuenitur 'chresimon' puto, quae 'sola ex uoluntate uniuscuiusque ad aliquid adnotandum ponitur' ut Suetonius de notis refert et Isidorus orig. I 21. Nam quater ad uersus nomina propria continentes (*Vitenses* 149, 3. *Acin* 151, 2. *Caly-*

dona 199, 68. *Alcides* ib., 78), ter ad locos corruptos (*ueūi* 17, 334, ubi *numen* legendum est; *pretiosasue* quod nondum emendatum est 353, 7; *ularrectos* 302, 14, ubi *arrectos* Heinsius scripsit) positum legitur. In libellis de notis hoc signo ☧ (χî et ῥῶ) depingitur chresimon (cf. Sueton. rell. ed. Reiff. p. 141. Kettner, krit. Bem. z. Varro u. lat. glossaren, Hal. 1868, p. 35), unde ea quam in *A* habemus forma facile oriri poterat. — *Obelum* autem (nam eum lineola ~ significari puto)[17]) his locis enotaui, alios autem fortasse neglexi: Medeae u. 240. 243. 252 (ultimo loco ≕ formam habet), ubi quod Isidorus docet, poni obelum 'in sententiis superflue iteratis uel in his locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est' reuera accidit. Nam 240 *Si nulla est regio* sqq. post 238 sq. *Si te nulla . . ., Sin absumpta . . .* saltem non omnino necessaria sunt; 252 *Iam grauior Pelias et aëna undantia flammis* inter *sudantem sub uomere taurum* et *squamosum draconem* importunius ad tempus ab illis remotum reuocat; 243 uero illa '*possem — Creusam*' critico sane non nimis sagaci prorsus contraria praecedentibus '*faciat — auspiciis*' quorum ironiam non intellexit, continere uidebantur. Porro c. 18, 40 *qualis Nereia Doto* sqq. comparatio inepte quaesita obelo iure notatur. Num 21, 199 sit ~ obelus necne, nescio. Haec de paucis notarum in his quoque carminibus adhibitarum uestigiis dicenda habui. Neque obelum neque chresimon, notas Graecas, ab antiquis Romanorum criticis adhibitas esse traditur;

17) Quae lineola in Mediceo Vergilii libro saepe adhibita a Ribbeckio proll. crit. p. 158 sqq. pro simplici ductu, qui 'ad separandas res a rebus' ponebatur, iure habetur: qua quidem ratione in A eam non adhiberi exempla mea monstrant. Sed ille uir doctus cum ipse p. 163 de Medicei notarum antiquitate dubitet, necesse puto hoc premere, Salmasiani notas nonnullas cum putem ut dixi recentes esse (uelut S quamquam phrontidis signo ɸ simile), tamen R/ et ~ ni omnia Martinum meque fefellerunt ab antiquissima manu esse profectas.

fortasse inde a Suetonii notarum usum docentis tempore inualuerunt.

Paucis denique dicendum est de *schedis Diuionensibus,*
α quas ex *A* descriptas et propterea α[18]) a me signatas Burmannus maioris pretii esse quam ipsum librum Salmasianum multis locis innuit. De quibus quid statuendum sit, accuratius dixi in ann. philol. 1868 p. 698 sqq. cf. L. Mueller. ib. 1867 p. 802 sq. Scilicet inter annos 1651 et 1756, carminibus et emendatis et secundum argumenta, Pithoeanae syllogae instar, in ordinem redactis, Diuione ex *A* descriptae sunt, et ita quidem, ut qui schedas scripsit hoc egisse uideatur, ut syllogam suam tamquam Pithoeanae supplementum prelo subiceret; quare illa tantum Salmasiani carmina recepit quae, quia in *B* non extant, a Pithoeo nondum publici iuris facta erant. Non tamen ex ipso *A*, sed ex apographo eius aliquo schedas fluxisse exempla talia docent quale est 304, 17, ubi *iaculis* in α omissum est, eadem autem manus in margine *sagitta* suppleuit: quod non fecisset, si *A* ipsum inspicere licuisset. Sic 305, 2 *A* recte *genio*, α *genis* cum signo corruptelae ab ipsius librarii manu adposito. Quod uero Duebnerus l. c. p. 8 dicit, se schedas Diuionenses, librum saeculi XVI in forma octaua scriptum, in bibliotheca regia Parisiis ipsum uidisse, in eo, quamquam numero non indicato errorem accuratius definire nequeam, falli tamen puto uirum peritissimum, cum saeculo XVI ipse *A* nemini innotuerit, α autem nisi post Pithoei librum a. 1590 editum ne scribi quidem potuerit. Aliud aliquid Salmasiani apographum (non tamen Iuretianum, quod in forma quarta scriptum esse Quicheratius testatur) Duebnerum pro nostro habuisse suspicor.

α emendatus est ab homine prudenti, qui et Salmasii coniecturas (*a*) et hic illic suas (ut puto) in textum

18) Symphosium non continent; quare anceps non erit, quod in illo eandem α significationem a Schenklio codici Sangallensi 273 datam seruaui.

recepit; quid *A* habeat, nusquam fere indicat. Haec erat causa, propter quam Burmanno saepe praeferendus uisus est. Hodie Heidelbergae extat, cf. p. XVI adn. Nonnulla ut ab *a* emendata in adnotationibus indicaui, quae iam *a* ita habere puto; scilicet Parisiis cum codicem conferrem, temporis breuitate circumscriptus in *A* magis quam in *a* intentus eram; *a* uero quotidie in manibus habebam. Carmina non multa illa, quae *a* non ex *A* habet, ad Claudianeos codices spectantia, in altero fasciculo edam; cf. ann. philol. l. c. — Burmannus schedis sua manu inscripsit: '*Epigrammata antiqua ex codice Diuionensi descripta*'; folio 1v idem addidit: '*Communicauit haec mecum Cel. D'oruillius, ad quem ex Gallia ea misit uir Nob. Iosephus de Bimard la Bastie, baro montis Seleuci.*' Libro primo 75, altero 111, tertio (Luxorii) 82, quarto (christianorum) 11 carmina schedae continent.

IV

Iam ad reliquos florilegii Salmasiani codices uertamur. Totam quidem syllogam nullus continet; de Symphosii (c. 286) codicibus et p. 187 et accuratius in ephem. gymn. Austriac. a. 1868 p. 483 sqq. ipse dixi. In Bobiensium bibliotheca teste catalogo saeculo X exarato a Muratorio antiqq. Ital. III 817 sqq. edito uolumen erat, quo 'Sedulius, Claudianus et alia opuscula' continebantur; quem ad anthologiam pertinuisse suspicari quis possit. — Codice (*S*), cui cum Petronianis *S*
aliisque etiam nonnulla Salmasiani carmina inerant, usus est Claudius Binetus, cum Petroniana aliorumque ueterum epigrammata Pictauii a. 1579 ederet, de quibus ita praefatur: '*ne quid dissimulem, Petronii Arbitri aliorumque Epigrammatum bonam partem ex bibliotheca Ecclesiae Bellouacensis habui: quae cum ueteri Isidori Ethymologico connexa erant.*' Codex deperditus hodie esse uidetur; saltem nec Bellouaci extat, si Haenelii catalogi silentio credimus, nec codex Parisinus 11677, de quo me Ios. Kleinius amice admonuit

quique collationem codicis cuiusdam Isidoriani Bellouacensis saeculo XVII factam continet, carmina addita esse ulla ratione memorat, id quod a Martino comperi. Aetas quoque libri *S* ignoratur. Inerant ei carmina 218, 232, 233, 346, 347, 348, 349, 364; quorum in Bineti collectione numeri sunt 4, 30, 26, 23, 19, 18, 20, 17; idemque ordo in codice fuisse uidetur, quem satis fideliter Binetum expressisse credo. De reliquis eius epigrammatis in altera huius uoluminis parte dicam, hoc uno tantum nunc addito, carmina 112, 145, 132, 181, 217, 156, 196, 224, 436, quae eadem Binetus primus edidit, eum post illa (c. 1—34) quae ex *S* sumpsit, et quidem 'ex munere Ios. Scaligeri' i. e. ex codice *V*, ex quo iam a. 1573 in Catalectis suis ea edere ille praetermiserat, habuisse: quod Burmannus non intellexit, quodque singulae lectiones confirmant. Sunt loci, in quibus dubites, utrum codicis an Bineti lectionem habeas; sed in grauioribus codicem in contextu exhibet, emendationes suas in margine apponit. Ita c. 218, 8 *os quali compremis multe S* habet; Binetus in mg. *oscula cum pomis mitte* emendat; sic recte et in *A* legitur; contra *BV* quos mox describam *osque ledis morsu mitte* siue *mittite* (*mitate*?) exhibent. Apparet, *S* ad neutram harum familiarum pertinuisse; quibuscum ne carminibus quidem congruit, cum praeter 218 solum 232 in *B* extet, nullum in *V*. 233 cum *C* commune habet, reliqua cum solo *A*: cum quo memorabili quodam fortasse uinculo contineri uidetur. Cum enim *A* praeter primae manus ipsiusque Salmasii correcturas alias non contineat, tamen uno loco (364, 4), ubi codex exhibet *corporeⁱseas*, manus quaedam saeculi uel tertii decimi uel posterioris in margine emendauit: *corpore Cypris eas*; eaque ipsa uerba in *S* erant, id quod ex Bineti silentio argumentari licet. Quare librarium qui siue *S* siue archetypon eius scripsit, ex *A* descripsisse suamque emendationem in margine ibi addidisse credi possit; quae tamen coniectura ea re quodammodo

infirmatur, quod altero quoque loco (354, 5) eadem manus 'semiantiqua' (cf. ad h. l.) *populis*, quod *A* omiserat, in margine adscripsit, carmen autem 354 apud Binetum non extat.

Alterum codicum genus, quod Excerptorum dico, duobus hodie libris constat; quibus tertius fortasse olim addi poterat liber 'LXX epigrammata' continens, qui in Bobiensis monasterii bibliotheca a. 1494 inuentus est, cf. Peyron de biblioth. Bob. p. XVIII: sed nihil de eo compertum habemus. In utroque codice haec excerpta cum Martialis excerptis coniuncta sunt; uterque etiam carmina alia praeter ea, quae cum *A* communia habet, continet: quae omnia hac priori huius uoluminis parte complecti mihi constitui, praesertim cum ea quae ex *V* exhibenda erant, a Salmasiana sylloga olim ne aliena quidem fuisse mihi uideantur.

1. Parisinus 8071, olim Thuaneus ('*Iac. Aug. Thuanj*' folio 2 inscriptum est), membranaceus, in fine mutilus, duabus columnis scriptus, forma maxima (cf. Martialis ed. Schneidewini mai. p. LXXXIII sqq., Silligius ann. philol. VIII p. 201, Hauptius ed. Ouid. halieut. p. XII sq.), saeculi uel exeuntis IX uel ineuntis X, post Iuuenalem, Eugenii Toletani carmina, ex Martiale excerpta (inter quae c. 26 ed. m. extat), Catulli c. 62, deinde foliis 51 u. — 56 u. Salmasiani florilegii carmina LXXIII eodem plerumque quo *A* ordine ita continet, ut a c. 96 incipiat, in c. 269 desinat; post haec quattuor Luxorii carmina sese excipiunt; in folio 57 r. c. 30 additur. Carmina autem quae dixi, suo ordine ab *A* ut apparet raro discrepante posita, haec sunt: c. 96. 98. 101. 111. 112. 113. 116. 117. 118. 200. 127. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 145. 152. 156. 160. 180. 181. 182. 183. 184. 192. 196. 197. 199. 203. 205. 206. 209. 214. 216 (quod carmen in *A* hic omissum et in fine p. 212 additum Thuanei auctoritate huic loco uindicatur). 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 232. 234. 235. 236. 237. 245—252. 103. 142. 153. 273. 256. 257. 259. 260. 261. 263. *B*

265. 266. 268. 269. Luxorii: 296. 303. 310. 318.[19]) Statim post ea sequitur carmen quod in *A* non exstat: c. 389; sed et hoc ex eodem fonte fluxisse mihi quidem ueri simile uidetur; post 389, uersiculis quibusdam librarii additis, legitur '*Explicit*', i. e. ni fallor: 'Explicit florilegium'. Sequitur c. 30, quod suo loco omissum et hic adiectum est; Ennodii disticha tria, aenigmata duo satis barbara (extant etiam in cod. Bern. 611, cf. p. 296 sq.), excerpta ex Senecae tragoediis (Sen. ed. Peiper et Richter p. XXIII sqq.) et Lucano (IX 696). Haec excipiunt fol. 58 r. Eucheriae uersus (c. 390), Ouidii Halieutica, c. 391, Gratii Cynegeticon liber primus[20]): quae quattuor carmina, et eodem quidem ordine, etiam in libro Vindobonensi 277 saec. IX mutilo et nihil aliud illo quidem saeculo scriptum continente leguntur, de quo cf. Hauptius in ed. Ouid. Halieut. p. VI sq. — C. 390 sq., quamquam ad syllogam eandem non pertinuisse uidentur, hic tamen quia in *B* extant, addidi. Post Gratium Christiana quaedam, deinde in ultimae codicis paginae fine (fol. 61 u.) haec leguntur[21]):

De natura uincente consuetudinẽ id. ẽ. gattu//ı scebaì
De silua que petit unum ramum ad manibriũ

19) Horum carminum in Vossiano oct. 15 saeculi XIII quattuor et quadraginta uel fortasse plura etiam (nam ex solo Burmanni apographo Heidelbergensi ea noui) ita descripta sunt, ut uel ex *B* uel ex libro ei simillimo deriuata esse pateat; quare hunc codicem nusquam adhibui.

20) 'Incip̃ gratti cynegeticon LIBI' *B*; 'Incipit gratti cynegeticon lĩbi' *Vindob.* Nusquam tamen adhuc obseruatum uidi, quod luce clarius hic extat, Gratii opus quod nunc mutilum est, pluribus libris olim constitisse.

21) Hauptius in Herm. uol. III p. 222 ex cod. Berol. Santeniano 66 haec saeculo IX scripta, partem indicis alicuius bibliothecae efficientia exhibet: *Libri alchimi sic incipit Inadulescentiam* (l. *-tem*) | *qui Inpublico patre cadente risisset* (l. *-sit*). *et lan|guenti puellae amatorium dedit* | *De controuersia fullonis uel calui.* Haec quoque, quae nescio an recte ad Alcimum rhetorem Hauptius referat (mihi potius Alcimi episcopi 'libri' praecedere uidentur), similis generis carmina puto fuisse.

De campo sine aratro. De seruo sine flagello
De inuento pisce in sulco
De illo qui mare uolebat incendere no///////
sed ut dš uidiss& qualem uoluntatem habuisset
De illo qui dicit tibi unum moysi (num *michi?*) *unum*

Fortasse hae quoque inscriptiones ad carmina pertinuerunt. — Ceterum praeter c. 30 et Martiali tributum c. 26 in *BV* nullum extat, quod in *A* ante c. 96 legatur. Quare cum in *A* c. 90 'Praefatio' extet, qua librum XIV incipere conieci, hoc fortasse inde effici poterit, excerptorum codices ex exemplari deductos esse, quod libros VII—XIII non continuerit: nam de libris septimum praecedentibus coniecturam proferam, cum de *V* agam. — Correcturas nisi a prima manu easque raras codex in poematiis quidem non habet.

Primus P. Pithoeus in edendis poematiis hoc libro quem Scaliger nondum nouerat usus est. Sed antea et a Gryphio in Martiale a. 1535 edito est adhibitus (Schneidewin. p. XXXVIII et LXXXIII), et priore iam tempore Erasmus Adagiorum a. 1508 editorum I 9, 1 mentionem eius ni fallor iniecit hanc: 'Amyclas perdidit silentium [c. 200, 92]: meminit et Catullus, nisi fallit inscriptio carminis De uere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in antiquissima quadam Galliae bibliotheca repertum' (cf. L. Gyraldus hist. poett. dial. 10: 'Aldum Manutium memini dicere se Catulli poema habere, quod Ver inscribitur. Idem et Erasmus fatetur: necdum tamen mihi illud uidere contigit.' cf. Wernsdorf. PLM. III p. 458 et Phaedrus ed. Orell. p. 217). Quem codicem *B* fuisse multo probabilius conicias quam *A*, qui per totum inde saeculum latuit; in aliis autem libris hoc carmen nec exstat nec tunc extitisse uidetur. Quod cum in *(A)B* 'Per Virgilium Veneris' inscribatur, Manutius, cum Vergilianae scilicet poesis indolem ei deesse uideret, temeritate illi aeuo propria Catullo potius ut perditae libidinis poetae tribuisse 'Veneris'que ex uersu primo in 'Veris' mutasse

uidetur; Erasmum autem nihil nisi Manutii apographum uidisse uerisimile est.

V 2. Alter est codex Vossianus (bibl. Leidensis mss. Lat. Voss. Q. 86) membranaceus, 'ineunte potius quam exeunte saec. IX iudice Geelio scriptus' teste Schneidewino ed. Martial. p. 680, qui tamen fallitur cum hunc codicem eundem putat quem Is. Vossius in bibliotheca Petauii senatoris Parisiis uidit, cf. eiusd. prolegg. p. LXXXVIII. Antiquior itaque cum sit quam Thuaneus, tamen secundo loco nominaui, quia et bonitate et carminum libri *A* numero ille hunc aliquanto praecedit. Vossianus primum inde a fol. 91 u. post Auiani fabulas (quae praeterea contineat, uide in Catalogo mss. bibl. Leid. a. 1716 edito p. 383) carmina plurima continet, quorum duo (n. 236. 237) sub '*Senecae*' nomine extant in *A* p. 123, reliqua autem (c. 392—479) in illo non leguntur; quin quod fol. 96 u. legitur c. 442 '*De monte Atho*', id a carmine 239 (*A* p. 124) ita diuersum est, ut pro eodem haberi non possit. Tandem, postquam a fol. 99 u. ad fol. 105 r. Martialis excerpta (c. 26: fol. 100 r), quae in Vindobonensi 277, de quo supra ad *B* dixi, sed alia atque in Thuaneo, interuenere, post uerbum *Explicit* a Pentadii ('*Pintadi*') carminibus initium fit syllogae carminum in *A* quoque seruatorum sed hic quoque et '*Excerptio de libris Martialis epigrammat*' (fol. 105 u. — 108 u.) et alia, praecipue duodecim sapientum, de quibus ad cod. Paris. 8069 (*C*) agendum erit (fol. 108 u. — 109 r. 111 u. — 116 r.), interiecta sunt. Carmina Salmasiani in hoc cod. occurrunt numero XLII, quorum duo tantum (c. 155 *de Scaeuola* et 271 *Regiani*) non itidem in *B* inueniuntur; utrumque autem familiae *BV* ab origine non deerat. Ordo epigrammatum, si *A* uel *B* spectes, liberius immutatus est, ut tamen in uniuersum a pristina serie non nimium diuersus sit: etiam uerba singula, quamuis in uniuersum spectanti hic codex cum *B* unam familiam Salmasiano oppositam (uide p. XLIV sq.) efficiat, hic illic tamen emendatorem nescio quem Carolina fortasse aetate experta sunt. Continentur autem folio 105 r. et u.

inter Martialis epigrammata iniecta c. 265. 266. 268. 303. 318. 263; deinde a fol. 109 r. ad 111 u.: c. 96. 116. 117. 132. 160. 182. 196. 218. 221. 222. 235. 271. 256. 257. 259. 260. 261. 296. 224. 203. 234. 216. 217. 103. 155. 219. 220. 136. 156. 132. 181 deinde inicitur Mart. III 75. tunc c. 112. 145. Sequuntur uersus XII scholasticorum. Praeterea c. 26 folio 100 r. inter Martialea extat, c. 236 et 237 fol. 93 r. leguntur.

Iam uero carmina foliorum 91 u. — 99 u. omnia uere antiqua esse ex arte poetica sermonisque elegantia facile quiuis perspicit; sunt inter illa quae ad Claudiorum aetatem ascendere uideantur, et quaedam Pompeii et Catonis reuerentia uitaeque tranquillae laudatio saepius obuia ueteris rei publicae status sectaeque stoicae studiosos, Lucanos dico, Persios, Senecas, in memoriam reuocat. Senecae ipsi ut dixi adscripta duo epigrammata huic parti insunt, id quod ex *A* nouimus: nam Vossianus ipse auctorum nomina prorsus nulla habet. Quae carmina ut omnia ad unum idemque epigrammatum corpus pertinere putem, a qua opinione ne eo quidem prohibeor quod alia quoque lasciuioris generis immixta sunt (quorum multa ad Petronium ex Scaligeri arbitratu referri solent), hoc ideo fit, quod carmini 430 (fol. 96 r.) '*O sacros uultus Baccho uel Apolline dignos*' nulla alia inscriptio est addita praeter hanc '*Liber IIII*'. Quae cum ex corruptela Liberi nominis non possit orta esse, id quod ipsum carmen docet, hoc aperte significat, quartum epigrammatum librum his uersibus incipere. Atque si recordamur, florilegii Salmasiani libros sex priores partemque septimi in illo codice deperditos esse, opinionem non quidem certissimis argumentis confirmandam, sed per se non improbabilem nanciscimur, in his foliorum 91—99 carminibus sex illorum librorum siue omnium siue partis eorum excerpta (septimus enim centonibus constat) nobis seruata esse. Nam quod nil Africanae originis eis inest, hoc quidem post ea quae p. XXIV sq. disputaui neminem mihi obiecturum esse confido. Vt ea quoque,

quae ex Martiale excerpta *BV* habent, ad Salmasiani partem deperditam referri posse negem, inde efficitur, quod Salm. p. 59 '*Martialis*' carmen (c. 26) legitur, quod in illis inter ipsa eius excerpta habetur. Quod uero *V* post ea omnia postque XII sapientum uersus fol. 116 r. poe_atium 480 habet cum hac inscriptione '*De pedibus Lib. IIII*', id ita explico, hoc carmen a librario cum libri quarti excerpta describeret omissum et postea hoc ultimo loco adiectum esse (cf. c. 216). *V* Scaligero notus erat, qui eius carmina pleraque in catalectis a. 1573 edidit; quaedam praetermisit, quorum octo ab eo accepta Binetus edidit a. 1579; supererant c. 103. 136. 182. 203. 218. 220. 234. 235. 296. 303. 318. 416 (427 ineditum tunc mansit), quae Pithoeus a. 1590 libri *B* reliquis quoque carminibus adiecit. Binetum Burmannus solita incuria ex nescio quo 'codice Cuiaciano' c. V 162 (c. 181 ed. m.) edidisse dicit, cum ex *V* habeat. '*Schedis Scaligeri*' (cf. p. XVII adn.) ex *V* descriptis Burmannus tamquam proprio praeter Vossianum fonte usus est, quarum 'originem et sero intellexit aliquatenus et, qua erat inertia, intellectam uilipendit', ut recte dicit Schneidewinus, quem cf. p. 681. — Carmina 396. 402. 409. 410. 412. 441 non Scaliger sed primus Pithoeus, ea re ductus quod c. 236 sq. in *B* Senecae tribuuntur, eidem ut uidetur uindicare uoluit; ipse Scaliger c. 464—479, quorum ex duobus (c. 466 et 476) a Fulgentio uerba quaedam sub nomine Petronii afferuntur, Petronii esse fortasse recte suspicatus est. cf. p. VI. Vide tamen adnot. c. 472, 4. In c. 414 Varroni Atacino adscribendo librum *S* secutus sum, non quia sic uerum putarem, sed ut auctoritas in re dubia seruaretur. — Omisi denique, quae sub numeris 583, 285, 1052 Meyerus exhibuit in *V* fol. 91 sq. extantia, quoniam Ausonii poetae esse codicis *E* (Vossian. fol. 111), in quo melius seruata sunt, contextus et ratio monstrant; qua de re in altero huius uoluminis fasciculo dicam.

BV codicum familiam Caroli fortasse regis aetate

in re orthographica emendatam esse puto; cf. p. XLII. In *V* manus secunda leuiora uitia correxit.

Codex Parisinus 8069 (*C*), ex quo utpote optimo eorum fonte duodecim poetas scholasticos ut dixi aliquando edam, tunc temporis accuratius a me describetur. Thuani is quoque erat; membranaceus, in folio, saeculi uel X uel ut catalogus exhibet XI. Vergilium (fol. 8—113) eiusque 'iuuenalis ludi libellum' (f. 114—121) continet; f. 121—126 duodecim illis poetis occupantur. Reliqua in codice scholarum usui ut puto destinato uariis carminibus sententiisque ad rem poeticam rhetoricam alia ediscenda aptis referta sunt; dialogum de Terentio (f. 127 sq.) edidi ephem. gymn. Austr. 1867 p. 403 sqq. Salmasianae autem syllogae haec epigrammata insunt: (fol. 1 u.) 275. 276. 178, 5—6. 277. 269. (fol. 2 r.) 268. 258. 259. 260. 262. 263. 233. 24. (fol. 2 u.) 25. 351. 88. 264. (fol. 3 r.) 28. (fol. 114 r.) 351 iterum. (fol. 121 u.) 256. 257. 261. 160. Vossiani q. 86 praeterea duo carmina (392. 393) fol. 121 u. leguntur. Omnino in his *C* nec cum *A* nec cum *BV* arte coniunctus est, sed suas proprias lectiones, quas equidem hic illic memoria librarium fallente exortas arbitror, praebet. — Alia libri *C* carmina ad Vergilium magna ex parte spectant: uelut fol. 114 u. carminis 1 praefatio, fol. 7 r. c. 2, 1—4, fol. 7 u. c. 2, 5—8. Cf. Ribbeckius append. Verg. p. 28 sqq. — In eligendis carminibus cum *C* consentire solet codex *Petauianus* hodie ut uidetur deperditus (Ribb. p. 30), cuius lectiones, si Burmanno eas afferenti fides, paullum quam *C* deteriores sunt. — Cum *C* arte cohaerere uidetur codex *Florentinus* plut. 33 n. 31 saec. XIV ineuntis, de quo cf. Bandinii catal. II p. 124 sqq. *C*

V

De re critica instituenda iam dicendum, sed breuiter; nec nisi hic illic delibantes singula exempla proferemus. Ab infimo gradu exordiar, qui est in emendatione orthographiae. Qua in re *A*, ut omnes fere eius

temporis libri, pessime habitus est[22]): nec tamen facile ubique decernitur, quid librarii, quid ipsi poetae peccauerint. Velut quod *ae* (*ę*) et *e* ita ibi fere ubique confunduntur, ut cum in apparatu critico reliqua ex *A* diligentissime omnia enotauerim, hoc uno labore sine incommodo supersederim, tamen et ipse Luxorius, poeta neglegentissimus, c. 314, 7 *quaesumus* prima syllaba breui profert; similiter 224, 4 *fĕditas* pro *foeditas.* — Porro *e* et *i* antiquitus illa in uulgi ore arte cohaerentia miscentur: *addedit* et *uendedit* et *Felippe* et contra *habit* et *decit* et similia crebro occurrunt. *Pentadius* et *Pintadius, Vergilius* et *Virgilius* pari iure sunt. — *y* plerumque in *i* mutata nonnullis tamen locis remansit, e. c. 234, 19; 235, 7; 239, 6 in uoce corrupta; 253, 153; 265, 6 all.; 244, 8 ab A^1 pro *i* restituta; quae nos admonent, ne litteram omnino exulare iubeamus; neque id ausus sum in *lympha* et *nympha*, ubique ni fallor *i* littera scriptis. Luxorius 333, 8 *y*, uel ut in *A* est *i*, pro *yi* diphthongo in *Harpÿacis* posuit. — *o* et *u* promiscue adhibentur, quare *furtunam* et *cupiam* et *nuscere* et *uuluuntur* itemque *fororem* et *purporeum* et *luxoriam* et *Luxorium* nec fere alteras scripturas inueniamus; adeoque *domoit* (215, 3) legitur. Quam rationem in archetypo iam extitisse inde docemur, quod A^1 (cf. p. XIII) nusquam fere has quas dixi corruptelas emendat et adeo *incubuere* (8, 36) in *incobuere* mutat. Vlterius etiam progredi licet, cum in *BV*, quorum scriptura emendata est, ita ut talia non occurrant, corruptelae sint quae talia familiae eorum olim infuisse doceant. Sic 134, 1 *formae* recte *A*, *B* autem *furinę*; in *V* deest. Consonantes liquidae uitiose saepe geminantur (*tullit, sillua, tyrranni*), aliae leniuntur (*d* pro *t*: *adque, inquid, pedere, scrudata*; *b* pro *p*: *probrius, uabor*; *g* pro *c*: *Vulganus*; *qu* pro *c*:

22) Cf. de his rebus omnibus praeter Corsseni Schuchardtique libros Ribbeckii prolegomenon in Vergilium indices ed. Verg. III p. 384 sqq.

quur; *v* pro *b*: *vipedes*; sed *b* pro *v*: *nobus*, *mobeo*, *botum*), aspiratio tollitur (*orrida*, *abenda*, *traor*, *proibetur*; 12, 1 et saepius *arena*; 120, 4 *ospes*, quod ab ipso auctore profectum esse acrostichon monstrat) eademque falso additur (*hac* pro *ac*, *humerus* in *A* plerumque, *heros* 117, 24 pro *eros*, *Symphosius* pro *Symposius*). Pro *ch th ph* plerumque *c t f* in *A* est: *pulcer caos termae tetis filomela foebus elefans limfa*. Cum inde a quarto saeculo haec ratio *f* pro *ph* scribendi magis magisque inualuerit (cf. Corssen ausspr. I p. 68. Ribbeck. l. c. 419), in ipsis fortasse carminibus adhibenda fuerit. Nam quod *BV* *philomelam* praebent ubi *A filomelam*, *B spkinga* (i. e. sphinga, c. 180) ubi *A sfinga*[23]) rell., ea ab emendatore profecta esse possint. Nonnullis tamen locis cum ipse *A* alteram formam retinuerit (*limpha* 122, 1. 124, 1. 154, 5. *phrixũ* 234, 25. *philosoforum* [sic] 351 rell.), non suo arbitrio librarium formam non inusitatam posuisse, sed quasi inuitum seruasse quod multo pluribus locis seruare debuit, statuemus. Fluctuasse illis saeculis scripturam certum est: *Filocalum*, non *Philocalum*, in acrosticho carminis 120 scriptum est (cf. L. Muell. r. m. p. 470. mus. rh. XXIII 96, qui *Porfirius* et *Frix* quarto saeculo scriptum monstrat). Magni momenti hac in re Felicis c. 214 artificiosis quas sequitur legibus est: in quo *Thrasamundus* in acrosticho, sed *termae* u. 6; *nimfae* (sic *AB*; num *nymfae*?) u. 1 et *Foebo* (*fębo*) u. 2 et rursus *limpha* (*lympha*?) u. 10 auctorem scripsisse litterarum numeris constat: unde quid sequitur, nisi *ph* et *f*, *th* et *t* incerta tunc fluctuasse? In eodem poemate *innobat* in mesosticho (*uibat* u. 10; et *botum* 8, cum *uota* in telesticho sit; *renobat* 11) in cultiorem formam mutani. Omnino enim, cum scripturam in multis incerto fluctuasse uideamus,


23) Nomina propria in *a* inusitate exeuntia nonnulla inuenimus, e. c. *Alcesta* (15), *Colchidarum* (17, 25), *Briseida* (135, 2), *Calydona* (199, 68), *sphinga* (180), *aethera* (230, 3 pro *aether*), *Lacedaemona* (351, 3), *Laida* (374, 1). Sed iam apud Ausonium talia extant. cf. etiam Ribbeck. p. 395.

ego id egi, ut praeter eos locos, quos a poeta ipso barbare scriptos esse certis argumentis constet, reliquos ad antiquam et elegantiorem normam reuocarem. *ae* in c. 214 nusquam in *e* mutatum est, sed *y* in *i* (quod nescio an retinendum erat): *cunta* autem prorsus barbare in mesosticho extat. Ipsos ego poetas, ut homines plerumque nec doctissimos neque etiam prorsus rudes incultosque inter iustam scholarum traditionem (qualem ipsis fere Luxorii temporibus Priscianus omnibus in rebus orthographicis prorsus recte docuit) popularemque usum instabiles modo huic modo illi obtemperasse puto. Quam incertitudinem deinde librarii etiam augebant. Quare illam quam dixi normam sequi aptissimum arbitror.

Addendum denique, in *A* saepe in uerbis sese excipientibus litteram proximam aut excidere (*luc ameno* 202 pro *luco amoeno*; *sor* pro *sors* 193, 4) aut duplicari (*soluit tumenti* 200, 21 pro *s. umenti*; *Iouem* [pro *Ioue*] *mundus* 239, 8; *uellit* [pro *uelle*] *dedit* 243, 2; *seclis* [pro *saecli*] *sol* 352, 1; *placens sagillis* [pro *agilis*] 354, 2). Hoc Duebnerus iam animaduertit.

In *BV* orthographia ad normas receptas emendata est; nec tamen hoc familiae eorum ab origine proprium fuerat, cf. p. XLII ext. Nihil itaque ad pristinam formam restituendam hinc redundat lucri. Omnino autem et in re orthographica et in re critica, ad quam iam transeo, in multis horum carminum illud Hauptii ualet (ber. d. saechs. ges. d. wiss. 1846 p. 210): 'man schwankt bei werken die unter dem mittelmaessigen stehen immer im zweifel ob man ihnen zu viel oder zu wenig zutraue.' Ceterum quae inter libros *A* et *B* ratio intercedat, recte iam in uniuersum Orellius his uerbis descripsit (ed. Phaedr. p. 218): 'Vt antiquior, sic etiam quod ad lectionem ipsam pertinet longe praestantior est Salmasianus, ita tamen, ut nonnulla necessario e Pithoeano corrigi debeant. Tanta est autem inter utrumque discrepantia, ut manifesto ex diuersis exemplaribus sint descripti.'

In *A* autem codicis lectione uno gradu ascendere licet, ubicunque A^1 (manus prima) ex archetypo lectionem emendauit (id quod fecisse uidetur, postquam usque ad p. 212 scripsit: tunc enim c. 216, quod p. 116 omiserat [cf. *B*], omissum esse cognouit et addidit). Itaque c. 117 (quo nunc exemplo utar) u. 21 *A* scripsit *uestit*, A^1 corr. *bestię*; quam lectionem antiquiorem esse *BV* docent, qui eandem praebent. Scilicet *BV* ad unam familiam pertinent; ita tamen, ut *V* et neglegentius paullo lectiones corruperit ueras et hic illic uel in mutandis eis liberius quodammodo uersatus sit (116, 2 *torrida* recte *B*, *torrita A*; sed *torpida V*. 236, 2 *pario AB*, *graio V*, *patrio* recte Salmasius; ib. 7 *solutis* recte *AB*, *sepultis V*: quae ex emendatione profecta puto). Ita 117, 22 *teretes* recte est in *A*; alterum genus haec habet: *teret et V*, *terit et B*. At u. 24 *BV* recte *heros*, *A heras*. scripsi *eros*, cf. p. XLIII. Cum igitur et A^1 et consensus codicum *BV* cognitionem utriusque familiae promoueat, tamen ne eis quidem locis, ubi omnes consentiunt, uitia absunt: quae siue iam in primo syllogae archetypo siue tunc saltem, cum hae familiae codicum separarentur, iam infuisse statuendum est. Velut quod l. c. *nomine bestię* A^1*BV* exhibent, ubi cum Scaligero *numine Vestae* legendum; quodque ib. 16, ubi *flabella* Heinsius recte coniecit, *fabilla* in *A*, *fabella* in *B*, sed *faula* in *V* extat. Patuit igitur campus ingenia experturis, cumque multa futiliter temptarentur, multa tamen inde a Scaligeri Salmasii Heinsii curis praeclare emendata sunt. Gaudebo, si meae quoque curae aliquid in rem contulisse uidebuntur. — Hoc iam, cum *BV* pro fratribus haberi non possint, codicum stemma statuo:



S (cf. 218, 8) nec ad *A* nec ad *BV* familiam pertinet: *C* in lectione a reliquis remotior est, cf. supra.

Commentatores his poematis obtigisse nullum uestigium monstrat, nec uerisimile est. In uno carmine 303, 4 (Luxorii) cum *BV numina* omittant, eidem *caeli* falso addunt, quod ex glossemate oriri potuit, ut etiam 338, 8 *persenecem* in *A* pro *Persephone*. Fortasse huc pertinet 197, 3, ubi *duodenigenas* recte Heinsius, *duodecim annis genas AB*; cf. etiam *lecto toro* 444, 5; *fluctu uultu* 461, 3. Sed ex tam tenuibus uestigiis lucri nihil nanciscimur.

Coniecturas et aliorum et meas commemoraui eas tantum, quae aut probabiles aut aliqua ratione memorabiles uisae sunt. His signis [ ] uerba ab emendantibus addita circumscripsi. Codicum lectiones omnes praeter *e* et *ae* inter se commutata quam diligentissime potui enotaui.

Carminum inscriptiones ex codicibus retinui. A poetis ipsis eas prouenire non dico (cf. e. c. 269); retinendo autem et editionis rationi et rerum interdum perspicuitati optime me consulere putaui. Litteras unciales non imitatus sum in apparatu; neque ulla causa erat, cur inscriptiones, quae in *A* saltem eisdem quibus reliqua litteris scriptae sunt, ea ratione insignirem (erratum est p. 144).

Ad calcem huius fasciculi aenigmata hexasticha barbarie horrida edidi, quae e codice Bernensi 611 saeculi VIII a se descripta Hermannus Hagen amicus mihi transmiserat quibusque emendandi operam utilissimam adhibuit. Diu dubitaui, num recipienda essent; donec carminis 383 comparatione edoctus sum, antiquitate uergente tales rei poeticae fetus reuera iam esse procreatos. Eorum rei metricae et prosodicae leges, quae quidem uere inesse uidentur, nunc exponere longum est.

Indices qui sufficiant alteri fasciculo addentur; interim hoc agere uolui, ut in his quae edidi poematis eis, qui Meyeriana editione adhuc utuntur, prodessem.

Addenda uel corrigenda haec quae adferam habeo:

p. XIII l. 3 dicere debui 'in forma quadrata maxima'. — ib. adn. dele 281.

p. 11 c. 3, 1 interpunge post *emendans*.

p. 14. c. 4, 35 in terris] e multis *P; ego erraui*.

p. 15. c. 4, 71 *Nympharum Bacchique comes* est ex Petronii c. 133.

p. 78. c. 21, 200 sqq. Columbanum in epistola ad Fedolium imitari ex L. Muelleri de r. metr. p. 287 didici.

p. 90. c. 70 *De incestu partu(u)m* Muellerus.

p. 97. c. 83, 78 sqq. *Vesui*] *uisu* L. Muell. ib. p. 464. Idem non u. 81, sed post *amor* 78 duo hemistichia excidisse putat, uelut '*Discussis imbribus atra Cum requieuit hiems*'.

p. 123. c. 158 iam Scaliger Hilasio tribuit.

p. 126. c. 168: lege 'B. ib. M. 676'.

p. 150. c. 207, 2 lege *astas*.

p. 161. c. 230 fortasse *De missu* (i. e. ferculo) *asso*? De carne assa cf. Varr. de l. l. V 109.

p. 187. 'Symposii' aenigmata ab E. F. Corpet ('revues sur plusieurs manuscrits') Parisiis a. 1868 edita non uidi. — Kleinius mus. rh. XXIII 663 sq. ex cod. Paris. 8088 s. XI quindecim eius aenigmata attulit. Codex est recensionis *B* (cf. 4, 1. 17, 2. 8, 3), liberius mutatus (1, 3. 16, 3. 12, 1). Commemoro lectiones *Exsolui* 5, 3 et *conchilium* 18, 3.

p. 208. c. 287, 18 adn. lege '*tam te*' *a*, *Mey*.

p. 211. c. 292 *missum*: num *Misuae*? Misua oppidum prope Carthaginem erat.

p. 258 sqq. His ultimis diebus Holderus collationem cod. Durlacensis 36 f. anno 850 scripti, Caroliruhae nunc seruati, mihi misit, cuius folia 39 r. — 50 r. carmina 1052 Mey., 394, 395, 1051 Mey. ita continent, ut uniuscuiusque mensis uersus eodem folio extent. Versus carminum 1052 M. et 394 MONASTICA hic appellantur. Cumque et 1052 et 1051 (cuius uersus maioribus in hoc codice litteris insigniti sunt) Ausonii sint, id quod ex cod. Vossiano in fol. 111 fol. 3 r.

apparet, hinc coniectura mea, qua eandem originem etiam c. 394 sq. tribui, firmatur. Desunt et tituli omnes et c. 394, 1. Ab editionis meae uerbis quae discrepant haec sunt: 394, 2 *dõ* 3 *reduci* 5 *maie — exagonia* (7 *ardenti — lumina soli* recte) 8 *aera* 9 *uirgo* deest 10 *octo///ber* 11 *dura* recte 12 (ante 1052, 12 positus) *unde — hiemps.* 395, 3 *sctique caput* (*t* super *d* erasa) 4 *purpureis* 5 *Ad* 7 *iacto* 8 *abet* 10 *exubias* 11 *uer hedus — garuda* (*d* in *l* mut.) *hyrundo* 12 *atque*] *&* 13 *myrtho — aptis* 14 *ueris* recte — *thetis* 15 *ceruleus et — odores* 16 *balsame — pafię* 17 *pecta rosea* 18 *calatis* 19 *at* (olim *ad*) *lantigine — maius* 20 *uranię* 21 *Nuda genu menbra — solio* 24 *docens* 25 *coloratus* 26 *rutilus — legat* 27 *Moros* 28 *Quem* 30 *Cernes dimerso* 32 *genitum quem peribent echaten* 33 *Surgentes — uarios & persecat* 34 *micia* 37 *ipsa — foetus* 39 *Ambrosius* 40 *Aparet* 41 *postqu hanc* 42 *Nemfidus* 43 *ui auidis* 44 *que* deest 45 *coniecti* 46 *hiemps* 47 *reuocent — decembri* 48 *dño.* Codex, quocum *m* cognatus est, optimus est omnium, qui haec carmina continent.

Dabam HEIDELBERGAE mense Oct. a. MDCCCLXVIII.

CARMINA

CODICVM ANTIQVISSIMORVM

CARMINA
CODICIS VERGILIANI VATICANI 3867.

1

Aeneidos argumenta Ouidio Nasoni adscripta

Praefatio — Burmanni II 192. Meyeri 862

Vergilius magno quantum concessit Homero,
  Tantum ego Vergilio Naso poeta meo.
Nec me praelatum cupio tibi ferre, poeta:
  Ingenio si te subsequor, hoc satis est.
Argumenta quidem librorum prima notaui,
  Errorem ignarus ne quis habere queat.
Bis quinos feci legerent quos carmine uersus,
  Aeneidos totum corpus ut esse putent.
Adfirmo grauitate mea, me carmine nullum
  Liuoris titulum praeposuisse tibi.

R = *Vaticanus Vergilii saec. fortasse V—VI*   *E* = *Vossianus fol.* 111 *saec. IX*   *b c* = *Bernenses* 165 *et* 184 *s. IX*   *γ* = *Gudianus s. IX*   *C* = *Parisinus* 8069 *s. X uel XI*   *X* = *Valencen.* 389 *s. IX—X.*

Praefatio in EγC extat.   Incp̃t epigra· matũ (ũ *m. sec. in ras.*) obidii nasonis in libris eneidarum uergili/// (*in rasura* i) pręfatio *E*, *in cuius adnotatione Holderum sequor*   Carmen Ouidii Nasonis *γ* Versus ouidii nasonis de uirgilio incipiunt *C*
  1 uirgilius *C*   magno *om.γ*   quantus *γ*   2 uirgilio *γC*   'Naso poeta meo' *ex Ouid. Trist. III* 3, 74.   4 ingemo *C*   *u.* 9—10. 5—8 *Ribbeckius*   5 pͥma *C*   6 errore *γ*   7 feci legerent *E* legere ut feci *γ* legerent feci *C*   8 totam *γ*   9 grauitatẽ *γ*   meae *E*, *sed* e *m. sec.*   caͬm *E*, *sed* r *m. sec.*   10 liboris *E*   proposuisse *γ*

B. II 191. M. 860.

I

Aeneas primo Libyes adpellitur oris. —

B. II 192. M. 862.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Aeneas odiis Iunonis pressus iniquae
Italiam quaerens Siculis errauit in undis.
Iactatus tandem Libyae peruenit ad oras
Ignarusque loci, fido comitatus Achate
Indicio matris regnum cognouit Elissae,
Quin etiam nebula saeptus peruenit ad urbem
Abreptosque undis socios cum classe recepit.
Hospitioque usus Didus per cuncta benignae
Excidium Troiae iussus narrare parabat.

(cf. ad 1)

II

Funera Dardaniae narrat fletusque secundo.

(cf. ad I)

Conticuere omnes. tum sic fortissimus heros
Fata recensebat patriae casusque suorum:
Fallaces Graios simulataque dona Mineruae,
Laucontis poenam et laxantem claustra Sinonem,
Somnum, quo monitus acceperit Hectoris atri,
Iam flammas caeli, Troum patriaeque ruinas

Decasticha, *singulis monostichis praemissis*, *extant in R b c X*; *separata extant in E*; *de γ incertus sum (cf. Ribbeck. proll. Verg. p.* 370, *sed et p.* 377). *X a libro V incipit. Leuiora librorum bcXγ uitia omitto.* I It monostica in libris aeneidos *E* Incipit uersus ouidii nasoni *c* libie *E* libyae *rell.* depellitur *libri* oras *Ribbeckius* conpellitur undis *E* Liber primus *E* 1 uello *E m. pr.* 2 praessus *R* 4 naufragus et tãdem libiaę est aduectus ad oras *E* 5 achatae *R* 6 regna *c* helissaę *E* 7 septus ꝑbenit in *E* 8 adreptosque *Rbγ* arreptosque *c* abreptos socios undis *E* 9 hospitio (s *m. 2*) *E* didois *c* benigne *E*

II *om. bcγ* II (*et sic in rell.*) *E* flectaeque *R* defletque *E* fletusque *recentiores* 1 II *E* tunc *Ebcγ* haeros *E* 2 patriae *RE* troiae *bc* troiaeq. *γ* casussusq. *b* 3 donata *E*, *corr. m. sec.* 4 Laocoontis *Rγ* Laucoontis *E* Laocontis *bc* et *om. Ebcγ* 5 somnium *R* acceperat *Ebc* hae ctoris *E* atrum *bcγ* 6 famas *cγ* f^l^amas *b*

Et regis Priami fatum miserabile semper
Impositumque patrem collo dextraque prehensum
Ascanium, frustra a tergo comitante Creusa;
Ereptam hanc fato, socios in monte receptos.

III

Tertius errores pelagi terraeque requirit.

Post euersa Phrygum regna ut fuga coepta moueri
Vtque sit in Thracen primo deuectus ibique
Moenia condiderit Polydori caede piata,
Regis †Ani hospitium et Phoebi responsa canebat,
Coeptum iter in Creten, rursus noua fata reperta,
Naufragus utque foret Strophadas compulsus ab undis;
Inde fugam et dirae narrat praecepta Celaenus,
Liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis,
Supplicem Achaemeniden Polyphemo urgente receptum
Amissumque patrem Drepani. sic deinde quieuit.

IV

Vritur in quarto Dido flammasque fatetur.

At regina graui Veneris iam carpitur igni.
Consulitur soror Anna; placet succumbere amori.

7 regnum *R* fato *R* 8 inpositumq̄ *Eb* praehensū *R* prahehensū *E*, *corr. m. sec.* 9 a *solus E* (at *m. sec.*) Creusa (e *in ras.*) *R'* 10 hanc *om. bγ* repertos *E*

III *om. Rcγ*, *dedi ex b E.* T. e. canit amissumque parentem *Burmanniani. u.* 1—10 *om. R* III *E* 1 phrigū *E* ut *solus E* cepta *Eγ* 2 in thrachen *E* in tracē *γ* itrarem *b* primo *cγ* primum *E* primi *b* deiectus *b* 3 polidori *Ecγ* 4 legis *c* Ani *Ribbeckius* anii (*sic*) *E* ad *bcγ* ospitium *Ec* phebi *E* canebant *Burm.* 5 cretā E rursū, *sed corr.*, *E* 6 conpulsus *E* ad undas *bcγ* ad udas *Heinsius* 7 dire *E* irae *b* iree *c* narrat *om. E* atque itē narrat *γ* praecepta orrenda celaenus *E* 8 elenum *E* preceptis *Eb* p̃ceptis *cγ* 9 achemeniden *E* acem. *c* populphemo, *corr. m. sec.*, *E* ungente *b* urguente *γ*? recepit *bcγ* receptus *E* (*sic*) 10 que *om. E* dripanis hic *E et fere bcγ. corr. ed. Aldina*

IV *in RE*, *om. b c γ* flammisque crematur *E* 1 IIII *E* capitur *E* 2 anna *E*, anne *m. sec.* 2 soror *om. cγ*

Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur uenatum, Veneris clam foedera iungunt.
Facti fama uolat. monitus tum numine diuum
Aeneas classemque fugae sociosque parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata iubent nec iam datur ulla facultas,
Conscenditque pyram dixitque nouissima uerba
Et uitam infelix multo cum sanguine fudit.

V

Quintus habet ludos et classem corripit ignis.

Nauigat Aeneas. Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios. una hospes Acestes.
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens adlapsa sagitta.
Iris tum Beroen habitu mentita senili
Incendit naues, subitus quas uindicat imber.
In somnis pater Anchises, quae bella gerenda
Quoque duce ad Manes possit descendere, monstrat.
Transcribit matres urbi populumque uolentem
Et placida Aeneas Palinurum quaerit in unda.

3 de his honerantur *E* 5 factum fama notat *E* tunc *cγ* 7 praecibus *R* 8 iubent] uidet *Ec* ulla loquendi *cγ* 9 *prius* que *om. R* consceditq[s] puram (piram *m. 2*) *E*

V *om. R.* Incipit praefatio libri quinti *X* *dedi ex bγX* ludos q̌os cōcelebrar&γεγ[illegible] *E* (*euanida illa in quibus Holderum sequor*, *Burm.* potestas *legit*; Auerno *ci. Mueller*, Anchisae *Ribbeck*; *num* Acestes?) 1—10 *om. R* 1 V *E* 2 Hinc *X* 4—6 *om. γ* 5. 6. 4 *b* 4 prodigio *Heinsius* prodigiū *Eb* prodigiosa & *X* delapsa *b* 5 tum *Ribbeckius* item *E* nutricem *bX* te *ut uid.*, *erasum c* cabitū *E*, *corr. m. 2*

pro 7: Cun[g]cnatum (i. e. Tunc gnatum) a[n]chises solatur noctis in umbris *b* *uersum* 7 *et hunc habet X* 8 quo[d]q[s] *E* ducē *cγ* narrat *b* mostrat *E*, *corr. m. 2* 9 trans scribit *cγX* mores urbis *b* 10 placidum *et* undis *bcγX*, *fort. recte.* Finit carmen obidii *X* (*Ouidium Nasonem X ad libr. VII et IX nominat*)

VI

Quaeruntur sexto Manes et Tartara Ditis.

Cumas deinde uenit. fert hinc responsa Sibyllae.
Misenum sepelit; mons seruat nomen humati.
Ramum etiam diuum placato numine portat.
At uates longaeua una descendit Auernum.
Agnoscit Palinurum et ibi solatur Elissam
Deiphobumque uidet lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum poenas audit narrante Sibylla.
Conuenit Anchisen penitus conualle uirenti
Agnoscitque suam prolem monstrante parente.
Haec ubi percepit, graditur classemque reuisit.

VII

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

Hic quoque Caietam sepelit, tum deinde profectus
Laurentum uenit. hanc uerbis cognoscit Iuli
Fatalem terram: 'mensis en uescimur' inquit.
Centum oratores pacem ueniamque petentes
Ad regem mittit Latii tum forte Latinum,
Qui cum pace etiam natae conubia pactus.
Haec forte Allecto Iunonis dissipat ira:

1 VI *E* Cymas *R* sibillae *E* 2 seruans *RX* 3 uiuum *R* etiam (et *X*) ante (antea *c*) deũ (diuum *cX*) *cγX* 4 ad uatis *E* longaeua *RbX*] tecta atque (adque *E*) *Ecγ* 5 palinuron ibi *E*, *qui* et *om.* (*sic*) consolatur elisã *X* helissã *E* 6 Diphobũq^{s} *E* laterum *R* 7 audit *RE* discit *bXγ* discet *c* sibilla *E* 8. 9 *om.* X 8 penitus ·q· in ualle *Rbcγ* conualle *E* (*cf. Aen. VI* 679) 9 cognoscitq^{s} *E* narrante *Rbγ* monstratq. *c* 10 sociosque reuisit *cγ* † socios *X m. 2*

VII *om. bc* aenean *γX* 1 VII *E* sepelit tum] tumult *E* 2 Laurentumq. *RbγX* hanc *om. γX* cognouit *R* cognom̄ *X* 3 en *RγX* iam *Eb* 4 q^{s} *ex* t^{s} *E m. pr.* 5 mittunt laeti *RγX* tũc *E* sorte *RγX* fonte *E m. pr.* 6 nata *R* 7 hoc *RbγX* hic *E* haec *L. Müllerus* forte *RγX* furia *bc* furiam *E* distruit *E* (*sic*) iram *Rγ*

Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent.
Belli causa fuit uiolatus uulnere ceruus.
Tum gentes sociae arma parant, fremit arma iuuentus.

VIII

Praeparat octauo bellum quos mittat in hostis.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce,
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium et doceat, quae causa petendi.
Aeneas diuum monitu adit Arcada regem
Euandrum Arcadia profugum noua regna petentem.
Accipit auxilium: huic natum et socia agmina iungit
Euander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamque habilis bello et maternis laetus in armis
Fataque fortunasque ducum casusque suorum
Sortitus clipeo diuina intentus in arte est.

IX

Nonus habet pugnas nec adest dux ipse tumultu.

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem
Nympharum in speciem diuino numine uersae.
Euryali et Nisi coeptis fuit exitus impar.

u. 9 *ante* 8 *locandum puto* 8 C. d.] Re[c]xedit (c *a m. sec.*) furiis *E* *u.* 10 = *Mey.* 223, 42; *pro eo*: Arma ferunt gentes sociadat bella iuuentus *E*

VIII hoctabo *E* et quos *Heynius* quos armat in ostem *E* mittit *X* 1 VIII *E* 3 ausiliũ *E* 4 monitu *REc* monit' *γ* monitis *b* moniti caedit *X* arcade *E* 5 arcadiae *RγXet* (arch.) *bc* tenẽtẽ *E* 6 auxilia hic natus, *om.* et, *E* [g]natũ *b* 7 euandri *Eb* fatri *E m pr.* 9 causasque *b* *pro* 10: Miratur clipeo diuinã natus in artem *E*

IX pugnam *E* rex *E* tumulti *E* tumultu *RγbX* tumultus *c* 1 VIIII *E* adque *R* haec *E* 2 Tunonus monito *X* festinat turnus in ostem *E* 3 in naues *E* 4 nĩpharũ *Ebc* specie *E* 5 euriali *Ebc* ceptis *E* inpar *Xc*

Pugnatur: castra Aeneadae uallumque tuentur.
Audacem Remulum dat leto pulcher Iulûs.
Fit uia ui. Turnus Bitian et Pandaron altum
Deicit et totis uictor dat funera castris,
Iamque fatigatus recipit se in castra suorum.

X

Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Aduenit Aeneas multis cum milibus heros.
Mars uocat et totis in pugnam uiribus itur.
Interemit Pallanta potens in proelia Turnus
Caeduntur que duces, cadit et sine nomine uulgus.
Subtrahitur pugnae Iunonis numine Turnus.
Aeneas perstat Mezenti caede † piata
Et Lausum inuicta peremit per uulnera dextra.
Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

XI

Vndecimo uicta est non aequo Marte Camilla.

Constituit Marti spoliorum ex hoste tropaeum
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.

6 pugnantur *RbγX* baęllũq^{s} *E* 7 romulum *RX* rutilũ *c* lecto *Xpr.b* leto dat pulcer *E* 8 bitiam *RbcγX* betiã *E* pãdoron acrem *E* pandarum *rell.* 10 recipet *Rγ* in tuta *E*

X *om. b* aenae *E* Mezzentius *Rγ* 1—10 *om.b* 1 X *E* 2 hõnib^{s} *E* 3 heros *RcγX*] inde *E* 5 interimit *solus E* pallnta *E* praelia *X* 6 cedunturq^{s} *E* 7 sub^{t}raitur *E* n$\overset{u}{o}$mine *X* 8 instat *E* prestat *X m.pr.* mezzenti *Rγ* piata *RcγX* cruentus *E* parata *Ribbeck*. *pro* 9: Lausus fata patris presenti morte redemit *E* per$\overset{i}{e}$mit *X* 10 uictor *libri, corr. Burm.* mezzentius *Rγ*

XI uita *X* 1 XI *E* spoliatũ *E* spoliato *b* tropeum *E* 2 exanim (min *m. pr.*) emq^{s} *E* natum] feretro *E*

Iura sepulturae tribuit tempusque Latinis.
Euander patrios adfectus edit in urbe.
Corpora caesa uirum passim digesta cremantur.
Legati referunt, Diomeden arma negasse.
Drances et Turnus leges aequante Latino
Concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.
Pugnatur. uincunt Troes. cadit icta Camilla.
Deinde duces castris, donec cessere, minantur.

XII

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis
Semet in arma parat pacem cupiente Latino.
Foedus percutitur, passuros omnia uictos.
Hoc Turni Iuturna soror confundit et ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem.
Aenean uolucri tardatum membra sagitta
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur. uitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus utrimque
Circumfusa acie uita spoliauit et armis.

4 affectus *Ebc* cedit *γ* caedit *b* aedit *E* 5 disiecta *E* 6 ligati *R* 8 inminet *E m.pr. Xc* 9 iacta *Rc* acta *bγ* ips≡a *E*, s *fort. corr. ex* t 10 dein reduces *L. Muellerus* donec] nocti *E* sessere *c*, *probat Ribbeckius* minati *E* (minãti *m. sec.*)

XII dudecimȯ *γ* 1 XII *E* 3 fedus *E* passurus *RcγX* passuri•s *b* hõnia *E* uictus *RbcγX* 4 contundit *E* 5 mentita *E* 6 aenean *RX* (aeneas *uel alia rell.*) aeneã *E* tardatur *RX* 7 ˢnato *b* serbabit *E* 8 siui *E m.pr.* 9 progressus *E* 10 spoliaui *E m.pr.*

2

Bucolicon et Georgicon argumenta Ouidio Nasoni adscripta

B. II 189, 1—4.
M. 836, 1—4.

Qualis bucolicis, quantus tellure domanda,
Vitibus arboribusque, satis pecorique apibusque
Aeneadum fuerit uates, tetrasticha dicent.
Contineat quae quisque liber, lege carmina nostra.

Bucolicon argumenta.

B. II 193, 1—4.
M. 863, 1—4.

Tityrus agresti modulatus carmine ruris,
Formosum per quod Corydon dilexit Alexin,
Silenumque senem sertisque meroque ligauit,
Pastorumque sonos faciles duxere cicutae.

Georgicon argumenta.

B. II 189, 5 sqq.
M. 836, 5 sqq.

I

Quid faciat laetas segetes, quae sidera seruet
Agricola, ut facilem terram proscindat aratro,
Semina quae iacienda, modos cultusque locorum,
Et docuit messes magno cum faenore reddi.

II

Hactenus aruorum cultus et sidera caeli,
Pampineas canit inde comas collisque uirentis

Tetrastica in cunctis libris Vergilii. pre͠f. *E* Carmen Ouidii Nasonis tetrasticon *C* Incipit tetrastichon Ouidii Nasonis carmen *b* Incipit carmen tetrasticon Ouidii Nasonis *γ et ad u.* 9 *c.* 1—4 *in ECbγ extant* 2 peccoriq; *C* 3 aneadum *C* uatis *E* tetrastica *Cbγ* tetrasthica *E* 4 munera *E* nr͠a *Ebγ*, *euanuit in C* carmine nostro *Ribb. u.* 5—8 *in ECb extant* 5 titirus *E* modo laetus *b* carmen auena *E* 6 per quod] pastor *E* coridon *ECb* 8 facili deduxit auena *E* 9—24 *om. EC, in bcγX extant (ex γ nil notatum)* 9 quo sidere *cX* 10 facile *bcX* aratris *b m. sec., cX* 11 quo *b* facienda modus *c* loco *b* 12 olim foedere *c* fe͠dere *X* 13—20 *in R quoque extant* 13 celli *c* 14 inde *b* ille *RcγX* collesque uirentes *b*

Discretasque locis uites et dona Lyaei
Atque oleae ramos, pomorum et condere fetus.

III

Teque Pales et te, pastor uenerande per orbem,
Et pecorum cultus et gramine pascua laeta,
Quis habitent armenta locis stabulentur et agnae,
Omnia diuino monstrauit carmine uates.

IV

Protinus aërii mellis redolentia regna,
Hyblaeas et apes, alueorum et cerea tecta,
Quique apti flores, examina quaeque colenda,
Indicat umentisque fauos, caelestia dona.

15 descriptasque loci *RcγX* 16 adque *R* et condere fetus *b* ex ordine laetus *RcγX* 17 Te quoque *RX* magna pales *X* pastorum (*om. X*) memorande *RcγX* per orbem] canemus *X* 18 gramina *RcγX* 19 habitant *RcγX* agni *RcγX* u. 21—24 *in X a manu saec. XIII* 22 et *om. b c* q. γX quoque *alii* aluorum *bcγ* et *om. c.* que *X* tecta *c* dona *b* regni *γ* 23 quidque albi *cγ* q(i)eiq; alis *X* colenda *b* legenda *cX* legentis *γ* 24 i(m)plicat *b* humentisque *cγ* hum̃tesq; *X*. *Cum RCcγX fere congruit Paris.* 7927 *saec. X, qui u.* 1—4. 9—24 *continet.*

CARMEN
CODICIS VERGILIANI MEDICEI 39, 29.

3

Turcius Rufius Apronianus Asterius ūc̄. et inl. ex comite domest. protect. ex com̄. priū. largit̄. ex praēf. urbi patricius et consul ordiñ. legi et distincxi codicem fratris Macharii *ūc̄.* non mei fiducia set eius cuius et ad omnia sum deuotus arbitrio XI kal. Maī Roma*e*.

B. II 187. M. 281.

Distincxi emendans gratum mihi munus amici
  S*uscipi*ens, operi *se*dulus i*ncubui.*
Quisque legis, *re*legas felix parcasque ben*ignus,*
  Siqua minus uacuus pra*eteriit animus*
Tempore, quo penaces circo subiuncximus atque
  Scenam euripo extulimus subi*tam,*
Vt ludos currusque simul uariumque ferarum
  Certamen iunctim Roma ten*eret ouans,*

Asterii consulis a. p. Chr. 494 *carmen inter Bucolica et Georgica interiectum est, de quo cf. Ribbeckius proll. critt. in Verg. p.* 222 *sq., unde descripsi, qui non ante VI· uel VII· saeculum epigramma in codicem inlatum esse demonstrat. Idem Verg. tom. IV post p.* 206 *carmen photographi arte repraesentatum depinxit; ea quae hodie non iam legi posse inde discimus, litteris obliquis descripsi.* — cuius *NHeinsius* cui si *M(ediceus)*   3 que] q. *bis M; sic u.* 5. 7 *bis.* 14. 15. benigne^{us} *M*   *u.* 3. 4 *in M post u.* 16 *positi, sed signo* ⊖ *utrobique bis posito, hodie euanido, ad u.* 1. 2 *reuocati sunt.*   5 *i. e.* pinaces.

Ternum quippe 'sofos' merui, terna agmina uulgi
  Per caueas plausus concin*uere* meos.
In pretium famae census iactura cucurrit,
  Nam laudis f*ruc*t*um* talia da*mna serunt*.
Sic tot consumptas seruant spectacula gazas,
  Festorumque *tri*um permanet *una dies*,
*Aster*iumque suum uiuax transmittit in aeuum,
  Qui parcas trabeis tam bene donat *opes*.

11 in quaestum *M*, *sed* pretium *in mg. testė Fogginio; hodie tantum* q aestum *extat*. 14 una] *an* alma? 16 partas *Heinsius*

CARMEN
CODICIS PARISINI 8084.

B. M. —

4

Dicite qui colitis lucos antrumque Sibyllae
Idaeumque nemus, Capitolia celsa Tonantis,
Palladium Priamique Lares Vestaeque sacellum
Incestosque deos, nuptam cum fratre sororem,
Inmitem puerum, Veneris monumenta nefanda,
Purpurea quos sola facit praetexta sacratos,
Quis numquam uerum Phoebi cortina locuta est,
Etruscus ludit semper quos uanus aruspex:
  Iuppiter hic uester, Ledae superatus amore,
Fingeret ut cycnum, uoluit canescere pluma?
Perditus ad Danaen flueret subito aureus imber?
Per freta Parthenopes taurus mugiret adulter?
Haec si monstra placent nulla sacrata pudica,
Pellitur arma Iouis fugiens regnator Olympi?
Et quisquam supplex ueneratur templa tyranni,
Cum patrem uideat nato cogente fugatum?
Postremum, regitur fato si Iuppiter ipse,
Quid prodest miseris perituras fundere uoces?
Plangitur in templis iuuenis formonsus Adonis,

Inscriptio deesse uidetur P, in quo notando Delislium sequor. carmen uitiis prosodiacis scatet. 1 sybillae *P* 2 ideumque *P* (deumque *P, teste Nouveau traité de diplomatique III pl.*43) 7 uirum *P* curtina *P* 10 cycynum *P* 11 danain *P* 12 parthenopis *P* 13 *num* nullo sacrata pudore? 16 sogente *P*

Nuda Venus deflet, gaudet Mauortius heros,
Iuppiter in medium nescit finire querellas,
Iurgantesque deos stimulat Bellona flagello.
  Conuenit his ducibus proceres sperare salutem
Sacratis? uestras liceat conponere lites.
Dicite: praefectus uester quid profuit urbi,
Cum Iouis ad solium raptum sacratus abisset,
Cum poenas scelerum tracta uix morte rependat?
Mensibus iste tribus uotum qui concitus urbem
Lustrauit, metas tandem peruenit ad aeui!
Quae fuit haec rabies animi? quae insania mentis?
Sed Ioui uestram posset turbare quietem.
Quis tibi iustitium incussit, pulcherrima Roma,
Ad saga confugerent, populus quae non habet olim?
  Sed fuit in terris nullus sacratior illo,
Quem Numa Pompilius, in terris primus aruspex,
Edocuit uano ritu, pecudumque cruore
Polluit (insanum) bustis putentibus aras.
Non ipse est, uinum patriae qui prodidit olim,
Antiquasque domus, turres ac tecta priorum
Subuertens, urbi uellet cum inferre ruinam,
Ornaret lauro postes, conuiuia daret,
Pollutos panes infectos ture uaporo
Poneret, in risum quaerens, quo dederet morti,
Gallaribus subito membra circumdare subtus?
Fraude noua semper miseros † profanare paratus
Sacratus uester *urbi* quid praestitit, oro.
Quid Hierium docuit sub terra quaerere solem,
Cum sibi forte pirum fossor de rure dolasset
Diceretque esse deum comitem Bacchique magist[rum]
Sarapidis cultor, Etruscis semper amicus?

25 urbii *P* 26 Quem *P* tractatus abisset *P* 27 poena *P* 28 uotum] totam? 29 lustrauis aetas *P* 32 pulcerrima *P* 36 paecudumque *P* 37 busti *P* 38 *num* regnum patris? 39 antiquaque *P* ac] a *P* 42 infectous *P* infectans *Delisle* 43 quod edere *P* 44 subtus] subitus *P* 46 urbi *non certum in P* 48 pyrum *P* 49 bhaccique *P* rum *om. P*

Fundere qui incautis studuit concepta uenena,
Mille nocendi uias, totidem conquireret artes,
Perdere quos uoluit, percussit luridus anguis,
Contra deum uerum frustra bellare paratus,
Qui tacitus semper lugeret tempora pacis,
Ni proprium ulterius posset uulgare dolorem.
Quis tibi, taurobolus, uestem mutare suasit, u. 57—62: B. 1 57. M. 605.
Inflatus diues, subito mendicus ut esses
Obsitus et pannis, modica tepefactus *epeta*
Sub terram missus, pollutus sanguine tauri,
Sordidus, infectus; uestes seruare cruentas,
Viuere cum speras uiginti mund[us in annos?]
Abieras censor meliorum incedere *uitam*
Hinc . . . . confisus, posset quod fama latere,
Cum canibus Megalesiacis circumdatus esses,
Quem . . . . recubantem
Sexaginta senex annis durauit ephebus
Latunni cultor, † Hellenae semper amicus.
Qu*is* †*cun*ctis Faunosque deos persuaserat esse
. . . ae Nymphas comites Satyrosque Panasque?
Nympharum Bacchique comes Triuiaeque sacerdos,
Cum lustrare choros ac molles sumere thyrsos,
. . a quem inbuerat quatere Berecyntia mater
. . . atea potens . . [Io]ue prosata summo
. d . . . . . dis pulcrum sortita decorem.
Sacrati*s* liceat null*is* seruare pudorem,
Plangere cum uocem soleant Megalensibus actis?
Christicolas multos uoluit sic perdere demens,
Qui uellent sine lege mori. donaret honores

51 concerta *P* 52 conquereret *P. num* conquirit et? 56 Ne *P* interius *P* 59 modicis *Salmasius* stepefactus *P* epeta *ut videtur P* nepeta *Delisle* 60 terra *P* 62 us in annos *add. Salm.* 63 cedere *P* uitam *incertum P* 64 possent *P* 65 Magalis *P* 66 recouantem *P* 67 efoebus *P* 68 Latunni *incertum P. num* Latonae? 69 Qu*i*ctis faunos *i*que *P* (*duo* i *incerta sunt*) 70 nymfae *P* saturosque poenasque *P* 71 comae triuaeque *P* 72 cum lustraret horus ac moles sumeret hyrcos *P*, *correxi* 73 berecantia *P* 74 Ioue] ue *P* 76 s *et* i *incerta P* (null*i P*, *correxi*)

Oblitosque [dei] caperet quos daemonis arte,
Muneribus cupiens quorundam frangere mentes
. . . . parua mercede profanos
. . . . as miseros sub tartara secum
Soluere . . . . foedera leges
Leucadium † fecit fundos curaret Afrorum
Perdere Marcianum sibi proconsul . . . .
Quid tibi . a*ph*afus custos, quid *pro*n[u]*b*[a Iuno]
Saturnusque senex potuit praestare sacrato?
Quid tibi Neptuni promisit fuscina, demens?
Reddere quas potuit sortes Tritonia uirgo?
Dic mihi, Sarapidis templum cur nocte petebas?
Quid tibi Mercurius fallax promisit eunti?
Quid prodest coluisse Lares Ianumque bifrontem?
Quid tibi Terra parens, mater formonsa deorum?
Quid tibi sacrato placuit latrator Anubis?
Quid miseranda Ceres, subter Proserpina mater,
Quid tibi Vulcanus claudus, pede debilis uno?
Quis te plangentem non risit, caluus ad aras
Sistriferam Phariam supplex cum forte rogares?
Cumque Osirim miserum luges, latrator Anubis
Quae tenet inuentum rursum quem perd . . .
*P*ost lacrimas ramum fractum portares oliuae?
Vidimus argento facto iuga ferre leones,
Lignea cum traherent iuncti stridentia plaustra,
Dextra laeuaque istum argentea frena tenere.
u. 106—109: Egregios proceres currum seruare Cybebae,
B. I 58. Qu*e*m trahere[t] conducta manus Megalensibus actis,
M. 606. Arboris excisae truncum portare per urbem,
Attin castratum subito praedicere Solem.

80 dei *addidi* demonis *P* 87 ph *incerta P. Iouis nomen postulatur.* pron. b. *P, sed sola* n *omnino certa est.* Iuno *addidi* 96 miserande caeris *P* Ceres *Delislius* subtes, *sed corr., P num* subtus? 99 fariam *P* 100 ossyrim *P* lugis *P. uersum excidisse puto.* 102 ost *P* portaret *P* 104 facto *P num* facta? 105 leuaque situm *P* 106 aegregios *P* cirillae *P* Cybellae *Salm.* 107 quem] e *incert. P* trahere *P* 108 arboribus *P* 109 aut incastratum *P, corr. Salm.*

Artibus heu magicis procerum dum quaeris honores,
Sic miserande iaces paruo donatus sepulcro.
Sola tamen gaudet meretrix te consule Flora,
Ludorum turpis genetrix Venerisque magistra,
Conposuit templum nuper cui Symmachus heres.
Omnia quae in templis positus tot monstra colebas,
Ipsa molat manibus. coniunx altaria supplex
Dum cumulat donis uotaque in limine templi
Soluere dis deabusque parat superisque minat*ur*,
Carminibus magicis cupiens Acheronta mouere,
Praecipitem inferias miserum sub Tartara misit.
Desine post hydropem talem deflere maritum,
De Ioue qui Latio uoluit sperare salutem!

110 heu *scripsi* seu *P* quaeres *P* 111 iacis *P* 114 symmacus *P* 116 *num* molit? coniuncx *P* 117 comulat *P* limina *P* 118 diis *P* ur *incertum P* 119 aceronta *P* 121 ydropem *P*

CARMINA
CODICIS VOSSIANI Q. 9

5

B. M. — **Precatio Terrae Matris.**

carmen sic dices:

Dea sancta Tellus, rerum naturae parens,
Quae cuncta †generans et generas sidus,†
Quod sola praestas gentibus tutelam [tuam]
Caeli ac maris diuum arbitratumque omnium,
Per quam silet natura et somnos capit,
Itemque lucem praeparas et noctem fugas;
Tu Ditis umbras tegis et inmensum chaos
Ventosque imbresque et tempestates contines
Et, cum libet, dimittis; et misces freta
Fugasque solem et procellas concitas,
Itemque, cum uis, hilarem promittis diem;
Alimenta uitae tribuis perpetua fide

Herbarium salubrium legendarum medicinalium praecatio *sqq. L* (= *Voss. quart.* 9 *saec. VI fol.* 26 *sqq.*) Inč precatio terre *B* (*cod. Vratislau. s. IX*, *ed. Schneiderus ind. lect. hib. Vrat. a.* 1839). matris c. s. dic. *om. B* dicis *L*. *c.* 5 *et* 6 *Plautina arte composita post Schneiderum quantum potui emendaui.*

1 saneta *L* 2 que *L* queque *B* generas et regeneras *B* sidera *Schn. num* generas et genera adsiduo [foues]? 3 prestas *LB* tutela *LB* tuam *addo* 4 arbitrarumq; *B* 5 quem *B m pr. L* somnus *L* 6 idẽque *LB* reparas *B* 7 ditissima *B* tegas *B* inmensus eaos *L* inmensos caos *B* 8 que uentos *B* et imbres tempestatesque *LB* 9 dimittes *L* 11 ilarem *L* 12 et alimenta *LB*

Et, cum recesserit anima, in te refugimus.
Ita, quidquid tribuis, in te cuncta reccidunt.
Merito uocaris Magna tu Mater deum,
Pietate quia uicisti diuum numina.
Tu [es] illa uere gentium et diuum parens,
Sine qua nec maturatur quicquam nec potest
Nasci: tu es magna diuum regina [ac] dea.
Te, diua, adoro tuumque ego numen inuoco,
Facilisque praestes hoc mihi, quod te rogo,
Referamque, diua, gratias merito tibi.
Fide [me] exaudi quaeso et faue coeptis meis.
Hoc quod peto a te, diua, mihi praesta uolens:
Herbas, quascumque generat maiestas tua,
Salutis causa tribuas cunctis gentibus.
Hanc mihi permittas [ferre] medicinam tuam.
Veni ad me . . cum tuis uirtutibus.
Quidquid ex his fecero, habeat euentum bonum,
Cuique easdem dedero quique easdem a me acceperint,
Sanos eosdemque praestes . . . . .
. . . . nunc, diua, postulo ut hoc mihi
Maiestas praestet [tua], quod te supplex rogo.

6

Precatio omnium herbarum B. M. —

Nunc uos potentes omnes herbas deprecor
Maiestatemque uestram, quas Tellus parens

13 *num* recessit animus? 14 quicquid *B* recidunt *L* recedunt *B* 16 qui *B* nomina *LB* 17 tum *B* es *addidi* uer et *B* 18. 19 nasci potest · tu es magna · tu es diuum *LB* ac *addidi* 20 adora *B* nomen *B* 22 gratias (graciam *B*) diua tibi merito *LB* 23 me *addidi* queso *LB* fabe *L* 25 tua mag(mai *B*)estas *LB* 26 tribuis *B* 27 hac *L* permittis *B* ferre *addidi* 28 at *B* uirtutibus *om. L* 28. 31 *lacunae nullae LB* 29 quicquid *B* 30 quisquam easdem acciperint *B* 32 hoc *om. B* 33 (*fol.* 27 *L*) maiestes *B* magestas *L* tua *addidi* suplex *LB*

Explicit *L* p̄ trē exp̄ *B* Incipit praecatio *sqq. LB* 1 potestis *B* depraecor exoro *LB* 2 uestram uos quas parens tellus *LB*

Generauit cunctis gentibus et dono dedit.
Medicinam sanitatis in uos contulit,
Vt omni generi humano utilissimum
Auxilium sitis. hoc supplex posco, precor:
Vos huc adeste cum uestris uirtutibus;
Qui uos creauit, ipse permisit mihi,
Vt colligam uos. faueatis hoc etiam [mihi],
Cui medicina tradita est, quod uestraque
Virtus potest, praestate medicinam bonam,
Causam sanitatis. gratiam, precor, mihi
Praestetis per tutelam uestram, ut omnibus,
†Quidquid ex uobis fecero cuiue homini dedero†,
Effectum habeat celerrimum et euentus bonos
. . . . . semper ut liceat mihi
Fauente maiestate uestra †uos colligere,
Ponamque uobis fruges et gratias agam
Per nomen eius, qui uos iussit nascier.

3 et c. gent. *LB* (*num recte?*), *transposui* dono dedit] donet *B* maiestatemque *post* 4 *repetitum LB* 5 ut *om. B* 5. 6 sitis aux. util. *LB*, *transposui* 6 suplex exposco *LB* praecor *L* 7 uos *scripsi* ue *LB* adest te *L* adestote *B* 8 Quia qui creauit uos *LB* ipsa *B* 9 uos *delendum puto* fauentem *L* fauente *B* mihi *addidi* 10 cui *disyllabum*. est, quantumque uestra *LB* 12 graciam *B* praecor *L* 13 *post* omnibus: uiribus *L* uirtutibus *B* 14 *post* uobis: *fol.* 28 *L* 15 habeat effectum *LB* celeberrimum *B* 16 *lac. nulla LB* ut semper mihi (mini *L*, mici *m. sec.*) liceat *LB* 17 uestra *om. B* collegere *B* *num* uestra legere uos? 19 pugnãque *B* gracias *B* eius *scripsi* (*an* ĭllius *Plautino more?*) *pro* maiestatis *LB* *quod glossema puto* nasci *LB*

CARMINA

CODICIS PARISINI 10318

OLIM SALMASIANI

7

.1 od. alm. . . . . B. I 171. M. 1608

Ipse manu patiens inmensa uolumina uersat
Adtollitque globos. sonuerunt omnia plausu.
Tunc Cererem corruptam undis emittit ab alto.
Septem ingens gyros, septem uolumina traxit,
Lubrica conuoluens et torrida semper ab igni.
At rubricunda Ceres oleo perfusa nitescit.
Scintillae absistunt, opere omnis semita feruet.
Feruet opus redoletque, uolat uapor ater ad auras.
Instant ardentes ueribusque trementia figunt,
Conclamant rapiuntque focis onerantque canistris.
Vndique conueniunt pueri innuptaeque puellae.

8

De alea B. III 81. M. 1613

Artis opisque [tuae] tua si mihi certa uoluntas,
Expediam dictis donum exitiale Mineruae.

A = *cod. Salmasianus saec. VII uel ineunt. VIII* A^1 = *manus ipsius A librarii scripturam suam ad archetypi fidem (cf. proll.) corrigentis* *a* = *Salmasii*, α = *apographi Diuionensis emendationes potiores* *A et* A^1 *plene exhibebo, nisi quod* e *et* ae *confusa et scripturae compendia* (q; b; ã p) *et prauam uerborum diuisionem saepissime omittam* *B* = *Parisinus* 8071 *olim Thuaneus s. IX—X, ex quo Vo (Voss. oct.* 15 *s. XIII) descriptus uidetur* *V* = *Vossianus quart.* 86 *s. IX ineunt.* *C* = *Paris.* 8069 *olim Thuaneus s. X—XI* *S* = *cod. Bellouacensis in Bineti ed. Petron. a.* 1579 *appendice adhibitus.* *A ab initio mancus est, cf. proll.*

7—18: *Centones Vergiliani.*

7. 1 ille manum *Aen. VII* 490 3 cerem *A* mundis *A* 5 torrita *A* 6 ad *A* percusa *A*, *corr.* A^1 nitiscit *A* 8 feruen *A*, *corr.* A^1 redolenq; *A*

8. *Inscriptiones rubro colore scriptae sunt in A* 1 tuae *Burm. add. ex Aen. VIII* 377, *om. A* opus rarae *a* uolũtas *A* 2 minuere *A*

Tu uatem, tu, diua, mone. nunc ipsa uocat res
Et furiis agitatus amor; protentus in octo
Ipse dies agitat festos pro nomine tanto.
Effera uis animi numeros et nomina fecit.
Ossa minutatim fundo uoluuntur in imo.
Mille nocendi artes. uarium et mutabile semper
Artificis scelus, atque inprouida pectora turbat.
Per uarios casus leuium spectacula rerum
Intenti ludo exercent rapiuntque ruuntque
Incerti, quo fata ferant, atque aere sonoro
Insanire libet: duris dolor ossibus ardet.
  Omnibus extemplo magnum dat ferre talentum,
Qui uocat; adrectae mentes stupefactaque corda
Vota metu duplicant; tantae est uictoria curae.
Ergo ubi delapsae, misto premit agmine turba
Consilium quaerens; subitus tremor occupat artus. *p.* 2
Tunc certare odiis. multos alterna reuisens
Lusit et in solido rursus Fortuna locauit:
Aut doluit miserans inopem aut inuidit habenti.
Multa uiri nequiquam inter se uulnera iactant
Et tenues rumpunt tunicas, caecique furore
Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque. [quid] ultra?
Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocantem,
Contulimusque manus: [experto] credite, quantus
Corde dolor! quid non mortalia pectora cogis?
Monstrum horrendum ingens [tot] sese uertit in ora.
Tu potes unianimes armare in proelia fratres:

3 Tu uadẽ *A* 4 furtis *A* 7 uuluuntur *A*, *corr.* A^1 8 semꝑ *A* (*sic* per *saepius*) 9 adq; *A* 12 adq; here *A*, *corr. a* 13 insaniret *A* 14 exemplo *A*, *corr. a* 16 tanta *A*, *corr. a* 17 miss^o *A*, mixto *Aen. XI* 880 18 cons.qu. *non sunt Vergili* querendum subtus *A*, *corr. a* arte *A* 19 alternas *A* 20 ludit *A*, *corr. a* furtuna *A* 21 inuidi *A* 22 nequicquam *A* 23 tunica *A* forore *A*, *corr. a* 24 hic *A*, hinc *Aen. VI* 733 meduunt *A* gauderentque ultra *A* er *et* ultra *del. a* quid ultra? *Burm. ex Aen. III* 480 26 contullimusque *A* manus me credite *A*, *cf. Aen. XI* 283 27 cocis *A*, *corr.* A^1 (*a*?) 28 mon^{s}trum *A* tot *add. a* 29 unanimos *Aen. VII* 335 proelia *sic A*

Aere renidenti de uita et sanguine certant.
Tunc duo Trinacrii iuuenes noctesque diesque
Intenti ludo exercent fulgentiaque aera
Accipiunt redduntque†; permittunt omnia fatis.
Conueniunt, quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humi facilem uictum iustissima tellus,
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis:
Considunt transtris nati melioribus annis;
Multi praeterea, quos fama obscura recondit,
Stant circum.
Tum uero ad uocem celeres̃ miserum inter amorem
[Experiuntur] et in medium quaesita reponunt;
Pro se quisque uiri summa nituntur opum ui.
Nec mora, missus adest fati sortisque futurae.
Scinditur incertum studia in contraria uulgus. *p. 3*
Hinc atque hinc ardent animi: uox omnibus una est.
Et quamuis socium certent superare priorem,
Ima petunt: ueris facilis datur exitus umbris.
Praecipites pariterque ruunt, non deficit alter.
Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,
Quae loca quiue habeant homines, ubi sistere detur.
In summo collem, qui plurimus; alter ab illo
Est locus, quem iuxta sequitur, quo deinde sub ipso
Hic locus est partis semper sublimis: at illum
Quinque tenent ebuli bacis minioque rubentem.
Terna tibi haec prīmum fundo uoluuntur in imo.

30 Hęrenitendi *A*, *corr. a* 31 trinacri *A* 32 intendunt *A*, *sed cf. Aen. VII* 380 furgentiaq; *A* 33 accipiuntq; redduntq; *A*, *cf. Georg. IV* 172. *Aen. VIII* 450 fatis *sic A*, t *et* i *compendio iunctis.* perm. om. f. *non Vergiliana.* 34 ista *et* artis *A*, *corr. a* 36 incobuere *A*[1], *recte A* 40 ad uoces celerẽ *A* uocẽs̈ *A*[1] morẽ *A* 41 ludunt *ex glossemate ni fallor ortum A* exp. *Burm. ex Georg. IV* 157 45 adq; *A* 47 Iã appetunt quamueris *A* inde *A* umbris *Burm. ex Aen. VI* 894 48 runt *A* alter *Aen. VI* 143 tales *A* ales *a* 50 homine · subsistere *A* 52 hunc *a* quem *A ex Aen. VI* 815 quo *Aen. V* 323 quis *A* 53 at illum *Georg. I* 242, ab illo *A* 54 ępuli uacis nimioq; *A*, *corr. a*

Sunt alii, quos ipse uia sibi repperit usus.
Triginta magnos aduersosque orbibus orbes
Eloquar (an sileam?), leuium spectacula rerum;
Mores et studia et populos et praemia uictis
Expediam, sed summa sequar fastigia rerum.
Primus habet; capit ante locum fremituque secundo
Prima tenet; [ardent] animi risuque soluto
Voce uocant. · ·
Tunc uero in curas animo diducitur omnis,
Quem petis, obtutuque haeret defixus in uno
Atque animum nunc huc cēlerem nunc diuidit illuc,
Spemque metumque [inter], secumque ita corde uolutat.
Vt primum discussae umbrae et lux reddita menti,
Sortitus fortunam oculis, sic incipit ore:
'Quae nunc deinde mora est? ueniam quocumque uocaris;
Quin age, si qua animo uirtus, et consere dextram:
Efficiam, posthac ne quemquam uoce lacessas.' *p. 4*
Dixit et e curru magna ter uoce uocauit,
Terque quaterque simul uox ingeminata remugit.
Tunc uariae comitum facies et pallor in ore;
Nunc uicti tristes, nil magnae laudis egentes
Deponunt animos et inania murmura miscent.
Quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus
Victoresque cadunt, quoniam fors omnia uersat.
Hic uictor superans reddi sibi poscit honorem
Talia uociferans: 'da, non indebita posco.

56 Nunc age quos ipsa uiam *A*, *corr. Burm. ex Georg. II* 22 reperit *A* 57 trigenta *A* · alternosque *Aen. V* 584 orrib. orbes *A* 58 an sileam *Aen. III* 39 uel prima *A* 59 et studia] estudia *A* populum *A*, *cf. Georg. IV* 5 praelia uictus *A*, *correxi ex Aen. V* 353 61 ante] ate *A* 62 tenet *scripsi ex Aen. V* 338 tenens *A* ardent *add. Burm. ex Aen. II* 316 rursusque *A*, *corr. I. Vossius ex Georg. II* 386 64 animos *A*, *corr. A*[1] 66 adq; *A* 67 inter *add. a* 69 furtunam *A* 70 Quã *A* quodcũq; *A* 71 qua nimo *A* 72 nequicquam uoces *A* 73 adq; cum *A* et e curru *scripsi ex Aen. XII* 681 74 ingemitata *A* 76 nuc *A* nihil *A* 79 q͠m *A* 80 redit si[bi]poscit *A* 81 indeuita *A*

Quin age, si quid habes, quo me decet usque teneri'
Clamat.
Tunc uero uictus socios simul increpat omnis,
Nomine quemque uocans. illi obstipuere silentes;
Non ipsi inter se sortem miserantur iniquam,
Sed grauiter uario noctem sermone requirunt.
Visceribus miserorum atque inter pocula laeti
Cantantes laetique animos conuiuia curant.
  Ecce autem elapsus, genitor quem miserat urgens,
Vnus natorum longo post tempore uenit.
Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Vndique circuitum aditumque per auia quaerit.
Verum ubi nulla datur dextra exsuperare potestas,
Constitit in digitos, sed toto uertice supra
Obnixus latis umeris et pectore duro
Et super incumbens, furiis accensus et ira
Talia uoce refert:
'Quo, moriture, ruis? quae te dementia ducit? *p. 5*
Non uires alias conuersaque numina sentis?
Cede locis!'
Talia fatus erat pressoque obmutuit ore.
Illa autem, cui fata parent, et Iuppiter hostis
Deserit [inceptum]; conuersa[que] numina sentit.
Postquam illum uita uictor spoliavit et auro,
Tunc uero ardentes oculi atque adtractus ab alto
Spiritus interdum gemitu; furor iraque mentem
Praecipitant, maestis late loca questibus inplet,

82 decit *A* 84 socius *A*, *corr.* A^1 85 silentis *A*; -es *Aen. XI* 120 87 sermonẽ *A* 88 adq; *A* 89 cant. *et* animos *non Vergiliana*, *cf. Georg. I* 301. *II* 383 90 autem me lapsus *A* misera turgens *A* Arcens *Aen. IX* 583 91 nautorum *A* 92 iamq; huc *A* 93 circumitum *A* 94 ubi] bi *A* dextra] caecum *ex Aen. VII* 591? 95 digito *A* 96 *aut* robore duro (*Aen. XI* 893) *aut* pectore firmo (*VI* 261) *uel* toto (*I* 717. *IX* 276) 99 moritur·eruisq; te dementia dementia ducit *A*, *sed* cepit *Verg. ter* *u.* 100 *om. Burm.* nomina *A* 101 caede *A* 103 ille *A* illa (*sc.* Fortuna) *ego* facta *A* iupiter *A* 104 inc. *et* que *add. Burm. ex Aen. IX* 694 *et V* 466 (*ubi* sentis) numine sedent *A* 105 illo *A* 106 adq; *A* 107 s̄ps *A* gemitus *A* 108 pręcipitat mestis *A*, *cf. Aen. II* 317

Multa gemens ignominiam plagasque superbi
Victoris, caput [et] glauco uelatus amictu
Ardua tecta petit rursusque ad limina nota
Victus abit guttisque umectat grandibus ora.

9

B. I 146. M. 669 **Narcissus**

Candida per siluam primaeuo flore iuuentus
Adsidue ueniebat: ibi haec caelestia dona
Et fontes sacros insigni laude ferebat
Insignis facie longumque bibebat amorem,
Intentos uoluens oculos, securus amorum.
Dum stupet atque animum pictura pascit inani,
Expleri mentem nequit ardescitque tuendo
Egregium forma iuuenem, quem nympha crearat:
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
His amor unus erat, dorso dum pendet iniquo,
Oblitusue sui est et membra decora iuuentae
Miratur rerumque ignarus imagine gaudet.
Ilicet ignis edax secreti ad fluminis undas p. 6
Ipsius in uultu uana spe lusit amantem
Et praeceps animi collo dare brachia circum
Ter conatus erat nec, quid speraret, habebat.

10

B. I 147. M. 282 MAVORTI

Iudicium Paridis

Pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum
Forte recensebat numerum sub tegmine fagi.

109 ignominiam *Burm. ex G. III* 226 animo retines *A*, *non Vergiliana* 110 et *add. Burm.* clauco *A* *post* 110: Et pariter sua rursusque ad limina tendit *A*, *del. Burm.*, *non Vergiliana*, *glossema ad u.* 111 111 rursusque *Aen. VII* 491 irasque *A* 112 agit *A*

9. 1 candita per silluam *A* iouentus *A* 2 celestia *A* 3 sacro *A* 4 et insignis *A* uiuebat *A* 5 securos *A* 6 adq; *A* 8 nymfa *A* 10 pendit *A* 13 illicet *A* 16 ^{co}natus *A m. pr.* ne quid *et* abebat *A*

10. Maborti *A* 1 acus *A*. *Burm. transponit u.* 29 *ante u.* 2

Horrescit uisu subito et memorabile numen
Aut uidet aut uidisse putat. ‘quo tenditis’ inquit
‘Caelicolae magni? pacemne huc fertis an arma?’
Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est:
‘O lux Dardaniae, Troianae gloria gentis,
Quam diues pecoris, niuei quam lactis abundans
Et proprio fuerint distentae lacte capellae
Vbera, nec metas rerum nec tempora pono.
Haec tibi semper erunt, hic inter flumina nota
Sponte sua sandyx pascentis uestiet agnos.
Praeterea sceptrum dabitur, Troiane, quod optas.’
Talibus orabat Iuno. Tritonia Pallas
Orsa loqui, nimbo effulgens et Gorgone saeua:
‘Disce, puer, uirtutem ex me uerumque laborem,
Militiam et graue Martis opus; sit pectore in isto
Vulnera dirigere et calamos armare ueneno.’
Has inter uoces, media inter talia uerba
Sic contra est ingressa Venus, male numen amicum,
Nuda genu, nudos ceruix cui lactea crines *p.7*
Corripit in nodum; rosea ceruice refulsit
Et uera incessu patuit dea. ille repente
Obstipuit subitaque animum dulcedine mouit
Et mentem Venus ipsa dedit. decus enitet ore
Exultatque animis et se cupit ante uideri.
‘Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic cytiso pastae distendant ubera uaccae:
Formosi pecoris custos, formosior ipse,
Aspice nos tantum, Lacedaemoniosque hymenaeos
Coniugio iungam stabili propriamque dicabo
Reginam thalamis Phrygio seruire marito.’
Ille deae donis ac tanto laetus honore

3 uiso *A* nomen *A* 4 pudat *A* 6 uno suplex *A* 8 habundans *A* *post* 8 *uersus deest ni fallor* 9 *non est Vergili, cf. ecl.* 4, 21 12 sandix *A* 15 Vrsa *A* 20 Si *A* male numen *Aen. II* 735, numen male *A* 23 illa *A* 24 dulcidine *A* 25 ipsam̃ *A* 26 exulta^{t}q; *A* 27 grineas *A*, *corr. a* 28 citiso *A* baccę *A*, *corr. a* 30 umeneos A^1, umentos *A*, *corr. a* 32 frigio *A* 33 hac tantos *A* lętos *A*, *corr.* A^1

Vltro animos tollit dictis ac talia fatur:
'Iam iam nulla mora est neque me sententia uertit.
Do quod uis; licet arma mihi mortemque minetur,
Me tamen urit amor. ueniam quocumque uocaris;
Tu modo promissis maneas'. ea uerba locutus
Vendidit hic auro patriam. dux femina facti.
Nec mora, continuo penetrat Lacedaemona pastor
Ledaeamque Helenam Troianas uexit ad urbes,
Et si fata deum, si mens non laeua fuisset,

. . . .

11

B. I 170. M. 1607

Hippodamia

Pandite nunc Helicona, deae, nunc pectore firmo
Este duces, o si qua uia est, et pronuba Iuno;
Pallida Tisiphone, fecundum concute pectus!
Non hic Atridae et scelus exitiale Lacaenae:
Hic crudelis amor. nunc illas promite uires,
Maius opus moueo: quaesitas sanguine dotes p. 8
Et scelerum poenas inconcessosque hymenaeos.
  Vrbs antiqua fuit; fama est obscurior annis.
Quid memorem infandas caedes et facta tyranni?
Ausi omnes inmane nefas irasque minasque.
Quis tam crudeles optauit sumere poenas?
Hic, qui forte uelit currus agitare uolantis,
Inuitat pretiis animos et praemia ponit.
Tormenti genus incertum de patre ferebat.

35 sententiam *A* 36 minetur *Aen. XI* 348 minentur *A* 37 ęueniam *A* 39 uendedit *A* fęmina *A* 41 lędeamq; *A* troianam *A*, *corr. A*[1] *post u.* 42 *Burm. addit Aen. II* 54 *sq.* 'Inpulerat ferro Argolicas foedare latebras, Troiaque nunc staret Priamique arx alta maneres'.

11. Ippodamia *A* 1 illicona *A* 2 os si *A* pronubia *A* 3 tissifone *A* (tisifone *a*) cecundum *A*, *corr. A*[1] concipe *A*, *corr. a* 4 atride nec *A* et *Aen. VI* 511 exiciale lacenę *A* 5 promitte *A* 6 quęsita *A* 7 inconcessoq; ymeneus *A* 10 inmanes *A* 11 crudelis obtauit *A* 12 uellit *A* 13 ponis *A* 14 turmenti *A*, *corr. A*[1]

Fama malum; incautum dementia cepit amantem;
Horresco referens: rapido contendere cursu
Conposuit legesque dedit populosque propinquos
Infelix habuit thalamus. ruit omnis in urbem
Magnanimum heroum primaeuo flore iuuentus.
Vndique conueniunt et uirginitatis amore
Contendunt petere, dubii seu uiuere credant
[Siue extrema pati miseri, quibus ultimus esset]
Ille dies, uitamque uolunt pro laude pacisci.
Post, ubi confecti cursus, circensibus actis
Supplicia expendunt iuuenes ante ora parentum;
Linquebant dulces animas et corpora patrum.
Pro molli uiola, pro purpureo narcisso
Ora uirum tristi pendebant pallida tabo
Vestibulum ante ipsum saeuique in limine regis
Terribiles uisu formae inposuere coronas.
Quin ipsae obstipuere domus noctesque diesque;
Vmbrae ibant tenues, odium crudele tyranni
Saepe queri et longas in fletum ducere uoces.
O uirgo infelix, iam fas est parcere genti!
Pestis et ira deum crudeli funere uirgo,
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Tempore iam ex illo nil magnae laudis egentes p. 9
Deponunt animos scelerata excedere terra.
Ecce inter sanctos ignis, dum sacra morantur,
Et iuxta genitorem adstat lasciua puella,
Cui pater et coniunx, si qua fors adiuuet ausum,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta,

16 curso *A* 17 populusq; *A* 18 thalamos *A*, *corr.* A^1 omnes *A* 19 magnanimi *A* 21 pedere·dubiis eum uiuere credã *A* et dubii *Burm.* *uersum* 21^a *add. Burm. ex Aen. I* 219. *II* 248 24 parenti *A* 25 partũ *A* 26 purporeo *A* 27 pendebat *A* 28 uestipulum *A* regi *A* 29 uiso *A*, *corr. a* 30 stupuere *Georg. IV* 481 31 tyrranni *A* 36 magnum *A*, *corr.* A^1 egentĩ *A*, *cf. Aen. V* 750 37 scelerati excidere *A* 38 s̄cos *A* (sacros *apograph. Leid.*), *cf. Aen. III* 406 39 iusta *A* lasciba *A* 40 coniu^{n}x *A* adiubet *A* 41 prima signa·signans *A*, *corr. a* (*non* A^1) iubenta *A*

Pictus acu chlamydem et barbara tegmina crurum
Venit. amor fidens animi [atque] in utrumque paratus.
[Inclusum ut buxo aut Oricia terebintho]
Lucet ebur, tantum egregio decus enitet ore.
Postquam introgressi et coram data copia fandi,
Rex prior adgreditur dictis atque increpat ultro:
‘Quo, moriture, ruis? quae te dementia cepit?
Aut quisnam ignarum conubia nostra petentem
Iussit adire domos? quidue hinc petis?’ inquit . . .
‘Poenarum exhaustum satis est miseretque pudetque:
Pone animos et pulsus abi; miserere tuorum!
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
Sunt aliae innuptae: thalamis ne crede paratis!
Ne pete conubiis natam: dabis, inprobe, poenas.’
Ad quae subridens paucis ita reddidit heros:
‘Hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?
Ne tantos mihi finge metus tam fortibus ausis.
Nec mortem horremus, nec nos uia fallit euntis:
Quo res cumque cadent, nec me sententia uertit.
Audentes Fortuna iuuat. stat, quidquid acerbi est,
Morte pati; quo fata trahunt retrahuntque, sequamur.’ *p. 10*
Talia dicentem iam dudum auersa tuetur
Causa mali tanti multos seruata per annos.
Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurum,
Inter utramque uiam talis se laeta ferebat,
Ac ueluti Pariusue lapis circumdatur auro
Arte noua, tales uirgo dabat ore colores
Insignis facie, oculos deiecta decoros.

42 clamidem *A* 43 atque *add. Aen. II* 61 *u.* 43a *add. Burm. ex Aen. X* 136 45 cupia *A* 46 adq; *A* 48 quisquam *A*, *corr. Schrader*, *cf. Aen. III* 338 49 domus *A*, *corr. A*[1] inquid *A*, *cf. Georg. IV* 446 50 exaustum *A* putetque *A* 51 pulsos *A* misere (*sic*) *A* 52 potestas *Aen. IV* 565, poetas *A* 54 ne pede conobius *A* inprope pęnas *A* 55 adq; *A* reddedit *A* 56 minatis *A* 57 medos *A* 58 morte *A* uiam *A* 59 sententiam *A* 60 iubat *A* acerui est *A* 61 morti *A* traunt retrauntq; *A* 64 migat *A* q; *A* 65 talis] tale *A* 66 hac *A* aurum *A*, *corr. A*[1] 67 talis *A*

Vritur infelix, subitoque accensa furore
Stare loco nescit. quis enim modus adsit amori?
Nulla Venus, nulli quondam flexere hymenaei;
Solus hic inflexit sensus. dum plurima uoluit
In partesque rapit uarias, famulumne parentis
Audeat affari, quae prima exordia sumat,
Incipit effari mediaque in uoce resistit.
Versanti potior uix haec sententia sedit:
Custodem ad sese per noctem plurima uoluens
Intra tecta uocat funditque has ore querellas:
'Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Ire iterum in lacrimas misera et tam dira cupido?
En quid ago? aut quae iam spondet fortuna salutem
Per tot ducta uiros? quo nunc certamine tanto?
Vmbrarum hic locus est, quo me decet usque teneri.
Respice ad haec, miserere animi non digna ferentis:
Ora manusque ambas defunctaque corpora uita
Et funus lacerum, caput et sine nomine corpus.
Argumentum ingens: currusque rotasque uolucris
Falle dolo. dolus an uirtus, quis in hoste requirat?
Accipe daque fidem.' Media inter talia uerba
Luctantem amplexu molli fouet; hoc decus illi *p. 11*
Venturum excidio, uana spe lusit amantem.
Tandem pauca refert: 'Tuus, o regina, quid optes,
Explorare labor. uincant quos uincere mauis.
Testor utrumque caput, mihi iussa capessere fas est.
Vnum pro multis dabitur caput.' atque ita fatus
Ergo iussa parat, spe multum captus inani,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.
Artificis scelus et taciti uentura uidebant,
Vnius in miseri exitium uentura sub axem.

69 forore *A* 71 fexere hymenei *A* 73 partisq; *A* famulã nec *A*, *cf. Aen. V* 95 74 effari q; *A* 75 in uoca *A* 76 sedet *A* 77 costodem *A* 78 fundetq; *A* 79 nouos *A* 81 En *A* (*ex Aen. IV* 534) quemnam *et* furtunã salute *A*, *corr. ex Aen. l. c.* 82 quo *Aen. IV* 98 qui *A* 83 decit *A* 89 fide *A* 91 amentem *A* 92 tuos *A* 95 fatur *Burm.* 96 spem *A* 97 id] hic *A* 99 sub ase *A*

Oceanum interea surgens Aurora relinquit,
Iam sole infuso, magnae sub moenibus urbis.
Graecus erat, fama multis memoratus in oris,
Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli.
Vndique uisendi studio turbante tumultu
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat puerique parentibus orbi
Et trepidae matres et lamentabile regnum.
Flent maesti mussantque patres, hic cara sororum
Pectora maerentum, quibus est fortuna peracta.
Hos inter motus stat ductis sortibus urna.
Tunc loca sorte legunt. extemplo arrectus uterque
Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.
Nec mora: continuo uasto certamine tendunt
Custodes lecti atque arrectis auribus adstant
Orantes ueniam; certatur limine in ipso.
Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Discessere omnes medii, signoque repente,
Qua data porta, ruunt. sic densis ictibus heros *p. 12*
Stridore ingenti atque oculis uigilantibus exit,
Incumbens umero; sonitu quatit ungula campum.
Dant animos plagae, pronique in uerbera pendent
Pro se quisque uiri; tunc caeco puluere campus
Conditur in tenebras, qua proxima meta uiarum,
Et longum superant flexu caecique furore.
Illi inter sese de uita et sanguine certant.
Regina e speculis miro properabat amore
Omnia tuta timens, quoniam fors omnia uersat.
Audit equos, audit strepitus, timet omnia secum

100 occeanum *A* relinquet *A* 101 męnib; *A* 103 effabilis *A* 104 tumulto *A*, *corr.* *A*[1] 105 tyrranni *A* 106 s̈acer *A m. pr.* 108 mesti muscantq; *A* (mussantq; *A*[1]) soroꝶ *A* 109 merentum *A* furtuna *A* 110 modus *A* 111 ar͏̊ectus *A m. pr.* 112 hac *A* 114 costodes *A* adq; *A* 116 adq; *A* 117 mediis · ignoq; *A* 118 runt *A* 119 adq; *A* 120 sonitum quattit *A* 122 campos *A*, *corr.* *A*[1] 123 proximatmeta uirũ *A* 125 Inter illis sedent uesano sanguine certant *A*, *corr. Burm. ex Aen. VIII* 452. *XII* 765. 126 regin e *A* 127 timmens. q̅m̅ fors *A* ue[s]sat *A*

Praescia uenturi. sed spes incerta futuri.
Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis,
Liquitur, in medioque ardentem deserit ictu.
Carpit enim uires et, haec ut cera liquescit,
Excoquitur uitium, tum nititur acer et instat.
Vertitur interea et scelus expendisse merentem
Matres atque uiri uoces ad sidera iactant.
Dum trahitur curruque haeret resupinus inani,
Radit iter laeuum interior subitoque priorem
Praeterit et super haec inimico pectore fatur:
'Istic nunc, metuende, iace uetitosque hymenaeos
Sume, pater frustraque animis elate superbis.
En qui nostra sibi tot iam labentibus annis
Seruabat senior, nostrasne euadere demens
Sperasti te posse manus circensibus actis?
Hic tibi mortis erant metae: submitte furorem,
Qui iuuenum tibi semper erat! sperauimus ista
Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.' p. 13
Dixit et e curru saltum dedit; ocius omnes
Excipiunt plausu, caelum tonat omne tumultu.
Ipse etiam eximiae laudis cum uirgine uictor
Ibat ouans umeroque Pelops insignis eburno.
Tunc uero exarsit iuueni dolor ossibus ingens.
Olli (sensit enim simulata mente locutam)
Nec latuere doli, caput horum et causa malorum;
Tunc quassans caput haec effundit pectore dicta:
'Me (adsum qui feci) — merui, nec deprecor' — inquit,
'Spargite [me] in fluctus. en haec promissa fides est?
I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis.

129 futuri *Aen. VIII* 580, futuris *A* 130 uolauit feruidus *A* 135 adq; *A* uocesq; *A*, que *om. ecl.* 5, 62 136 traitur *A* here *A* 137 supitoque *A* 139 isti *A* ymeneos *A* 140 summ̈e *A* supuis *A* 141 lambentib; *A* 144 fororẽ *A*, *corr. siue ex siue in* furorẽ 145 sper$\overset{ui}{a}$mus *A* 146 et 'andem *A* 147 dixit ite currus altum dedi. tocius omnis *A* ocius aruis *Aen. XII* 681 148 plausum. cęsum *A* 155 Meme *A* (*cf. ad u.* 156) *et Aen. IX* 427 depręcor *A* 156 me *om. A* 157 Ii *A* offerite *A* periculis *A*, *corr. A*[1]

His etiam instruxi manibus, deceptus amore.
Nusquam tuta fides; uarium et mutabile semper
Femina.' sic fatus liquidas proiecit in undas
Aeternam moriens famam, quae maxima semper
Dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.

12

B. 1 45. M. 581 **Hercules et Antaeus**

Litus harenosum [ad] Libyae caelestis origo
Alcides aderat, terrae omnipotentis alumnum
Caede noua quaerens et ineluctabile fatum.
Protinus Antaeum uasta se mole mouentem
Occupat, ille suae contra non inmemor artis
Concidit atque nouae rediere in praelia uires.
Adrepta tellure semel uim crescere uictis
Non tulit Alcides et terra subleuat ipsum.
Namque manus inter, conantem et plurima frustra
Corripit in nodum nisuque inmotus eodem
Auxilium solitum eripuit, corpusque per ingens *p.14*
Non iam mater alit Tellus uiresque ministrat.
Verum ubi nulla datur dextra adtrectare potestas,
Illum exspirantem magnum Iouis incrementum
Excutit effunditque solo. ruit ille uolutus
Ad terram, non sponte fluens, uitaque recessit.

13

B. 1 168. M. 689 **Procne et Philomela**

Aspice ut insignis uacua atria lustrat hirundo!
Vere nouo maestis late loca questibus implet;

158 struxi *Aen. IV* 680 161 q; *A* 162 ęternumqe *A* sęcula *A*

12. etantheus *A* 1 arenosum *A* ad *addidi ex Aen. IV* 257 libię *A* 4 anteum basta *A* mobentē *A* 6 adq: nobe *A* 7 adreptat *A, cf. Aen. X* 298. *XII* 799 8 tullit *A* 10 inmodus *A*

13. Progne et filomela *A* 1 irundo *A* 2 nobo mestis *A*

Victum infelicem maerens Philomela sub umbra
Adsiduo resonat cantu miserabile carmen.
Causa mali tanti coniunx thalamique cruenti,
Virginis os; notumque, furens quid femina possit.
Hic crudelis amor: crudelis tu quoque, mater;
Infelix puer, atque odium crudele tyranni.
Progeniem paruam curaeque iraeque coquebant,
Threïcio regi cum iam securus amorum
Coniugis infandae inter deserta ferarum
Fas omne abrumpit, pariterque loquentis ab ore
Decidit exanimis uox ipsa [et] frigida lingua:
Haut impune quidem dementia cepit amantem.
Pectore in aduerso saeui monumenta doloris
Fertque refertque soror crimenque [et] facta tyranni.
'Sanguis' ait, solidae postquam data copia fandi,
'Vulnera siccabat circum praecordia, sanguis;
Accipe' [ait] 'uocem', at saeuo sic pectore fatur:
'Heu miserande puer, nunc te fata impia tangunt.'
Regalis inter mensas genitoris et ora *p. 15*
Polluit ore dapes, quidquid solamen humandi est.
Dum genitor nati morsu depascitur artus,
Et soror et coniunx petierunt aethera pinnis.

14

Europa

B. I 14. M. 575

Vulneris inpatiens hominum rerumque repertor
Et faciem tauro propior descendit ad undas.
Europam niuei solatur amore iuuenci.
Dulcibus illa quidem inlecebris in litore sicco
Luserat, insignis facie, candore niuali.

3 Foetum *Burm.* merens filomela *A* ũbras *A* 5 coniuncta · lamiq; *A* 6 ferens *A*, *cf. Aen. V* 6 8 adq; *A* tyranni *A*, *ut u.* 16 10 treicio *A* 11 coniugi *A* 13 occidit *Burm.* et *add. Georg. IV* 525 14 aut inpone *A* 16 sor *A* et *add. Burm.* facta *Aen. VIII* 483 fata *A* 17 solite *A* solidaeque *Aen. II* 639 cupia *A* 19 ait *add. Burm.* 22 umandi *A* pennis *edd.*

14. 2 proprior *A* 3 iubenci *A* 5 nibali *A*

Saucius at quadrupes saltus ingressus apertos
Forte fuit iuxta, superi regnator Olympi,
Obtulerat qui se ignotum uenientibus ultro
Virginibus Tyriis aurata fronte iuuencum.
At circum late comites per litora passim
Diffugiunt uisu exsangues taurumque relinquunt,
Sola (nouum dictu) contra stetit ora iuuenci
Ante Iouem: nam te uoluit rex magnus Olympi.
Hunc Phoenissa tenet uasta se mole mouentem
Purpureosque iacit flores omnemque pererrat,
Ille autem spissa iacuit reuolutus harena.
Inponit regina manum patiensque pericli
Mollibus intexens ornabat cornua sertis.
Hunc ubi contiguum summo tenus attigit ore
Et super incumbens sertis et fronde coronat —
Iam iam nulla mora est — animum labefactus amore
Accepit uenientem ac mollibus extulit undis.
Illi (sensit enim tuus, o clarissime, frater)
Subsidunt undae, strauerunt aequora uenti.
Nunc pelagi nymphae crinem de more solutae
Suspensum et pariter comitique onerique timentem

. . . .

Egregia interea summa sublimis ab unda *p. 16*
Prona petit maria et pelago decurrit aperto.
Tunc laeua taurum cornu tenet inscia culpae
Obliquatque sinus in ventum auramque patentem:
Ille, manu patiens, uero properabat amore,
Et ductus cornu rex omnipotentis Olympi

6 ad *A* 7 superis *A* olymphy *A* 8 obtullerat *A* 9 iouencum *A* 10 ad *A* 11 exsangue (*sic*) *A* relincunt *A* 12 nobum dictum *A* 13 olimpi *A* 14 hun fenissaten·et *A* mobentẽ *A* 15 purporeosq; iacet *A* omn·] oculisque *Cannegieterus* totumque *Aen. IV* 363 16 arena *A* 19 contiguõ *A*, *corr.* *A*[1] 22 accipit *A* hac *A* extullit *A* 23 ille *A* tuos *A* 25 nimfe crimen de moret tenentẽ *A* solutae *Aen. III* 65 26 umentẽ *A*. *post* 26 *deest uersus* 29 tuuc leuat aurum cornũ *A* 30 aurũq; *A* 31 manum *Aen. VII* 490 manu *A* uero *A* miro *Aen. VII* 57

Insuetum per iter tacitis subremiga[t u]ndis;
Perfidus, alta petens abducta uirgine praedo.

15

Alcesta

B. I 172. M. 1609

Egregium forma iuuenem pactosque hymenaeos
Incipiam et prima repetens ab origine pergam,
Si qua fides, animum si ueris inplet Apollo.
Iam grauior Pelias multis memoratus in oris
Rex erat et tantas seruabat filia sedes.
Illam omnis tectis primaeuo flore iuuentus
Ardebat, sed res animos incognita turbat.
Iura dabat legesque uiris, sub rupe leonem
Aut spumantis apri cursum qui foedere certo
Et premere et laxas sciret dare iussus habenas.
Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus amore;
Ipse inter primos caput obiectare periclis
Obtulerat, fidens animi fretusque iuuenta.
Ergo iussa parat, multis comitantibus armis.
Itur in antiquam siluam, stabula alta ferarum,
Atque hic exsultans animis patiensque pericli
Optat aprum aut fuluum descendere monte leonem.
Tunc breuiter super aspectans sic uoce precatur:
'Sancte deum, summi custos Soractis Apollo, *p. 17*
Quem primi colimus, tua si mihi certa uoluntas,
Ibo animis contra nec me labor iste grauabit.'
Nec mora nec requies; oranti et multa precanti
Aethere se mittit auditque uocatus Apollo
Et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert:

33 subremigandis *A* 34 pedens adducta *A*
15. 1 himeneos *A* 3 uerus *Wakkerus* 4 grauiter *A* 6 primebo *A* 7 turbant *A* 8 subrepe *A* 9 afri *A* fidere *A* 10 lassas *A* abenas *A* 11 foebo *A* dilectos *A* 12 iactare *A*, *cf. Aen. II* 751 13 obtullerat *A* iubenta *A* 14 cogitantib; *A* 16 adq; hinc exultans animi *A* animis *Aen. II* 386 17 fulbum *A* 19 sc̄e dm̄ *A* Socrates *A. aliter Aen. XI* 785 20 uolontas *A* 23 Ętere *A* 24 iubeni *A* hi se *A*

'Incipe si quid habes, si tantum pectore robur
Concipis et si adeo dotalis regia cordi est:
Mecum erit iste labor, mitte hanc de pectore curam'.
Per siluas tum saeuus aper, cum murmure montis
Tum demum mouet arma leo uastoque sub antro
Asper acerba tuens uasta se mole ferebat,
Excutiens ceruice toros; ea frena furenti
Concutit et stimulos sub pectore uertit Apollo .

. . . .

Dat iuueni et tenuis [fugit] ceu fumus in auras:
Ille autem inpauidus et munere uictor amici
Emicat in currum et manibus molitur habenas.
Vt uentum ad sedes, reddi sibi poscit honorem;
Adiungi generum miro properabat amore.
Tum sic mortalis referebat pectore uoces:
'Non haec humanis opibus, non arte magistra
(Accipio agnoscoque libens) tibi ducitur uxor,
Omnis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat et possit paruos educere natos.'
Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto
Iam senior mediisque parant conuiuia tectis.
 Interea magnum sol circumuoluitur annum
Parcarumque dies et uis inimica propinquat
Egregium forma iuuenem iam morte sub aegra:
Iamque dies infanda aderat et tempora Parcae *p. 18*
Debita conplerant crudeli morte sodalis.
Vt primum fari potuit crinitus Apollo,
Multa gemens casuque animum concussus amici,
Ipsius ante oculos sic fatis ora resoluit:
'Disce tuum, ne me incuses, uoluentibus annis

25 abes *A* 27 eret *A* 28 silluam tum seba·per *A* siluas *Georg. III* 248 31 ea *Aen. VI* 100. et *A*. 32 sup *A*. *post* 32 *inserit Burm.* 'Vix ea fatus erat, currum geminosque iugalis' *fort. recte* (*ex Aen. VI* 190. *VII* 280) 33 fugit *add. Burm. ex Aen. V* 740 35 etmigat in curru *A* mollitur abenas *A* 37 tenerum *A* 39 non arte *Aen. XII* 427 neque arte *A* 40 agnuscoquę *A* 42 parbos adducere *A* 48 ad erat (ad *supra*) *A* 49 deuita *A* sudalis *A* 51 multas *A* casumq; *A* 53 uolentib; *A*

Aduenisse diem; nam lux inimica propinquat.'
Haec ubi defleuit, caeli cui sidera parent,
Tunc sic pauca refert fatis adductus iniquis:
'Phoebe, tot incassum fusos patiere labores?
Nil nostri miserere? mori me denique cogis?
Eripe me his, inuicte, malis; miserere tuorum,
Si qua fata sinant, et eris mihi magnus Apollo.'
Talibus oranti sic ore effatus amico est:
'Desine fata deum flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solacia casus.
Obiectare animam quemquam aut opponere morti
Fas et iura sinunt; prohibent nam cetera Parcae.
Audiat haec genitor: patet atri ianua Ditis;
Hactenus indulsisse uacat.' sic fatus Apollo
Mortalis uisus medio sermone relinquit.
Tunc uero ancipiti mentem formidine pressus
Obstipuit, cui fata parent, quem poscat Apollo;
Ire ad conspectum cari genitoris et ora
Cogitur et supplex animum temptare precando;
Multaque praeterea longaeuo dicta parenti
Cum fletu precibusque tulit, ne uertere secum
Cuncta pater fatoque urgenti incumbere uelit;
Ecce iterum stimulat, sed nullis ille mouetur *p. 19*
Fletibus aut uoces ullas tractabilis audit.
Tunc genitor natum dictis affatur amicis:
'Non, ut rere, meas effugit nuntius auris;
Infelix causas nequiquam nectis inanes.
Hoc uno responso animum delusit Apollo.
Stat sua cuique dies, lacrimae uoluuntur inanes.
Vtere sorte tua: patet atri ianua Ditis.'

55 defleuit, u *super* t *eraso*, *A* sydera *A* 56 si *A* 57 fębet tot *A* 62 flectis *A* 64 oblectare *A* quẽquem *A* 65 proibent *A* cętera *A* 66 patit *A* 68 uisos *A* reli^{n}quit *A m. pr. paulo aliter Aen. IX* 657 70 quã poscat *A* 72 temperare *A* 74 flęto *A* uerteret *A* 75 factoq; *A* uellit *A* 76 mobetur *A* 77 illas *A* 78 genitur *A*, *corr.* A^1 80 causa nequicquam *A* 82 stat uacuiq; *A* uuluuntur *A*, *corr.* A^1 83 itere *A* dictis *A*

Talia perstabat memorans fixusque manebat.
  Egregia interea coniunx in limine primo
Agnouit longe gemitus (praesaga mali mens),
Tunc sic pauca refert: ‘Quid, o pulcherrime coniunx,
Fare, age, quid venias? quae causa indigna serenos
Foedauit uultus? quae te fortuna fatigat?
Quaecumque est fortuna, mea est.’ sic talia fatur,
Demisit lacrimas factoque hic fine quieuit.
Ille autem gemitus imo de pectore ducens
Talia uoce refert: ‘Quid me alta silentia cogis
Rumpere et obductum uerbis uulgare dolorem?
Eloquar an sileam? luctum ne quaere tuorum;
Vixi et, quem dederat cursum fortuna, peregi.
Iamque dies nisi fallor adest; crinitus Apollo
Hos mihi praedixit luctus, pro nomine tanto
Obiectare animam seu certae occumbere morti.’
At regina graui iamdudum saucia cura,
Tristior et lacrimis et pallida morte futura,
Deficit ingenti luctu (miserabile uisu)
Atque illum, talis iactantem pectore curas,
Talibus affata est dictis seque obtulit ultro
Decreuitque mori: ‘Breue et inreparabile tempus *p. 20*
Omnibus est uitae neque habet fortuna regressus:
Sed moriamur’, ait, ‘nihil est, quod dicta retractent
Concordes stabili fatorum numine Parcae,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit.
Est hic, est animus, lucis [contemptor et istum
Qui uita bene credit emi] noua condere fata.
Nec mortem horremus; sub terras ibit imago,
Si te fata uocant; in me mora non erit ulla.’

87 si *A* pulcerrima coniu^{n}x *A* 89 fędauit *A* q; te furtuna *A* 90 furtuna *A* sie talia fatus *A* 91 lacrimans · fatoq; *A* 92 inmo *A* 96 furtuna pegit *A* 99 certe *A* 103 adq; *A* 104 affata (*sic ubique*) *A* 105 decreuitq; breui mori et inseparabile *A* 106 furtuna *A* 108 numina *A* 109 alternam *A* 110 *quae uncis inclusi, ex Aen. IX* 205 *sq. addita puto ab interpolatore* 111 noba cundere *A* 112 morte *A*

Ergo aderat promissa dies lacrimansque gemensque
Debita conplerat pesti deuota futurae.
Testatur moritura deos stratisque relictis
Incubuitque toro dixitque nouissima uerba:
'O dulcis coniunx, dum fata deusque sinebant
Fortunati ambo, scirent si ignoscere manes:
Te propter alia ex aliis in fata uocamur.
His lacrimis uitam damus et miserescimus ultro,
Quod te per superos et conscia numina ueri,
Per conubia nostra, per inceptos hymenaeos
Adiuro et repetens iterumque iterumque monebo.
O dulcis coniunx, castum seruare cubile
Sis memor; extremum hoc munus morientis habeto,
Si bene quid de te merui, lectumque iugalem
Natis parce tuis. Sic, sic iuuat ire sub umbras.
Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo.
Iussa mori feror ingenti circumdata nocte.
Haec sunt, quae nostra liceat te uoce moneri.
I decus i nostrum, melioribus utere fatis.'
Haec effata silet, pallor simul occupat ora.
Nam quia nec fato ingeminat iam frigida cymba, *p. 21*
Sed misera ante diem, matrum de more locuta,
Multa patri mandata dabat, solatia luctus:
Interea dulces pendent [circum] oscula nati;
Illa manu moriens umeros dextramque tenebat
Amborum et uultum. lacrimis ingressus obortis
'O dolor atque decus magnum, sanctissima coniunx,
Tu lacrimis euicta meis, per sidera iuro,
Per superos, haerent infixi pectore uultus
Verbaque; per caeli iucundum lumen et auras,

115 deuita *A* 116 dõ *A* relectis *A* 117 incupuitq; *A* 119 ignuscere *A* 123 incepto[sh]imeneos *A m. pr. ut uidetur* 126 munos morienti *A* 128 pasce *A*, *cf. Aen. X* 532 iubat *A* 131 nr̃a *A* 132 hi decus sit nostrũ *A* 133 sumul *A* 134 ingeminant *A* cũba *A* 136 multo patria *A* 137 circum *add. Burm. ex Georg. II* 523 138 ille[a] *A m. pr.* humeros (*sic*) *A* 140 adq; *A* s̃citissima *A* 143 iocudum lumin *A*

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus,
Oblitus fatorum, manet alta mente repostum;
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
Seruati facimus. semper celebrabere donis,
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona,
Cui tantum de te licuit. neque enim ipsa feretur
Fama leuis tantiue abolescet gratia facti.
Funeris heu tibi causa fui! quas dicere grates,
Quasue referre parem fati sortisque futurae?
Aeternam moriens famam tam certa tulisti,
Contra ego uiuendo uici mea fata superstes
Morte tua uiuens.' media inter talia uerba
'Non lacrimis hoc tempus', ait Cyllenia proles;
'Adceleremus' ait; 'nos flendo ducimus horas.'
Regina ut tectis uenientem conspicit hostem,
Agnoscit lacrimans sua nunc promissa reposci;
'Tempus', ait, 'deus, ecce deus'! cui talia fanti
Dilapsus color atque in uentos uita recessit. *p. 22*

16
[MAVORTI]

B. M. — **De ecclesia**

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Religione patrum laetum et uenerabile templum
Hoc dedit esse suum superi regnator Olympi.
Nam deus omnipotens, qui rex hominumque deumque
Aeternis regit imperiis 'quo tenditis'? inquit,
'Hic domus est uobis; haec ara tuebitur omnis.

145 natorum *A*. *Versus nimius*, *ex Aen. V* 703 *et I* 26 *conflatus* 146 honus *A* huandi *A* 149 tibi] tui *A* solemnia *A* 150 enim in ipsa *A* 151 adolescet *A* (*cf. Aen. VII* 232) 152 ʰeu *A* 153 referrem̄ *A* ſatis · ortisq; *A* 155 uice *A* 156 uidens *A* 157 ait] eget *Burm. ex Aen. II* 522; *sed cf. XII* 156 (*IV* 258) 160 agnuscens *A* 162 delapsus calor adque inuentor *A*, *cf. Aen. IV* 705

16. Mauorti *addidi*, *cf. post u.* 110. De eclesia *A*. *ed. Suringar a.* 1867 *ex apographo Leidensi; cuius libellum non vidi.* 1 gentũ *A* colũnes *A* 2 religionem petrũ *A* 4 ds̃ *A* dm̃q; *A* 5 inquid *A* 6 nobis *A*

Hic matres puerique simul mixtaeque puellae
Sacra canunt pariterque oculos ad sidera tollunt.
Hic exaudiri uoces, hic uota precesque;
Noctes atque dies feret aurea sidera clamor.'
Postquam prima quies et facta silentia noctis,
Incipit effari diuino ex ore sacerdos:
  'Accipite haec animis laetasque aduertite mentes,
Matres atque uiri, pueri innuptaeque puellae.
Discite iustitiam moniti et spes discite uestras.
Haut incerta cano: deus aethere missus ab alto
Ipsius a solio regis uia prima salutis,
Quem nobis partu sub luminis edidit oras
Virginis os habitumque gerens (mirabile dictu);
†More affata est *spũ* . . propiora canitque†
Sic noua progenies caelo descendit ab alto.
Ast ubi iam firmata deum te prodidit aetas,
Negauere deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, †quando furentes ac dira canentes
Insontem magno ad regem clamore trahebant.
Ille nihil; namque ipse uolens seque obtulit ultro
Hoc ipsum instruere et uatum praedicta priorum
Prodere iussa dei, telluris operta subire. *p.23*
Primus ibi ante omnes sceptrum qui uoce gerebat
Sustulit ablutas lymphis ad sidera palmas
Hoc dicens: 'equidem in iusto nil tale repertumst;
Nec fas. o miseri, quae tanta insania, ciues?
Me [numquam] ulla dies tantis neque fortibus ausis

8 sagra *A* 10 adq; *A* *u.* 13—98 *sermo presbyteri.* 14 adq; *A* 15 iusticiã *A* 16 aut *A* ds̃ *A* 18 pastus sublimis eddedit ortus *A*; *correxi ex Aen. VII* 660 19 abitumq; *A* 20 est spũ propriora *A*. *Versus non Vergilianus. Num* Ore afflata est ui superum propiore paritque? *cf. Aen. VI* 50 *sq. I* 4. 21 discendit *A* 22 prodedit *A* 23 negabere dm̃ *A* ultissimus *A* 24 quando *non Vergilianum.* hac *A* 27 instruere et *scripsi* instrueret *A* uatumq; dicta *A* 28 proderet *A* dĩ *A* tellusque *et* subiret *A*, *cf. Aen. VI* 140 30 sustullit ablatas limfis asidera *A* 31 equitem inisto *A* repertus *A*. *Non Vergiliana, ut in hoc c. multa.* 32 omnis eriq; tanta *A* cicys *A*, *cf. Aen. II* 42 33 Menulladię stantis *A* numquam *addidi ex Aen. IX* 447, *cl.* 281.

Addiderit socium. uestra' inquit 'munera uobis,
Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.'
Tum magis atque magis magnis furoribus acti
Clamores simul horrendos ad sidera tollunt
Et magis atque magis poenas cum sanguine poscunt.
Has inter uoces medio in fragrante tumultu
Arboris obnixus trunco (tibi, magne, tropaeum,
Omnipotens genitor!) palmas utrasque tetendit
Teque uocans multo uitam cum sanguine fudit.
  Et tamen interea tua nati maxima cura
Non tulit hanc speciem; grauiter commotus et alto
Dat clarum e caelo signum. nam tempore in illo
Sol medium caeli conscenderat igneus orbem;
Eripiunt subito nubes caelumque diemque
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Triste fuit †diei spatium. nona pius hora
Te repetens iterum sol clara in luce refulsit.
Nona fugae melior, rebus iam rite peractis.
Inde datum molitur iter. iamque arua tenebat
Scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris.
Vt statim ad fauces uenit graueolentis Auerni, p. 24
Tunc demum horrisono stridentes cardine portae
Panduntur uastae solidoque adamante columnae;
Sponte sua umbrosae penitus patuere cauernae.
Ingreditur linquens antrum; tum maxima turba,
Vt uidere deum fulgentiaque ora per umbras,
Ingenti trepidare metu. nec plura moratus
Haec ait et dictis maerentia pectora mulcet:

34 addidere (t superscr.) *A* inquid *A* 35 adsumite *A* 36 tũnc̈ *A* adq; *A* fororib; *A* 38 adq; *A* sanguina *A* 39 fraglante *A*, *cf. L. Müller ann. philol.* 1866 *p.* 386 40 obnixos *A* 42 uita *A* 43 natim *A* 44 tullit *A* comotus *A* 46 igneos orbe *A* 49 nuit *A* non amplius oras *A*. *uersus a Verg. alienus.* 50 sol *scripsi* sua *A*, *cf. Aen. III* 436. *I* 588. 51 fugae *Georg. I* 286 diei *A* Nunc adeo (*Aen. IX* 156) *a* 52 molituritur iter *A* 53 stubrea *A* scrupea *a*, *Aen. VI* 238 54 aberni *A* 55 stritridenti *A* 56 uanduntur *A*, *corr. a* solido· quedam ante *A*, *cf. Aen. VI* 552 57 sua et *A* cabernę *A* 59 dm̄ *A* 60 trepidarem *A* 61 aͥt *A* merenta *A*

'Ne trepidate, meae animaeque umbraeque paternae;
Vobis parta quies. genitor mihi talia namque
Dicta dedit, diuosque haec limina tendere adegit'.
Haec fatus animas, quae per iuga longa sedebant
Deturbatae, antro miserans submittit aperto
Et dicto parens supera ad conuexa reuexit.
Interea magnam subito uulgata per urbem
Fama uolat, illum expirantem sedibus imis
Iam reuocare gradum superasque euadere ad auras.
Obstipuere animis alii; set sanguinis auctor
Se causam clamat crimenque caputque malorum,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta
Proque suis meritis superis concessit ab oris.
Nec minus interea se matutinus agebat
Ad socios, quibus in mediis sic deinde locutus
Extulit os sacrum claraque in luce refulsit,
Omnia longaeuo similis, cunctisque repente
[Improuisus ait:] '. . . . .
Ire iterum in lacrimas? coram, quem quaeritis, adsum.
En perfecta mei cari praecepta parentis.
Quare agite, o socii, tantarum in munere laudum *p. 25*
Ite', ait; 'egregias animas natique patrisque
Sermonum memores pluuiali spargite lympha.
Ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lauabo.'
Dixit et in caelum paribus se sustulit alis
Conditus in nubem; hinc regia tecta subiuit.
Dona ferens uictor cari genitoris et ori
Oscula libauit dextramque amplexus inhaesit.

62 ne trepitate mę· *A* meae *ego* meas *Aen. IX* 114 63 partam̃ *A* 64 uos prophęc *A* diuosque *Aen. VII* 471 agit *A* adegit *Aen. VI* 696 65 q; per iura *A* iuga *a* 66 deturbatanq; antro *A* 67 supera ut conuexa reuisant *Aen. VI* 750. 68 uulgatam *A* 71 aliis et *A* 72 Ne causã clama *A* capueq; *A* (*Aen. XII* 600) 74 meretis *A* 75 sese matutinis *A* (*Aen. VIII* 465) 76 socius *A* 78 longebus *A*. *post* 78 *uersus excidit*, *cf. Aen. I* 594 impr. ait *addidi* 79 lacrimis *A*, *corr.* *A*[1] 81 os socii *A* munere *Aen. VIII* 273 munera *A* 83 plubiali *A* limfa *A* 84 lababo *A* 85 sustullit *A* 87 ora *A* 88 obscu'a *A*

Huius in aduentum Erebi de sedibus imis
Eruere summas arces et moenia uerti
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.
Tunc autem innumerae gentes populique frequenter
Terrentur uisu subito. rex omnibus idem
Iura dabat populis pariter subigitque fateri,
Quae quis aput superos furto laetatus inani

. . . .

Sed uos, o lecti, ferro pro nomine tanto,
Quod superest, moriamur et in media arma ruamus.
Sanguine quaerendi reditus animamque litando.'
  Hic ubi pro meritis finem dedit ore precandi,
Succedunt alii[que] graues aetate ministri.
Pars in frusta secant onerantque altaria donis;
Tum demum pueri et pauidae longo ordine matres
Stant circum.
Quos ubi confertos †munus circumtulit omnes,
Sic prior adgreditur mensas atque incipit ipse;
Et postquam primus summo tenus adtigit ore,
Accipiunt proceres pariterque antistites omnes p. 26
Et pueri rudes; sequitur tunc cetera pubes.
Protinus ad reditum quisquis ac tecta domorum
Tendimus et laetum semper celebramus honorem.

Cumque Mauortio clamaretur 'Maro iunior!', ad praesens hoc recitauit:

Ne, quaeso, ne me ad talis inpellite pugnas!

89 Erebi de *Georg. IV* 471 certis a *A* 90 summę acies *A* menia *A* 91 adq; *A* 92 gentis *A* 94 subieq; *A* *post* 95 *uersus excidit* 96 seduo solęti *A* (*Aen. IX* 146) 98 animanq; litarido *A* animaque litandum *Aen. II* 118 99 hęc *A* 100 que *addidi, cf. Aen. I* 705 grabes *A* 101 iñ frustra *A* honorantq; *A*, alteria *A*, *corr.* *A*[1] 102 pauido *A*. 102 *sq. una linea in A* 104 manuš *A*, *non ex Vergilio* munus *ego* 105 adq; *A* 108 tunc] quos *Aen. V* 74 pubes] rudes *A*, *corr. a* 109 prodinus *A* ad tecto domosũ *A*, *cf. Aen. VIII* 98
abortio *A* Mauortio *Quicherat bibl. d. écol. d. chart. I t.* 2 *p.* 130 '*d'une copie exécutée par Juret.*' ad praesens, *i. e. ex tempore.* recitaui *A* 1 neque soue me *A*

Namque erit ille mihi semper deus, ille magister.
Nam memini (neque enim ignari sumus ante malorum):
Formonsum pastor Phoebum superare canendo
Dum cupit et cantu uocat in certamina diuos,
Membra deo uictus ramo frondente pependit.

17

[HOSIDII GETAE]

Medea

B. I 175. M. 235

[**Med.**] Esto nunc Sol testis et haec mihi Terra precanti
Et dirae Vltrices et tu, Saturnia Iuno!
Ad te confugio, nam te dare iura loquuntur
Conubiis. si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, nostro succurre labori,
Alma Venus! quicumque oculis haec aspicis aequis,
Accipite haec meritumque malis aduertite numen!
Quid primum deserta querar? conubia nostra
Reppulit et sparsos fraterna caede penates.
Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid uasta Charybdis
Profuerit mediosque fugam tenuisse per hostis?
Inprobe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Iussa aliena pati iterumque reuoluere casus, *p. 27*
Ire iterum in lacrimas. sed nullis ille mouetur
Fletibus, infixum stridit sub pectore uulnus.
Extinctus pudor atque inmitis rupta tyranni

2 mihi ille *A* dš *A* 3 maiorum *A*, *corr. a* 4 fębũ *A* canendũ *A* 6 dõ *A*

17. Hosidii Getae *om. A*, *cf. Tertullianus de praescript. haeret.* 39: 'Vides h o d i e ex Vergilio fabulam in totum aliam componi . . . denique Hosidius Geta Medeam tragoediam ex Vergilio plenissime exsuxit.' *Centonem ab auctore secundis curis non retractatum relictum puto, cf. ad* 87. 1 Med. *addidi* uocanti *Heinsius cl. Aen. XII* 176, *ubi* precanti *Med.* uocanti *Pal. Rom.* 5 respice homano *A* succurrere labri *A* 6 aut quicumq; (*cf. Aen. IX* 209) 9 repulit *A* 10 sirtes *A* scilla *A* caribdis *A* 11 p ostis *A* 12 pectora *om. A, add. a* 14 moutur *A* 16 adq; *A* tyrranni *A*

Foedera et oblitus famae melioris amantis
Oblitusue sui est: lacrimae uoluuntur inanes.
Nusquam tuta fides, uana spe lusit amantem
Crudelis. quid, si non arua aliena domosque
Ignotas peteret, pro uirginitate reponit?
Heu pietas, heu prisca fides! captiua uidebo
Reginam thalamo cunctantem ostroque superbo —
Haut inpune quidem, si quid mea carmina possunt!

Chorus Colchidarum

a Rerum cui summa potestas,
Precibus si flecteris ullis
Et si pietate meremur,
Nostro succurre labori.
b Et tu Saturnia Iuno,
Cui uincla iugalia curae,
Oculis haec aspicis aequis?
b′ Nemorum Latonia custos
Triuiis ululata per urbes,
Sic nos in sceptra reponis?
a′ Quid, o pulcherrime coniunx,
Potuisti linquere solam,
Per tot discrimina rerum
Nequiquam erepte periclis?
a″ Manet alta mente repostum, *p. 28*
Quam forti pectore et armis
[Medioque ex hoste recepit]
Quaesitas sanguine dotes.
c Felix, heu nimium felix,
Dum fata deusque sinebant!
Nescis heu perdita necdum,

17 federa *A* 18 suę est *A* uuluuntur *A* 21 hęc pro *A* (*cf. Aen. XII* 878, *sed et IV* 312) 22 fides et hęc captiua *A* 23 thalami cunctantes *A* 24 aut inpone *A*

Chorus colcitarum *A rubris litt., ut notae personarum fere omnes. uersus recte diuidit A. Strophas choricis constitui.* 33 tribius *A* tribiis *A*¹ 35 pulcerrime *A* 37 totum *A* totu *A*¹ 38 periglis *A* 40 quem *A* *u.* 40ᵃ *add. Burm. ex Aen. VI* 111 42 eu *A* 43 dšquę *A* 44 eu *A*, *corr. a.* 48 *ex Aen. IV* 676.

Quae te dementia cepit
Caput obiectare periclis.
c' Haec nos suprema manebant,
Hoc ignes araeque parabant?
Nostram nunc accipe mentem:
Vaginaque eripe ferrum
Ferroque auerte dolorem!

Creon. Medea

Cr. Femina, quae nostris erras in finibus hostis,
Flecte uiam uelis; neque enim nescimus et urbem
Et genus inuisum et non innoxia uerba;
Hostilis facies occurrat et omina turbet.
M. Nullae hic insidiae nec tanta superbia uictis,
Non ea uis animo nec sic ad praelia ueni.
Cr. Non ut rere meas effugit nuntius auris,
Vnde genus ducis uarium et mutabile semper.
Tu potes unanimes armare in praelia fratres
Funereasque inferre faces et cingere flamma,
Pacem orare manu et uertere sidera retro
Atque odiis uersare domos. tibi nomina mille,
Mille nocendi artes . . . fecundaque poenis
Viscera — notumque, furens quid femina possit.
Cede locis pelagoque uolans da uela patenti! *p. 29*
M. Rex, genus egregium, liceat te uoce moneri.
Pauca tibi e multis, quoniam est oblata facultas,
Dicam equidem, licet arma mihi mortemque mineris.
Ne pete conubiis natam: meminisse iuuabit;
Dissice conpositam pacem; miserere tuorum!
Cr. Ne tantos mihi finge metus neue omine tanto

52 Cre. *A* errant *A* errans A^{1} *et Aen. IV* 211 53 flectem *A* nescimũ *A* 55 facie^{s} *A* adq; homina turb^{e}at *A* ne occurrat *Burm. fort. recte* 57 uenis *A sed* s *erasa* 58 Cr. *habet A iam ad* 57; *corr. Meyerus* 60–64 *cf. Aen. VII* 335 *sqq. ubi* unanimos. 63 adq; *A* 64 semper *add. Burm., cf. Aen. VII* 338. *VI* 598. testor *Oudend.* 65 sunt *add. Burm., cf. Aen. V* 6 68 q̄m est *A* 69 minetur *Aen. XI* 348 70 pede *A* iubauit *A* natum *Wakkerus, sed cf. Aen. VII* 96 72 homine *A*

Prosequere: causas nequiquam nectis inanes.
Stat sua cuique dies. non ipsi excindere ferro
Caelicolae ualeant, fati quod lege tenetur.
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
M. Non equidem inuideo genero dignisque hymenaeis,
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
Tempus inane peto: liceat subducere classem;
Extremam hanc oro ueniam. succurre relictae,
Dum pelago desaeuit hiems, miserere parentis,
O genitor! et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus [et] scis ipse neque est te fallere quidquam.
Nunc uicti tristes (quoniam fors omnia uersat)
Submissi petimus terram litusque rogamus
Innocuum, neque te ullius uiolentia uincat.
Cr. Quid causas petis in me exitiumque meorum?
Quidquid id est, timeo uatum praedicta priorum.
Eia age, rumpe moras; quo me decet usque teneri?
M. Quem sequimur? quoue ire iubes? ubi ponere sedes?
Cr. Ire ad conspectum cari genitoris et ora,
Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri.
M Nunc scio quid sit amor. hospitio prohibemur harenae, *p. 30*
Nec spes ulla fugae, nulla hinc exire potestas,
Quassataeque rates, geminique sub ubere nati,
Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.
Si te nulla mouet tantae pietatis imago.
Indulge hospitio noctem non amplius unam!
Hanc sine me spem ferre tui; audentior ibo.
Cr. Desine iam tandem: tota quod mente petisti,

73 tanto causaus nequicquã *A* en causas *Burm.* 76 sentencia *A* 77 MD. *A* himeneis *A* 78 prodedit *A* 79 subdure *A*, *corr. a* 80 oram ueniam *A* 81 tẽ *A* (hyems *a*) 83 et *add. Scriuerius* ut *Burm.* 84 q̃m *A* 86 nec te *Aen. XI* 354 87 Cre. *A* in me] ex alto *Burm. cl. Aen. VIII* 395, *sed cf. neglegentiam metricam n.* 64 *sq.* 93. 172. 196. 211 *sq.* 226. 250. 269. 320. 357. 377. 387. 391. 392. 430. 446 *al.* exiciumq; *A* excidiumque *Aen. VIII* 386 89 dcit *A* 91 Cre. *A* gari *A* 93 hospicio proibemur arenę *A*, *monstrum uersus ex ecl.* 8, 43 *et Aen. I* 540 *consutum.* 95 quasateq; *A* 96 glatialis *A* 97 nullamhabet *A* 98 hospicio *A* 100 Cre. *A*

Largior et repetens iterumque iterumque monebo.
Si te his adtigerit terris Aurora morantem,
Vnum pro multis dabitur caput.

Vox deintus. Chorus

Vox. O digno coniuncta uiro, dotabere uirgo.
Ferte facis propere, thalamo deducere adorti.
Ore fauete omnes et cingite tempora ramis.
[**Chor.**] *a* Velamus fronde per urbem
Votisque incendimus aras.
Heu corda oblita tuorum
Vatum praedicta priorum,
Fati sortisque futurae!
a' Spe multum captus inani
Mactat de more bidentis
Phoeboque patrique Lyaeo,
Cui uincla iugalia curae,
Cumulatque altaria donis.
a Tremere omnia uisa repente,
Fibrae apparere minaces,
Vox reddita fertur ad aures:
'Thalamis neu crede paratis,
Funus crudele uidebis.' *p. 31*
a' Carpebant membra quietem,
Animalia somnus habebat,
Ferali carmine bubo
In fletum ducere uoces:
Tristis denuntiat iras.
b Quae tanta insania, ciues,
Velati tempora ramis?
Thalamo deducere adorti
Quaeso miserescite regis!

101 mobebo *A*, *corr. A*[1] 104 dotauere *A* 106 fabete *A* flāmis *A* Chor. *deest A. Strophae quinorum, postea quaternorum uersuum.* 109 tuorum] laborum *Aen. IV* 528 *et IX* 225 112 spem *A* 113 uidentis *A* 114 foeboq; *A* lieo *A* 118 apparuere *A* 121 crędele *A* 126 risus denuntias *A*, *cf. Aen. III* 366. 129 thalami *A* 130 quęsub *A* regi *A* *post* 130 *lacunam putant Scriuer. Burm.*

b′ Recubans sub tegmine fagi
Diuino carmine pastor
Vocat in certamina diuos:
Ramo frondente pependit.
b Quae te dementia cepit,
Saxi de uertice pastor,
Diuina Palladis arte
Phoebum superare canendo?
b′ Raptim secat aëra pinnis
Fugiens Minoia regna
Ausus se credere caelo
Vitamque relinquit in auras.
c Demens uidet agmina Pentheus,
†Caput a ceruice reuulsum,†
Incensas pectore matres;
Vocat agmina saeua sororum,
Iuuenem sparsere per agros.

Medea. Nutrix

M. En quid ago? uulgi quae uox peruenit ad aures?
Obstipui magnoque irarum fluctuat aestu *p. 32*
Durus amor; taedet caeli conuexa tueri.
Quae potui infelix! quae memet in omnia uerti,
Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent,
Heu furiis incensa feror! stat gratia facti.
Illum ego per flammas et mille sequentia tela,
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Eripui leto. fateor, arma impia sumpsi.
Sed quid ego haec autem nequiquam ingrata reuoluo?
Quid loquor aut ubi sum? ictum iam foedus et omnes
Conpositae leges. credo, mea uulnera restant.
N. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit,

138 foebum *A* canendum *A, corr. A*[1] 139 era *A* 142 rel.] dispergit *Aen. XI* 617 143 penteus *A* *u.* 144 *uel spurium uel post* 147 *ponendum puto.* 145 ingensas *A* accensas *Aen. VII* 392 147 peagros *A* 148 $\overset{\text{ad}}{\text{aures}}$ *A m. pr.* 149 fructuat *A* 150 tedit *A* 151 meme *A*, *de quo falsa ap. Burm.* 153 ingensa *A* 156 (fateor) leto me *Aen. II* 134 me *A*, *delet Burm.* sumsi *A* 158 logor *A* fędus *A*

Sed cape dicta memor, duri solacia casus.
Sensibus hic imis nostram nunc accipe mentem:
Heu fuge crudelis terras, fuge litus auarum!
M. Cara mihi nutrix, claudit nos obice pontus,
Deest iam terra fugae; rerum pars altera adempta est.
Hac gener atque socer patriaque excedere suadet.
N. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito
Et quo quemque modo fugias[que] ferasque laborem,
Tu modo posce deos ueniam, tu munera supplex
Tende petens pacem causasque innecte morandi
Carminibus: forsan miseros meliora sequentur.
M. Nunc oblita mihi tot carmina, uox faucibus haesit;
Mens inmota manet et caeco carpitur igni.
Carmina uel caelo possunt deducere lunam,
Sistere aquam fluuiis, deducere montibus ornos.
Has herbas atque haec ponto mihi lecta uenena *p. 33*
Ipse dedit; nihil ille deos, nil carmina curat.
N. Quid struis? aut qua spe inimica in gente moraris?
[**M.**] Aut pugnam aut aliquid iam dudum inuadere magnum;
Seu uersare dolos, seu certae occumbere morti.

Iason. Satelles. Medea

Ias. Quod notis optastis, adest; timor omnis abesto.
Hic domus, haec patria est, nullum maris aequor aran-
Soluite corde metum tandem tellure potiti [dum.
Per uarios casus. bene gestis corpora rebus
Procurate, uiri; iuuat indulgere choreis.
Sa. Vnde tremor terris? qua ui maria alta tumescunt?
Quid tantum Oceano properent se tingere soles?

161 solatia *A* 162 hic *A* haec *ecl.* 3, 54 166 haec *A* hac *Aen. VII* 317 atq; (*sic*) *A* suadit *A* 168 que *add. Burm.* quocumque *A*, *correxi ex Aen. III* 459 171 M. (*non ad* 172) *A* sequentur *Aen. XII* 153 secuntur *A* 172 Nunc *ecl.* 9, 53 Non*A*, *cf. ad u.* 87 176 ^{h}erbas ad hęc *A* 177 *sq.* dedit mihi nihil *A* nichil carmina| N. curat. quid stabis *A* struit *et* moratur *Aen. IV* 235 179 M. *addidi. Burm. post* 179 *uersum Aen. IX* 187 *supplet.* Iason. S. Atelles. Mede *A* 182 haec *Aen. VII* 122 hic *A* 185 iubat *A* 187 tinguere *Georg. II* 481. *Aen. I* 745.

Nescio quod certum est: in nubem cogitur aër.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Et fratris radiis obnoxia surgere luna.
Ias. Media fert tristis sucos, infecta uenenis,
Quo thalamum eripiat atque ossibus implicet ignem.
Fare age quid uenias iam istinc et conprime gressum.
M. Ad te confugio, precibusque inflectere nostris.
O dulcis coniunx, non haec sine numine diuum
Eueniunt. tanta meae si te ceperunt taedia laudis,
Hos cape factorum comites, his moenia quaere!
Ias. Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas
Iam propiore deo? nescis, heu perdita, nescis, *p. 34*
Nec quae te circumstent deinde pericula, cernis!
M. Hanc quoque deserimus sedem. tibi ducitur uxor.
Cui, pater et coniunx, quondam tua dicta relinquor?
Et sedet hoc animo, dotalis regia cordi est
Externique iterum thalami.
Mene fugis? hoc sum terraque marique secuta?
Hic labor extremus, longarum haec meta uiarum,
Hi nostri reditus expectatique triumphi?
Quid tua sancta fides? iterum crudelia retro
Fata uocant. tantis nequiquam erepte periclis,
Mene fugis? per ego has lacrimas, per si quis amatae
Tangit honos animum, per inceptos hymenaeos,
Per conubia nostra et mensas, quas aduena adisti,
Te precor: [o] miserere animi non digna ferentis.
Namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?

188 quid certe est *ecl.* 8, 107 191 sucos nigrisq; infecta *A* (nigrisque *non extat Georg. II* 126. *Aen. VII* 341) 192 adq; *A* 193 iam stinget conprome ressũ *A*, *cf. Aen. VI* 389 *ibique Ribbeckius. num* iam stinc? 195 coniux *A* nomine *A* 196 eueniunt. tanteme· si te *A*, *cf. Aen. II* 777. *Georg. IV* 332. Eueniunt: si te *edd.* 199 propriora die *A*, *corr. Burm. ex Aen. VI* 51, *ubi* dei. 200 Neque *A* nescis *A* 206 extre *A* 207 Hic *A* Hi *Aen. XI* 54 208 sc̃a *A* 209 nequaquam *A* erepta *A*, *corr. A*[1] 211 himęneųs *A m. pr.* 212 nr̃a *A* aduenas *A*. *Vitia metrica transpositis u.* 211 *et* 212 *hemistichiis sanare uult Burm.* 213 o *om. A* 214 aliut *A* q;amus *A*

Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis:
Tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant;
Ionioque mari tantis surgentibus undis,
Luctantis uentos tempestatesque sonoras
Conpressi et rabiem tantam caelique marisque.
Vnius in miseri exitium proque omnibus unum
Obieci caput, id sperans fore munus amanti.
Sed quid ego ambages et iussa exorsa reuoluo?
Nil super imperio moueor; sperauimus ista
Tempore, quo primum fortes ad aratra iuuencos,
Semina †et tauros spirantis naribus ignem
Obieci, . . satis inmanis dentibus hydri
Explicuit legio et campo stetit agmen aperto, *p. 35*
Telorum seges et iaculis increuit acutis,
Ferrea progenies duris caput extulit aruis.
Illi inter sese magna ui uulnera miscent,
Confixique suis telis et pectora duro
Transfossi ligno animasque in uulnera ponunt.
Auro ingens coluber seruabat in arbore ramos
Nec uisu facilis nec dictu affabilis ulli.
Ille manu patiens inmania terga resoluit.
Vt me conspexit flammantia lumina torquens,
Ceruicem inflexam posuit somnosque petiuit.
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Sin absumpta sàlus nec habet fortuna regressum,
Si nulla est regio, miseris quam det tua coniunx,
I decus i nostrum, faciat te prole parentem

215 libicis *A* 216 dum rauco adsidue̜ longo *A*, *cf. Aen. V* 866 217 infixure mari *A*, incubuere *Burm. ex Aen. I* 84, *multa mutare coactus*; Ionioque *ego ex Aen. V* 193 218 tempestatis quos honoras *A* 220 meseri *A* 221 obiecit *A* hid spe feror munus *A* 224 qui primum fasces *A* iouencos *A* 225 et eterios *A* seminaque et tauros *Burm.*, *cf. Georg. II* 140 *sq.* 225 Semina, 226 Obieci *non Vergiliana* 226 unde satis *Burm.* 227 eripuit *A*, *cf. Georg. II* 280 228 cęlorũ *A* 229 extullit arbis *A* 233 aurum *Aen. VII* 352 auro *A* colober *A* 234 uisuś *A* effabilis *A* 235 manum *Aen. VII* 490 236 flamantia *A* 239 absumta *A* 240 miseris] Teucris *Aen. X* 44 dete tua coniux ∽ *A*

Egregia interea coniunx melioribus opto
Auspiciis! possem hinc asportare Creusam:
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis; dabis, inprobe, poenas,
Quod minime reris, rebus iam rite paratis.
Ias. Desine meque tuis incendere teque querellis.
Nam mihi parta quies, nullum maris aequor arandum,
Nec ueni, nisi fata locum sedemque dedissent.
[**M.**] Heu tot incassum fusos patiere labores
Nec uenit in mentem sudans sub uomere taurus,
Iam grauior Pelias et aëna undantia flammis
Squamosusque draco et quaesitae sanguine dotes?
In regnis hoc ausa tuis. *p. 36*
[**Ias.**] Haec loca non tauri spirantes naribus ignem,
Nec galea densisque uirum seges horruit hastis,
Nec uim tela ferunt: mitte hanc de pectore curam.
[**M.**] Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos? pelagine erroribus actus
An fratris miseri letum ut crudele uideres?
Ias. Siue errore uiae seu tempestatibus acti.
Quis deus in fraudem, quae [te] dementia cepit
Commaculare manus, fraterna caede penates?
Aut ego tela dedi aut uitam committere uentis
Hortati sumus? [aut] quae dura potentia nostra?
M. Nil nostri miserere, nihil mea carmina curas;

242 coniux *A* 243 comitem *add. Burm. cf. Aen. III* 499. *XII* 880. *II* 778, *ubi* portare *cod. Med.* asportare *Pal.* adportare creusinu ∼ *A* 244 quidem *A* 245 suplicia ausurũ *A* pęnas *A* 246 quod *A m. pr.* 247 Ia. *A* tequerellis *A* 249 uene *A* 250 Med. *addidi. cf. Aen. VII* 421 251 uentem *A* fumans *Georg. III* 515 tauros *A* 252 aëna] in *A* ≈ *A in mg.* 253 quaesitas *A et Aen. VII* 423, *corr. Klotzius* 254 hoc causa *A* 255 Ias. *addidi* tauris spirante *A*, *ubi* In regnis — spiran *unus uersus. post* 255 *add. Meyerus Georg. II* 141 *fort. recte*: 'inuertere satis inmanis dentibus hydri'. 256 galeis *Georg. II* 142 sedes *A* astis *A* 258 Med. *add. Burm.* 259 domus *A*, *corr. A*[1] actos *A* 260 uiderem *A*, *cf. Aen. XII* 636 262 te *add. Burm.* 264 comittere *A* 265 aut *add. Burm. ex Aen. X* 69 nostri *Burm.* 266 nil mea *A*

Efficiam, posthac ne quemquam uoce lacessas.
Nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris.
Ias. Quid causas petis . . et inrita iurgia iactas?
Iamque uale, melior quoniam pars acta diei est.
M. Vtere sorte tua, susceptum perfice munus.
Ias. Nunc iter ad regem nobis. quod te adloquor, hoc est.
M. Num fletu ingemuit nostro aut miseratus amantem [est]?
Et dubitamus adhuc? lacrimantem et multa uolentem
Dicere deseruit rapidusque in tecta recessit.
Quid labor aut benefacta iuuant? mea tristia fata
Fessa iacent. ubi nunc nobis deus ille magister
Et Furiis agitatus amor et conscia uirtus?
Nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reseruo? *p. 37*
Stat casus renouare omnis, dare lintea retro,
Rursus et [est] casus abies uisura marinos.
Te sine, frater, erit. quod si mea numina non sunt,
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo!

Chorus

a Dictis exarsit in iras
Insani Martis amore,
Poenorum qualis in aruis
Venantum septa corona
Fulua ceruice leaena;
a′ Qualis mala gramina pastus
Tractu se colligit anguis,
Tumidum quem bruma tegebat:
Caput altum in proelia tollit,
Linguis micat ore trisulcis;

267 posthęc *A*, *corr.* A^1 ne quicquã uoces lacessat *A*, *cf. ecl.* 3, 51. 269 petis causas *A*, *sed cf. Aen. VIII* 395. inrida *A* 270 qm̃ *A* est *om. Aen. IX* 156 273 Non *A*, *sed cf. Aen. IV* 369 fleto ingemui nr̃o *A* amanti *A*, *cf. ib.* 370. est *om. A* 276 iubant *A* tristicia *A* 278 ei conscientia *A* 279 desimulo *A* quae *Aen. IV* 368 quid *A* 280 renobare *A* et dare *A*, *corr. Meyerus* 281 est *om. A. num* Certum est et *cl. Aen. III* 686 *et Georg. II* 68? 283 aceronta *A* 284—312. *Strophae quinorum uersuum.* 286 pęnorũ$_u$ *A* arbis *A* 288 lęena *A* 290 tractus se *A* 291 tumidạm *A* 292 proelia *sic saepius A* 293 risulcis *A*

a [Qualis Threissa fatigat]
Furiis agitatus Orestes
Armatam facibus matrem;
Ardens agit aequore toto,
Patrias obtruncat ad aras;
a′ Triuiis ululata per urbem
Qualis trieterica Baccho
Inter deserta ferarum,
Palla subcincta cruenta,
Vocat agmina saeua sororum;
a Qualis philomela sub umbra
Pectus signata cruentum
Late loca questibus implet,
Maerens miserabile carmen, *p. 38*
Cantu solata laborem.
a′ Grauiter pro coniuge saeuit
Deserti ad Strymonis undam:
Te solo in litore secum
Anima fugiente uocabat,
Scirent si ignoscere manes.

Nuntius. Creon

N. Quo feror? unde abii? [rumpit] pauor, ossaque et artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Genua labant, [gelidus] oculos stupor urget inertis,
Arrectaeque horrore comae et uox faucibus haesit.
Cr. Quo res summa loco? unde haec tam clara repente
Tempestas sine more furit? maria omnia caelo
Miscuit, ingeminant abruptis nubibus ignes.

293a *addidi ex Aen. I* 316. 294 Furiis *Aen. III* 331 scaenis *IV* 471 297 patris obstruncatus ad ad aras *A*, *cf. Aen. III* 332, *ubi* patriasque 298 Triuiis *Burm. ex Aen. IV* 609 Furit *A* urbes *Aen.* 298 *sq. transponendi?* 299 bacco *A* 303 filomela *A* 306 merens *A* 307a *add. Schrader*: Qualis miserabilis Orpheus, *cf. Georg. IV* 454. 309 strimonis *A* 311 animas *A* 312 scirent *A*, *sed* nt *erasis* ignu^{s}cere *A* 313 habii *A* rumpit *add. Burm. ex Aen. VII* 459 *sq.* 314 cito *A* toto *Burm.* praeruptus *A* 315 gelidus *addidi ex Aen. XII* 905 occulos *A* 318 sime *A* furut *A* 319 aruptis *A*

Fare age — mihique haec edissere uera roganti.
N. Aedibus in mediis quaeque ipse miserrima uidi
Horresco referens. palla subcincta cruenta
In medioque focos nocturnas inchoat aras
Intenditque locum sertis et fronde coronat
Funerea, crinem uittis innexa cruentis,
Vnum exuta pedem uinclis, in ueste recincta,
Spargens umida mella soporiferumque papauer.
Sparserat et latices simulatos fontis Auerni,
Sanguineam uoluens aciem, manibusque cruentis
Pro molli uiola casiaque crocoque rubenti
Vrit odoratam nocturno in lumine cedrum
Scillamque elleborosque grauis et sulfura uiua,
Obscuris uera inuoluens lacrimisque coactis *p. 39*
Voce uocans Hecaten; et non memorabile numen
Ferro accincta uocat.
Haec effata silet, oculis micat acribus ignem,
Expectans, quae signa ferant, ignara futuri.
Eripiunt subito nubes caelumque diemque,
Et tremefacta solo tellus, micat ignibus aether.
Continuo auditae uoces uagitus et ingens,
Visus adesse pedum sonitus et saeua sonare
Verbera; [tum] uisaeque canes ululare per umbras
Aduentante dea, refluit[que] exterritus amnis
Et pauidae matres pressere ad pectora natos.
Exhinc Gorgoneis Allecto infecta uenenis

320 fare mihi adq; hec cedisse·re *A*, *corr. Burm. et ego, cf. Aen.* III 362. *II* 149 321 miserrima *A* 324 incenditq; *A*, *sed cf. Aen. IV* 506 325 uinctis *A* 326 relincta *A*, *corr.* A^1 327 humida *A* soporiferrumq; papaber *A* 328 simolatos fonte *A* 330 casia *sqq. ex Georg. IV* 182. 331 *A* = *cod. Med. Aen. VII* 13. 332 grabis et sulpura *A* 334 ecaten *A* numen] ueāī *A* (℞ *A m. pr. in marg.*), *corr. Burm. ex Aen. IV* 94 335 acinctam *A* 336 migat atrib; *A* ignis *Aen. XII* 102 337 Obseruans *Aen. VI* 198 aut ignara *A* 338 nubis *A* 339 migat *A* ęter *A* 342 tum *add. Oudend. ex Aen. VI* 558 bisęq; *A* ullulare *A* umbram *Aen. VI* 257 343 que *add. Aen. VIII* 240 344 trepidae *Aen. VII* 518 presserat pectora *A* 345 gorgonalis lecto *A* Exim *Aen. VII* 341

Exurgitque facem adtollens atque intonat ore:
'Respice ad haec; adsum dirarum ab sede sororum,
Bella manu letumque gero.'
Talia cernentem tandem sic orsa uicissim:
'Venisti tandem. mecum partire laborem,
Tu dea, tu praesens animis inlabere nostris.
Dissice conpositám pacem, sere crimina belli
(Namque potes), colui uestros si semper honores'.
Talibus Allecto dictis exarsit in iram
Horrendum stridens rabidoque haec addidit ore:
'O germana mihi, mitte hanc de pectore curam.
Et nunc si bellare paras, luctu miscere hymenaeos
Funereasque inferre faces et cingere flamma,
Quidquid in arte mea possum meminisse necesse est,
Quantum ignes animaeque ualent: absiste precando.'
Dixerat; adtollit stridentis anguibus alas, *p. 40*
Ardentis dare uisa faces, supera ardua linquens.
Illa dolos operi flammisque sequacibus iras
Iungebat, duplicem gemmis auroque coronam
Consertam squamis serpentum: flamma uolantem
Inplicat inuoluitque domum caligine caeca,
Prospectum eripiens oculis; mihi frigidus horror
Membra quatit gelidusque coit formidine sanguis:
Inprouisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Aut uidet aut uidisse putat, metuensque pericli
Incipit effari, nec uox aut uerba sequuntur.
Idque audire sat est, quo me decet usque teneri.

346 adq; *A* 347 *sq. uno uersu A comprehendit* 347 dorarum ab seede (*an* scede?) *A* 348 mano *A* 349 Talia iactanti *Burm., sed cf. Aen. IV* 408 ora uicissem *A* 350 partirē *A* 352 pacem̄ *A* 354 iras (*ut* 284) *Aen. VII* 445 iram *A* 355 pauidoque *A*, *corr. Burm. ex Aen. VII* 451 additit *A*, *corr.* A^1 357 *cf. ad u.* 87. Nunc si bellare paras et *A. Burm. Aen. VIII* 400. *XII* 805 *substituit.* himeneus *A* 361 adtolle^{n}s *A* adtollit *Aen. VII* 561 anquib; *A* 362 dare *Aen. V* 637 dea *A* super *A* 363 operi *Aen. VIII* 432 aperit *A* ires *A* 364 et dublice *A* 365 flamaq; *A* uolantemque *Oud. Est hemistichium non Vergilianum.* 367 frigitus *A* 368 quoit *A* 370 paracli *A* 372 decit *A*

Vadite et haec regi memores mandata referte.

Nutrix. Medea

N. Hoc habet. haec melior magnis data uictima diuis.
Talia coniugia et talis celebrent hymenaeos!
M. Tu secreta pyram natorum maxima nutrix
Erige — tuque ipsa pia tege tempora uitta,
Verbenasque adole pinguis nigrumque bitumen.
Sacra Ioui Stygio, quae rite incepta paraui,
Perficere est animus finemque inponere curis.
N. Discessere omnes medii spatiumque dedere.

Medea. Filii. Vmbra Apsyrti

M. Heu stirpem inuisam et fatis contraria nostris!
Huc ades, o formose puer. qui spiritus illi!
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat!
Perfidus et cuperem ipse parens spectator adesset.
Fil. Parce pias scelerare manus! aut quo tibi nostri *p. 41*
Pulsus amor? si iuris materni cura remordet,
Natis parce tuis et nos rape in omnia tecum;
Quo res cumque cadunt, unum et commune periclum.
[**Vmbra.**] Aspice nos. adsum dirarum ab sede sororum:
Infelix simulacrum, laniatum corpore toto.
M. Quid dubitas? audendum dextra, nunc ipsa uocat res.
Auctor ego audendi, fecundum concute pectus.
Si concessa peto, si poenas ore reposco,
Nullum in caede nefas; [et] amor non talia curat.

373 regina memores *A* memores regi *Aen. XI* 176 375 himeneos *A* 376 secretam piram *A* nutris *A* 377 tegit *A* uita *A* 378 adola *A* nicrumq; uitumen *A* 379 iobi stigio *A* 380 anim· *A*. absirti *A* 382 et] e·et *A* contrariis *A* 385 adesse *A* 386 pia scelarare *A*, *corr. A*[1] qui *A* quo *Georg. IV* 324 387 *cf. ad u.* 87. remordit *A*, *cf. VII* 402 388 gnatis *Aen. X* 532 parge *A* a·ut *A* et *Aen. II* 675 389 cadent *Aen. II* 709 et commoue *A* 390 Vmbra *addidi* 391 labia corpore tanto *A*, *corr. Burm. ex Aen. VI* 494; *de uersu cf. ad u.* 87 392 dubitem *Burm.*, *sed cf. Aen. IX* 12. *de uersu cf. ad u.* 87. 394 concesso *A* pęnasoro *A* 395 et *add. Burm.*

Fil. Hostis amare, quid increpitas mea tristia fata?
M. Suggere tela mihi finemque inpone labori.
Sanguine quaerendi reditus.
Fil. Nec te noster amor pietas nec mitigat ulla,
Nec uenit in mentem natorum sanguine matrem
Conmaculare manus? nostri tibi cura recessit
Et matri praereptus amor?
M. Crimen amor uestrum spretaeque iniuria formae
His mersere malis. fratrem ne desere frater. —
Poenarum exhaustum satis est, uia facta per hostis,
Et genus inuisum dextra sub Tartara misi.
Iamiam nulla mora est currus agitare uolantis.

Iason. Nuntius. Medea ex alto.

Ias. Hei mihi, quid tanto turbantur moenia luctu?
Quaecumque est fortuna, mea est; quid denique restat?
Dic age, namque mihi fallax haud ante repertus.
N. En perfecta tibi promissa coniugis arte
Munera! ingentem luctum ne quaere tuorum. *p.42*
Sed si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Expediam dictis et te tua fata docebo.
Conspectu in medio cum dona inponeret aris
(A uirgo infelix!) oculos deiecta decoros,
Vndique conueniunt per limina laeta frequentes
Matres atque uiri cumulantque altaria donis.
Religione patrum biforem dat tibia cantum,
Cum subito dictuque oritur mirabile monstrum.
Ecce leuis summo descendit corpore pestis,

396 amari *A* tristicia facta *A* 397 inponi *A* 399 midigat uulla *A* 400 mente *A* sanguinẽ *A* 401 comaculare *A* 402 praereptus *Aen. IV* 516 praeruptus *A* 405 penarum exaustum *A* ostis *A* 406 uisum *A* Meda ex alto *A* 408 Ei *A* turbamur mȩnia lucri *A*, *cf. Aen. XII* 620. 409 furtuna *A* 410 agi *A* aut ante *A* 411 coniugia sorte *A* 412 at ing. *Burm.* 414 fada *A* 415 deponeret *A* 416 decorus *A*, *corr. A*[1] 417 laeta *Aen. I* 707 tota *A* 418 adq; *A* 419 relegione *A* 420 subitum *Aen. II* 680, *sed* subito *codd. optt. plurr.* 421 lebis *A* descendit *Aen. V* 683 descendere *A*

Incipit ac totis Vulcanum spargere tectis,
Regalisque accensa comas, accensa coronam
Membra sequebantur, artus sacer ignis edebat.
Diffugiunt comites et quae sibi quisque timebat
Tecta metu petiere, et sic ubi concaua furtim
Saxa petunt, furit inmissis Vulcanus habenis.
Nec uires heroum infusaque flumina prosunt,
Quaesitaeque nocent artes, miserabile dictu!
†Illa autem per populos aditumque per auia quaerit,
Arte noua speculata locum, paribusque reuinxit
Serpentum spiris uentosasque addidit alas,
Ense leuis nudo, perfusos sanguine currus.
Ias. Quo sequar? aut quid iam misero mihi denique restat?
Me me, adsum qui feci, – – in me omnia tela
Conicite, hanc animam quocumque absumite leto.
Funeris heu tibi causa fui; dux femina facti!
M. Huc geminas nunc flecte acies et conde sepulcro
Corpora natorum, cape dona extrema tuorum.
Et tumulum facite et tumulo super addite carmen: *p. 43*
'Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem
Conmaculare manus, luctu miscere hymenaeos
Et super aetherias errare licentius auras'.
Ias. Crudelis mater, tanton me crimine dignum
Duxisti et patrios foedasti funere uultus?
Arma, uiri, ferte arma, date tela, ascendite muros!
M. Quo moriture ruis? thalamos ne desere pactos!
Hortator scelerum, nostram nunc accipe mentem.

422 uulganũ *A* 423 corona *A* 426 concaba *A* 427 pedunt *A* inmissus *A*, *corr.* *A*[1] abenis *A* 428 erbarum *A*, (*cf. Aen. XII* 396?) heroum *Burm. ex Aen. V* 684 430 'illa — populos' *non sunt Vergilii. emendanda puto ex Georg. III* 276 'saxa per et scopulos' (*cf. et Aen. VI* 588) adidumq; per abia *A* 432 spinis *A* addedit *A* 433 *cf. Aen. XII* 847 *sq. IX* 548 434 segor *A* sequar *Aen. IX* 490. mihi misero *A* 435 *cf. Aen. IX* 427. 493. 436 adsumite *A* 440 supaddedit *A* 442 et luctum *A* imene$\overset{o}{u}$s *A m. pr.* 443 Et *ego* Te *A*, *Aen. VII* 557. ęterias *A* lincentius *A* 444 tantũ *A* 445 fedasti *A* 446 *cf. ad u.* 87 (*Aen. II* 668. *IX* 37) 447 talamos *A* 448 hortatur *A*

Siue animo siue arte uales, †opta ardua pinnis
Astra sequi†, et si adeo dotalis regia cordi est;
⌈Quae nunc deinde mora est?⌉ nostrasne euadere demens
Sperasti te posse manus? opta ardua pinnis
Astra sequi clausumque caua te condere terra
Et famam extingui ueterum sic posse malorum.
Haec uia sola fuit, haec nos suprema manebat
Exitiis positura modum.
Sat fatis Venerique datum est. feror exul in altum,
Germanum fugiens et non felicia tela,
Vltra anni solisque uias. quid denique restat?
Et longum, formose, uale, et quisquis amores
Aut metuet dulces aut experietur amaros.

18

LVXORII

B. Luxor. 84. M. 382 **Epithalamium Fridi**

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustrat,
Extulit os sacrum caelo tenebrasque resoluit.
Laetitia ludisque uiae plausuque fremebant, *p. 44*
At Venus aetherios inter dea candida nimbos
Aurea subnectens exertae cingula mammae,
Dona ferens, pacem aeternam pactosque hymenaeos
Atque omnem ornatum, Capitolia celsa tenebat,
Punica regna uidens, Tyrios et Agenoris urbem.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades et bona Iuno;
Incedunt pariter pariterque ad limina tendunt.

449 animis *Aen. XII* 892. obta *A* opta — sequi] si pectore robur Concipis *Burm. ex Aen. XI* 368 451 'quae — est' *add. Burm. ex Aen. XII* 889 453 te] ce *A* terrã *A* 454 malo℞ *A* 455 nobis suppremanebat *A* 459 Extra *Aen. VI* 796. annis *A* 460 fermosum̃ *A* 461 metuant *A* metuet *ecl.* 3, 110. *ubi libri et Seruius cum centone conspirant.*

18. Epitalamium Fridus a Luxorio. ũc · spectabili dictũ. centon. *A.* Fridi *Burm.* 1 lustras *Aen. IV* 607 3 lęticia *A* 4 etherios *A* 6 himeneos *A* 7 adq: *A* 8 uident. stirios et ageneri *A* 9 adq: *A* 10 ad litora *Aen. II* 205

Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Quo sacris sedes epulis atque ordine longo
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Vna omnes, magna iuuenum stipante cateruа,
Deueniunt faciemque deae uestemque reponunt.
Dant signum, fulsere ignes et conscius aether
Conubiis mediisque parant conuiuia tectis.
Fit strepitus tectis uocemque per ampla uolutant
Atria, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit mollitque animos et temperat iras.
It clamor caelo, cithara crinitus Iopas
Obloquitur numeris septem discrimina uocum,
Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Nec non et Tyrii per limina laeta frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
  Tunc Venus aligerum dictis affatur Amorem:
'Nate, meae uires, mea magna potentia solus,
Huc geminas nunc flecte acies, illam aspice contra,
Quae uocat insignis facie uiridique iuuenta,
Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis, *p. 45*
Cui genus a proauis ingens clarumque paternae
Nomen inest uirtutis et nota maior imago.
Hoc opus, hic labor est: thalamos ne desere pactos!
Credo equidem, noua mi facies inopinaue surgit.
Nonne uides, quantum egregio decus enitet ore?
Os umerosque deo similis, cui lactea colla
Auro innectuntur, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula uestem;
Qualis gemma micat, qualis Nereia Doto

12 sacre *A* adq; *A* 13 soli^{t}di *A m pr.* 14 caterba *A* 16 ęter *A* 17 Conubii *A* conubia mensis *A* tectis *Aen. I* 638 20 terrebilem *A* 21 molliq; *A* 22 citera *A* 23 numeri^{s} *A* 25 tirii *A* 26 tori *A* 30 uirideq; iubenta *A* 32 proabis *A* 33 *Aen. XII* 226 (*ubi* erat). *II* 773 *male consuti* 34 labo^{r} *A* talamos *A* 35 inopinanabe *A* 37 Hos humerosq; *A* 39 purpoream *A* 40 migat *A* nereyia *A* *post* Doto — *A m. pr. ut uidetur in mg.*

5*

Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Cura mihi comitumque foret nunc una mearum!
Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est,
Cum tacet omnis ager, noctem non amplius unam
Conubio iungam stabili propriamque dicabo.
Hic Hymenaeus erit monumentum et pignus amoris.
Incipe si qua animo uirtus et consere dextram,
Occultum inspires ignem paribusque regamus
Auspiciis: liceat Frido seruire marito,
Cui natam egregio genero dignisque hymenaeis
Dat pater et pacem hanc aeterno foedere iungit.'
Paret Amor dictis carae genetricis et alas
Exuit et gressu gaudens sic ore locutus:
'Mecum erit iste labor; si quid mea numina possunt,
Cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet
Inmiscentque manus manibus pugnamque lacessunt,
Nusquam abero, solitam flammam (datur hora quieti) *p. 46*
Desuper infundam et, tua si mihi certa uoluntas,
Omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
Sentiat'! atque animum praesenti pignore firmat.
Illa autem (neque enim fuga iam super ulla pericli est)
Cogitur et supplex animos submittere amori,
Spemque dedit dubiae menti soluitque pudorem.
Illum turbat amor; ramum qui ueste latebat
Eripit a femine et flagranti feruidus infert.
It cruor inque umeros ceruix conlapsa recumbit.
His demum exactis geminam dabit Ilia prolem,
Laeta deum partu, centum conplexa nepotes.

41 galadea segant spumente *A* 44 omnes sacer *A* 45 conobio *A* probriamq; *A* 46 himeneus *A* 47 animus *A m. pr.* et conseq; *A* 49 Frido *A* Phrygio *Aen. IV* 103. seruare marido *A* 50 himeneis *A*, *cf. Aen. XI* 355 *sq.*; *noster liberius mutat.* 51 Dat pat *rubris litt. A* fędere *A* 52 care genitoris *A* 55 amplexos adq; obscula *A* 57 ora *A* 59 pręcipi adq; *A* 60 sentiet adq; animo *A*; *cf. Aen. VII* 434. *III* 611 61 ulla] illa *A* 63 dubiem *A* 65 fraglanti feruitus *A* inplet *Aen. IX* 72 66 humeros *A* 68 dm̃ *A*

19

Praefatio

B. M. —

Hactenus me intra bulgam animi litescentis inipitum tua eritudo instar mihi luminis aestimanda de norma reduuiare conpellit. sed antistat gerras meas annitas diriuata, et post artitum Nasonem quasi agredula quibusdam lacunis baburrum stridorem auerruncandus obblatero. uos etiam, uiri optimi, ne mihi in aginam uestrae hispiditatis arnanti cataculum carmen inreptet, ad rauim meam conuertite cicuresque conspicite, ut alimones magis meis carnatoriis quam censiones extetis. igitur concinno sensu meam returem quamuis uasculam Pieridem. actutum de uobis lampenam comtulam spero adiutandi, quae cuppedia praesumenti iam non exippitandum | sed oppitandum sibi esse con- p. 47 iectat. ergo bene pedam me hac, pudori citimum, collocare censete, quoniam, si haec nec crepera extiterint nec fracebunt, quae alucinari uelut bouinator

19. *Glossae Placidi*: 1 bulga: saccus coreus impitus(inip.?): implicitus uel inretitus. 2 eritudo: dominatio 3 reduuiae: spolia serpentum antistant: meliores sunt. gerras: nugas, ineptias 4 annitas: senectus. diriuata: digesta, separata. delibutus: unctus. artitus: artibus edoctus 5 agredulae: ranae paruae. baburra: stultitia, ineptia. auerruncando: abominando. 7 agïnam: scapum trutinae. arnanti: frementi, murmuranti. cataculum: claudum. 8 cicures: placidi 9 alimones: ab alimento. (carinator: maledicus?) censio: multa 10 concinne: composite (returare: aperire *Nonius*) 11 (uascum: nugatorium *glossa s. VIII ap. Duebn.*) lampenae: stellae. 12 comptula: decora 13 exipitandum: dicendum, oscitandum (14 pedam: uestigium pedis *Festus* cituma: proxima *Non.*) 15 creperae: incertae, dubiae 16 fracebunt: sordebunt. bobinator: tricosus, inconstans.

19. 1 uurgam *A* inipitũ *A* 2 heretudo *A*. *num* numinis? extimandea de normam redubiare conpellet *A* sanitas *Duebn. mus. rh. a.* 1835 *p.* 470 *sqq.* mea · sanitas diributa ey pos *A* 6 oblatero *A* auerrucandus *A* obtimi *A* 7 anginam *A* cataclum (*primum* c *ex* t *corr.*) *A* 8 rabem *A* conuertite *scripsi* magi copertit *A* magis *post* alimones *transposui* 10 conrumo *A*, *correxi* 12 adiutanãq; cupedia presumentis *A*, *correxi* 13 oppilandum *Duebn.* 15 colucari *A*, *correxi* q͠m *A* creperat extiter(in)at *A* 16 uouinator *A*

adactus sum, uoti uobis damium usque ad exodium uitulantibus coagmentem. quis enim me soniuium et non murgissonem fabulae haut amabit, quem mentorem exfabillabit altiboans? unde fauorem exfebruate fellibrem, ut apludam harmoniae tensore a me uelut ambrone collectam adoreos uertatis in struppos.

20

B. M. —

OCTAVIANI

Candida sidereo fulgebat marmore Cypris
  Nec fictam reddit nobilis arte lapis.
Mystica secreti dirumpens claustra pudoris
  Cum urtica gremio prosilit aetherio,
Proles heu niueis nutritur pessima membris
  Gratum iamque locum protegit herba ferox! —
'Sed recte factum. celentur feruida membra,
  Dulcibus ut lateat tecta libido malis.' —
Mulciber an Martem metuens hoc sponte peregit,
  Horreat ut Mauors dulcia adulteria?
Horret pulcra Venus; temnuntur Cypridis artus!
  Quid placeat nobis, si Venus ipsa piget?

17 damium: sacrificium. ad exodum (*sic*): ad finem. 18 uitulantes: gaudentes (soniuio: sonanti *Paulus Festi*) 19 murgisso: irrisor mentor: inuentor. 20 exfabillauero: exeruero. altiboans: altisonans. exfebruare: expurgare. (fellibrem: adhuc laetum, uiuentem *gloss. Isid.*) 21 apludam: paleam. ambrouem: perditae improbitatis 22 adorea: farra.

18 uitulant$\overset{u}{\imath}$is *A*, *corr. Duebn.* cohacmentem *A* sonibi$\overset{u}{o}$m *A* 19 fabula aut *A* autumabit *Duebn.* quam *A* 20 exfaballibit altibuans *A* faborēm *A* 21 armonie temsore *A* 22 struppas *A*, *cf. Festus* 313.

20. Uersus Octauia^{ni} uiri inlustris annorum XVI· filius Crescentini uiri magnifici. sunt uero uersi CLXXII *A* 2 finctā *A* cinctam *H*(*auptius nunt. soc. litt. Saxon.* 1846—7 *p.* 210) fictam *scripsi* 3 mistica *A* 4 e gr. *H* ęterio *A* 5 nibeis *A* 6 *num* ferax? 7 celentur ferbida *A.* celantur *Quicherat* (*bibl. des chartes III* 1 *p.* 204) 8 dulcib; *A* cultibus *H. puto* dumis. liuido *A* 10 mabors *A* 11 horrit *A* sordet *H* 12 riget *Quich.*

21 B. M. —

'Sacrilegus capite puniatur'. De templo Neptuni aurum perit. interposito tempore piscator piscem aureum posuit et titulo inscribsit 'De tuo tibi Neptune.' Reus fit sacrilegii. contra dicit. [conuincitur]. p. 48

[Prooemium]

'Vnde redit fulgor templis? quis inania nuper
Tantis Salsipotis distendit limina donis?
Ecce abiit damnum: splendescunt tecta metallis
Marmora et antiquus cepit laquearia fulgor.'
Pone animos laetos, quisquis testantia furtum
Dona uides. titulis uotum quod lucet opimis,
Gaudendum fuerat, nisi munus pauperis esset.
Heu scelus et magnis nequiquam prodiga rebus
Mens humilis! miseros semper quam maxima produnt!
Sordidus et nigrae dudum uagus accola harenae
Nunc aurum piscator habet gaudetque metallis;
Nec satis est: donat templis, per limina figit
Et titulo confessus ouat. consurgite in iram,
Quis caelum, quis templa placent! modo limine in omni
Supplex, maiorum portans munuscula mensis
Vel tenuem spectabat opem; nunc ditior illis
Quos coluit, meliorque deo est; quod perdidit ille,
Hic donat. prorsus magna est iniuria Nerei.
Dignus non fuerat titulis, nisi perderet aurum?
Non [tantum] facinus caeso est auctore piandum?
Multa patent, sed plura latent. scelus undique densum est.
Tollere rem templis furor est temploque uicissim p. 49
Rem furti donare nefas. pro dira nocentum

21. aureum ferit *A* fert *Iuretus* perit *H*. neptušne *A* salegii contradici *A* conuincitur *add. H* *Nomine non indicato emendationes Hauptio l. c. debentur.* Prooemium *addidi.* Declamatio *Quich.* 2 tantus salsipote/// *A*; s *in rasura dicit H, quod legi posse negat Boissier* Salsipotis *H* 3 aliut *A* icta *A* tecta *Quich.* 4 antiqui cedit *A* caedit *H* redit in *idem* cepit *ego* 5 testant^ia *A* 6 lucit *A* 8 numquitnam prodita *A* 10 sorditus *A* magus *A* 12 ficit *A* 14 limina *A* 16 pectabat *A* expect. *H* 17 perdedit *A* 20 tantum *add. H* 22 templo qui *A*

Consilia in scaeuis! quae mens excogitet istud:
Res auferre sacras et consecrare rapinas?
Heu similis uindicta malo! nunc ipsa pudori est
Vox mea, ne magnos laedat magis ultio diuos.
Audiet haec populus nosque hoc narrabimus; ergo
Quod factum est (meminisse nefas) referetur in urbe:
Elusus custos raptumque altaribus aurum,
Mens audax, scelus hoc, manus inproba, perditus ardor,
Antistes uictus, penetralia prodita, numen:
Contemtum, templum pauper, piscator abundans.
Vos, o caelicolae, uestrum nunc inuoco numen,
Sit mihi fas reticenda loqui, dum proditur iste.

[Narratio]

Natus ut, ignotum est. neque enim de limine celso
Piscandi doctus ducit genus. inprobus ergo,
Cum tantas terris dederit labor inclitus artes,
Non Chalybum massas recoquit, non doctior aeris
Ducit molle latus fuluumque intentus in aurum
Multiplici gemmas radiantes lumine uestit,
Non ager in uoto est illi fortesque iuuenci,
Non inlex fenus, non classica, non pia Musa,
Sed spretis duro rebus placet omnibus istud:
Fraus, dolus et furtum pelagi; conponitur ergo
Saeta nocens, fallax calamus et perfidus amus,
Principium sceleris: iam tunc, iam perfidus iste
Neptunum spoliare parans petit alta profundi
Nereos et uitreo resupinos marmore campos.

24 in scebis quem mens *A* 26 Heu] *fort.* Sit. uindictam *A* 27 magnis *A* 28 narrauimus *A* 29 refertur *A*, *corr. Quich.* referuntur *H* 31 scelus hoc *A* sceleris *H* 32 antistis *A*, *corr.* *A*[1] prodit *A* 33 templi *Quich.* 34 nun *A* Narratio *addidi* 36 ubi *Quich.* ingnotum *A* 38 ducerit *A* 39 calibū *A* 40 latus *suspectum Hauptio* fulbumque *A* ue *H*, *fort. recte* dur8 42 iuuenui *A, corr. A*[1] 43 uilex *A* 44 spretis *A* spretis diuum *H. num* dudum? placit *A* 46 calamus fallax *H. sed cf. u.* 89. 116. 132 *Piscatores sunt* ‘fures maritumi’ *Plaut. Rud.* 310. 47 inpfidus *A* interritus *H* iam perf. *ego* 48 pedit *A* 49 Nereo *A* resupinus *A*

Illic sollicite [per] saxa madentia curas p.50
Disponens imoque trahens animalia fundo
Serus furtiuum referebat munus ad urbem.
Set palam sane maduerunt moenia saepe,
Dum releuat populos. uario commercia pisce
Cernere erat, genus omne maris conpleret ut urbem:
Hinc scarus, hinc uarius, hinc purpura, polypus inde,
Hinc murena madens, illinc aurata coruscans
Et cancer mordax, tergo et russante locusta,
Thynnus, salpa, pager, lupus, ostrea, sepia, mullus
Et quidquid captum faciebat copia uile.
Proderat hoc illi tantum ad conpendia uitae
Nec dabat ars aliud; quamuis praediues adesset
Mercatus populi, tamen hinc manus ista nocentis
Vix erat aere grauis, nedum copiosior auro.
Laudatus sane, quantum spectabat ad artem,
Et stulte multis dictus 'Neptunius heros',
Hinc etiam adsiduus templo, dum solus ad aras,
Solus ad altare est precibusque insistere cultor
Creditur et placidos pelagi sibi poscere fluctus,
Aurum (pro facinus), ueterum donaria, priscum
Obsequium, antiquum munus uidet, arripit, aufert.
Quis populi gemitus, quis tunc concursus in urbe!
Quis fuit ille dies, miseri cum pendere poenas
Custodes iussi fuso de sanguine crimen
Ignotum insontes luerent facinusque negarent!
Heu male magnorum semper sub nomine tali
Velamen scelerum. uilis persona: quis ergo,
Despiciens hominem, tantum quis crederet umquam

50 per *add. H* saxam. adentia *A* 51 imoq; trahensq; *A* 52 furtibum *A* 53 nec *A* set *ego* paulum sanie *H* męnia *A* limina *H* 54 relebat *A* populus *A* populos A^1 comercia *A* 56 uarius *H cl. Isid. or.* XII 6, 6 uarus *A. possis* caris. purpora polipus *A* 57 ardens *H. num* nitens? corruscans *A* 58 ergo *A* 59 tynnus *A* pager *H* lages *A. possis* faber. sępia *A* 60 cupia *A*, *corr.* A^1 62 abesset *A* 63 mercator *A* hin *A* 64 necdū *A* aurū *A*, *corr.* A^1 69 placidus *A*, *corr.* A^1 70 fa^{ci}nus *A* 71 anticum *A* 73 *ante* pęnas *duae litt. erasae A* 74 defuso s. *H* 75 necarent *A* 76 Neu *A*

Pauperis esse nefas? uolitat cum funere diues p. 51
Multorum. — nec scire potest sua crimina solus.
Hoc rursus magna statuere primordia rerum,
Quod cito tam prodit crimen, quam concipit ardor.
Mens hominum facinus sine fine admitteret ullo,
Si posset celare diu: cultoris honore
Sacrilegus lucet, manibusque ablata nocentis
Post spatium produnt crimen redeuntia dona.

Excessus

Huc huc tergemino letalia fulmina telo,
Iuppiter undarum, ualido Neptune tridenti
Concutiens maria alta iace pontoque uerendus
Litoreas transcende moras! stet turbidus axis
Nubibus et zephyris fundo reuolutus ab imo
Gurges inexpletum feriat uada marmore cano!
Piscator scaeuus meritum confundit utrimque;
Stat post furta pius, templis tua munera reddens,
Et post dona reus. pro uili, summa potestas,
Bis tibi calcato facta est iniuria caelo.
Cum tua sacrilegus raperet donaria templo,
Contemptus fueras: iam nunc obnoxius esse
Coepisti, ablatum post[quam] tibi reddidit aurum.
'Ars' inquit 'studiumque dedit mihi, non scelus, aurum.'
Verum est? Eoos etenim mercator adisti
Et repetis patriam longo post tempore diues?
Scilicet his manibus uiduatos cernimus esse
Ture Arabas, Persen gemmis et uellere Seres,
Dente Indos, ferro Chalybes et murice Poenos?
Non pudet hanc artem scelerum [te] dicere princeps?

80 nec *H* ne *A* 81 prorsus *Quich.* est · ad uere *A* 83 amitteret *A* 84 cęlaret *A* 86 *post* produnt s *eras. A* 87 letali fulmine *A* 89 e pontoque *H*, *sed cf. u* 46. 116. 132. 205 90 tra^{n}scende. remoras *A* saxis *A* 91 zepheris *A*, *corr.* A^1 92 inexplicitum *A* 93 piscatur sęuus *A* utrumq: *A* 94 tu *A* dum m. reddit *H* tua *Quich.* 95 p̍rost uilissuma potestas *A* pro uilis s. p. *H* 96 caltato *A*, *corr.* A^1 97 rapere *A* don$\overset{a}{o}$ria *A* 99 cępisti *A* pot tibi reddedit *A*. *num* 100—116 *ante u.* 215 *collocandi sunt?* 100 ar^{s} inquid *A* 101 est eo · adsit enim *A* 104 arabos *A* euuellere *A* 105 calipes *A* 106 te *add. H*

Remus, cumba, fretum, gurges, notus, ancora, lembus, *p.* 52
Barca, amus, pumex, conchae, uada, litus, harena,
Contus, seta, salum, calamus, †notae, retia, suber:
Hic labor, haec ars est, hinc fuluum colligis aurum.
Mercator madidus, paruae stipis auctor, ad aurum
Vt uenias, [id] scire uelim; quem quando patronus
Maximus antiquo donarit tegmine uestis,
Mensibus ignorant maria intermissa clientem.
'Quis me' inquit 'tantum facinus committere uidit?'
Hoc bene habet, haec uox mihi [iam] confessio pura est.

[Probatio]

Nunc ergo incipiam crimen sic pandere uerbis,
Vt uisum est et, scaeue, potes. ergo omnis ob istud
Huc ades, [o] iudex, facinus. signantia rebus
Argumenta feram, magno quae septa uigore
Interdum uisus fallunt et crimina produnt.
Omne equidem furtum, dirus quod concipit ardor,
His nisi nunc fallor rebus constare necesse est,
An locus admittat facinus conplerier an non,
An ualeat persona nefas committere tantum.
Singula si excutimus, casurum est crimen in istum.
Ergo, ut distinctum est, uideamus ab ordine primo,
An locus admittat facinus conplerier an non.
Templum est, unde istud sublatum dicimus aurum.
Maxima res: uenerandus honos, custodia nulla,
Quod mane inpactis foribus uix uespere nigro
Stridula cardinibus claudit antica retortis.
Hoc patet adsidue; licet omnibus, utpote quisque

107 fretus *A*, *corr.* *A*[1] 108 arca *A* pumes concęuata *A* 109 cotus *A*. *post* salũ s *eras. in A* notę *A* mola *H* rota *Quich.* 110 hinc] hic *A* 111 actor *H* 112 id *addidi* rescire *H* 113 donauit *H* 115 inquid *A* comittere *A* 116 uox haec *H*, *sed cf. u.* 46. 89. 132. iam *add. H*, Prob. *ego* 117 ueris *A*, *correxi* 118 ut uisũ tescęue. potis *A*, *correxi* ut uisum exemplis. ergo, precor *H* sub *A* ob *H* 119 o *add. H* 120 q; *A* 125 aduuale ad *A* comittere *A* 129 istut *A* 130 honus *A*, *corr.* *A*[1] costodia *A* 131 quod *rubris litt. A* manet *H* 132 claudunt *H*, *sed cf. u.* 46. 89. 116. antiqua *A* 133 adsiduae *A* utpute *A*

Insistit precibus, nec fas est claudere postes.
Ingressos nullus seruat, custodia nulla *p.53*
Egressis, licet [et] semper discurrere ad aras
Omnibus et simulacra modis contingere miris;
Dona etiam ueterum populorum, insignia regum,
Et laudare licet cunctis et tangere fas est.
Ianitor hinc longe est primoque in limine custos.
Ipse etiam interdum penitus discedit ab aris
Antistes metuitque precantibus arbiter esse.
Hinc facilis causa scelerum facilisque malorum.
Nullus custodit templum, quia creditur aras
Caelicolum seruare timor. patet omnibus ergo.

Exemplum

Sic Phrygiae spes sola perit, dum milite lecto
Palladii numen seruantibus undique Teucris
Ingressus templum furtim non creditur hostis,
Et licet Iliacus flammam Vestamque regentem
Hoc metuens Priamus muris uallasset et armis,
Dum tamen ingressos fas qui sint poscere non est,
Inuisum e templis antistes fugit Vlixen.
Non mirum est ergo, quod nos sic perfidus iste
Decepit, templis numquam suspectus et aris,
Sicut Pergameas caesis custodibus aras
Audax, ut numen raperet, penetrauit Achiuus.

[Probatio]

Nunc quoniam cunctis manifestum cernimus esse
Ad causam scelerum templum patuisse rapinis,
Quod sequitur, certo tractandum examine rerum est:
An ualeat persona nefas committere tantum.
Quid metuat pauper (neque enim est iam diues habendus,

134 infixit *A* insistat *H* 135 nullos *A* costodia *A* 136 egressos *A*, egressis *A*[1] et *add.* 137 miris] *num* cuiuis? 138 donā *A* 140 lonce *A* 141 dissedit *A* 142 meduitq; *A* 145 petit *A* patet *Juretus*, *H* 146 frigię *A* lectu *A teste H*, *corr. A*[1] 147 nomen *A* 149 illiacos *A* Iliados *H* Iliacus *Quich.* 150 primus *A* 152 e] me *A* 154 decipit *A* 155 costodib; *A* 156 nume *A* Pr. *addidi* 157 q̄m *A* 158 rapuisse *A* 160 conmittere *A*

Et cum dona ferat; quamuis maria alta peragret *p. 54*
Perditus et templis furtiuum congreget aurum,
Pauper erit, cui nullus honos, cui gratia nulla,
Non clarus genitor, non noto semine mater?
Scilicet horrescit, priscos ne nomine auorum
Incidat in fasces, miser undique, solus ubique?
An non hoc genus est, cuius de examine multo
Quisquis honoratos respexit forte potentes
Ob meritum fulgere uiros, mox improbus, audax,
Fortunam incusans et tetro liuidus ore
Pauperiem monstrat superis ac pectore laeuo
Dira quiritatus fundit conuitia caelo?
Pauperis omne nefas: facile scelus aptus ad omne,
In pretium pronus, despector numinis, audax,
Vilis, inops, scaeuus, turpis, temerarius, ardens,
Perditus, abiectus, maledictus, sordidus, amens.
An non sunt isti, quorum de nomine multi,
Ducere concessum dum nolunt artibus aeuum,
Caedibus infamant siluas et crimine cauto
Insidias tendunt domibus gregibusque rapinas?
In quibus haut ulla est caro de sanguine cura;
Pactas temporibus uendunt in praemia mortes.
An uobis mirum est furtum, quod fecerit ille,
Sanguinis et uitae pretium cui extinguit honorem?
  Nunc quoque, si ueris tractauimus undique causis,
Pauperis esse nefas, quidquid peccatur in orbe,
Quod superest, positis iam rebus, ab ordine primo
An uindex sceleris sit raptus [causa] uidendum est.
  Neptuni e templo uotiuum perdimus aurum.

163 congregit au℞ *A* 164 honus *A* 166 prisco sine *Quich. fort. recte* 167 incedat *A* incidit *Quich. fort. recte* 169 honoratus *A* parentes *A* 171 tedro *A* 173 q; ritatus *A. num* inritatus? quoque iratus *Juretus* 174 captus adonc̄ *A* 175 prętio *A*, ũ *corr.* A^1 despectus *A*, despectu *H* 177 abieptus *A* 'maledictor?' *H* sorditus *A* 178 numine *A* 179 concessis *cod. Leid.* concessum *A* 182 aut *A* 183 pastas *A* uindunt *A* uendunt qui in *H* pręlia *A* 185 qui extinget *A* 187 urbe *A* 189 rapto *A* raptus causa *H. num* raptui, *ut* uindex sceleris causa *sit* fauens sceleri causa?

Heu male cum diris altaria iuncta metallis! p. 55
Qui primus templis aurum dedit omine diro,
Is causa scelerum primus fuit. omne paratas
In facinus mentes hominum succendier auro
Non scierat? rectis semper contraria rebus
Fulua metallorum est rabies; haec praelia miscet,
Haec castos uendit thalamos, haec polluit aras.
Mille nocendi artes. uolumus si uisere priscos,
Dicite, quod facinus commissum non sit ob aurum.
Auro ardet Glauce, Danae corrumpitur auro,
Auro emitur Pluton, Phlegethon transcenditur auro,
Proditur Amphiaraus atque Hector uenditur auro;
Hoc Medea maga est, serpens uigil, exul Iason,
Hoc Mida ieiunus, Paris ultus, naufragus Helles,
Hoc †sapiens Furia, Venus inuida, Iuno cruenta,
Hippomenes cursu uelox, hoc tarda Atalante est.
Aurum quod nigris Pactolus miscet harenis,
Quod condit tellus, tristis quod celat Auernus,
Quod ferrum intundit, liquidus quod conficit ignis,
Quod furor exposcit demens, quod praelia saeua,
Quod raptum quaerit coluber, quod Punica uirgo
Amissum plangit, Tyria damnandus in aula
Pygmalion caeso quod perdit fraude Sichaeo,
Quod tutum nec templa tenent nec pauperis ardor. —

[Refutatio]

'Qui raperet, donum templis non redderet' inquit.
Sentio, quas nobis subrepto praeparet auro
Callidus ambages: templorum abscondere furem p. 56

192 primis templi *A* duro *A* 193 omnes *A* 194 aurũ *ex* auro *A* 196 prelia *A* 197 uindit *A* hę *A* 198 *Aen. VII* 338. 199 comissũ *A* 200 Arro *A* claucidane *A* 201 ploton. flegeton *A* 202 amfiaraus *A* et *H*; *sed* aus *monosyllabum est.* 203 ho *A* uigel *A* 204 leiunus *A* altus *A* naufragaque *uel* n. es Helle *H* (naufraga's *L. Muell.*); *sed nostro error condonandus cf. c.* 234, 26. 205 sapiens] Pallas *H* est *add. H. cf. ad u.* 89. inuita *A* 206 Ippomenes *A* 207 pactulũ *A*, *corr.* *A*¹ 208 tellus *ego* fęinus *A* funus *H* Phineus *uel* Phoenix *Quich.* 210 seua *A* 211 querit *A* queritur *H*, *coni. Burm.* 212 tyrie *A* 213 sicęo *A* Ref. *addidi.* 215 inquid *A* 216 quaˢ *A* 217 abageˢ tempolorũ *A*

Cultoris temptat donis et diuite censu
Pauperiem foedam scelerum causamque malorum
Excusat largus; nos autem insistimus inde.
Hoc ideo factum est, ut crimen frangere possis.
Hinc etiam est illud, docto quod concipis astu,
Squamigerum in piscem raptum uertatur ut aurum,
Vt titulum inscribas 'Tibi nunc, salis alme profundi,
Quod dedimus, Neptune, tuum est.' pulcre omnia, pulcre
Dissimulas; sed uera patent. iam frangere uotum est
Hoc quoque, quod longo meditatum tempore profers,
Argumentum ingens: 'templis non redderet aurum,
Qui tulerat.' macte, scelerum doctissime rhetor,
Verborum auxiliis sub certo crimine rerum!
Reddere te donum deus inpulit, inpulit ardor,
Inpulit et scelerum mens conscia, conpulit iudex
Furtorum semper timor anxius atraque mentis
Tristities pallensque metus reseransque medullas.
Post causam raptus trepidis penitudo secunda.
Haec scaeuos uexant. non sunt, mihi credite, non sunt
Eumenides dirae, fallax quas fabula narrat
Cocyti in gremio rapidi, Phlegethontis ad ignes
Tartarei, incinctas facibus, serpente, flagellis:
Sed metus et facinus, mens est et conscia praui.
  Ni fallor, uictum est magno quod protulit astu.
Sed superest pars magna mihi de crimine uero: *p. 57*
'Qui raperet, donum templis non redderet.' ergo
Hoc quoque sic uincam, uerum fatearis ut ipse.
Sustuleras templis; partiris, perfide, furtum;
Non totum reddis: superauit copia mentem.

219 sceleram *A* 221 posses *H* 222 conspicis *A* 224 profunde *A* 225 pulchre omnia pulcre *A* 226 patentia. frangere *A* 228 argumentũ *A* '*sed correctum*' *teste Boissier* 229 tullerat *A* retor *A* rector *Heins.* 231 ds̃ inpolit impolit ardor *A* 232 impolit *A* conpulit *A* 233 furturum *A*, *corr.* *A*[1] 234 tristi⁄⁄⁄ticies *A* (*in ras. erat* s) metusq; resecanq; *A*, *corr. Juretus* 235 pĕnitudo *notandum* 238 flegetontis *A* 239 tartareu *A* 240 medus *A* et *corruptum* 241 fictum *Juret.* protullit *A* 243 donum] totum *H* 245 sustulleras *A* 246 cupia *A*

Nunc quoniam manifesta fides gradibusque malorum
Hinc illinc lucent conlatis crimina rebus,
Officium inuadam, ualeant ut cernere cuncti,
Piscandi doctis semper nil nequius esse.
Hic taceam, audaces ducit quos pallida semper
In scelus omne fames, secretaque litora cogunt.
Hoc loquor, infaustis leuior cum scanditur alnus,
Quid faciant remo celeri lemboque uolantes,
Excussum uentis pelagus cum litora frangit:
Naufragium expectant. sedit cum rapta sub undas
Puppis, submersi fundo scrutantur harenas.
At cum lassatus portum uix nauita uidit,
Furta parant missosque secant in litora funes.
O scelerum auctores, tetro et cum crimine ponti
Cladum participes et tempestatis amici!
Haec quoque si excutitur, quam magni criminis ars est!
Non scelus est, unco piscem quod fallitis amo,
Quod placidas subter lina intertexitis undas?
Piscibus adsuetis fallaces tendere morsus
Neptuni pulcrum uisum est non parcere templis. *p. 58*

Epilogus

Iam satis haec. factis [mea] uox inpensa nefandis
Piscantis facinus cecinit uersuque coegit
Aurum, templa, nefas, titulos, epigrammata, munus.
Supplicium restat scelerum, quod reddere debet
Iudex, horrendo tollens tortore securim.
Dicite, quos ius est examina figere causis,
Dicite iam poenas mandatas legibus almis.
Vos quoque, quis ferro mortales caedere fas est,
Cum iam damnati iugulos ac colla petetis,

247 q̄m *A* 248 illic *A* 251 tac iā *A* duci *H* 252 segretaq; *A* 253 locor *A* 255 pelacus *A* litura *A* 256 unda *A*, *corr. Quich.* 257 submerse *A* scrudantur *A* 258 ad cum lasatus *A* nauida *A* 259 scant in litore *A* 260 nauctor es *A* 263 uno *A* piscēm, m *erasa*, *A* fallidis ceno *A* 265 adsueti *H* Epilogi *A* (*fort. transponendum post u.* 246) 267 functis *A* furtis *Burm.* mea *add. H* 268 uersusq; *A* 270 subplicium *A* 271 to^{r}tore *A* 272 quos *ego* quod *A* quis *H* queis *Quich.* 274 mortale cedere *A* 275 iugolos accola petistis *A*

Ne campis patriaeque loco nec caedite iuxta.
Deprecor. ad nigras ducatur uinctus harenas,
Vltima despumans pelagus qua litora lambit;
Hic iaceat medius ponto terrisque nefandus,
Et cum sollicitum uentis mare tollitur alte,
Destruat unda rogum rapiantque animalia corpus.
Hic tamen expositis tumulos conponite membris
Et titulum facite et uersu hoc includite carmen:
'Piscibus hic uixit, deprensus piscibus hic est,
Piscibus occubuit. spes crimen poena sub uno est.'

22

Epithalamium B. III 260. M. 1005

Ite, uerecundo coniungite foedera lecto
  Atque Cupidineos discite ferre iocos.
Concordesque tegat cum maiestate benigna
  Quae tegit Idalium, quae Cnidon alma tegit.
Alliget amplexus tenerorum mater Amorum,
  Constituat patres et cito reddat auos.

23

Verba amatoris ad pictorem B. III 278. M. 1013

Pinge, precor, pictor, tali candore puellam, *p. 59*
Qualem pinxit amor, qualem meus ignis anhelat.
Nil pingendo neges; tegat omnia Serica uestis,
Quae totum prodat tenui uelamine corpus.
Te quoque pulset amor, crucient pigmenta medullas;
Si bonus es pictor, miseri suspiria pinge.

276 cedite *A* ne credite iusta *Quich.* 277 unctus *A* 278 pelacus *A* litura *A* 279 pontu *A*, *corr.* A^1 280 sollicitus *A*, *corr.* A^1 282 adponite *H* 283 facit et *A*, *cf. Verg. ecl.* 5,42. 284 depreensus *A* 285 occupuit *A* crimen crime pęna *A*

22. 1 fędera *A* 2 adq; *A* 3 *num* regat? magestate *A* 4 regit *bis Heinsius.* q; nidos *A* q; gnidus *a* 5 alligit *A* 6 *fort.* constituatque? abos *A*

23. 2 finxit *α* 5 pulsit *A*, *corr. Oudendorp.* cruciant *α* 6 est *A* es *α*

24

B. III 279. M. 1014

Amans amanti

Dic quid agis, formosa Venus, si nescis amanti
Ferre uicem? perit omne decus, dum deperit aetas.
Marcent post rorem uiolae, rosa perdit odorem,
Lilia post uernum posito candore liquescunt.
Haec metuas exempla precor et semper amanti
Redde uicem, quia semper amat, qui semper amatur.

25

B. III 280. M. 1015

Rescriptum

Non redit in florem, sed munus perdit amantis,
Quidquid uile iacet. dulce est, quodcumque negatur.
Nam si formosa facili penetratur amore,
Fallit adulterio et munus perdit amantis.

26

B. III 59. M. 280

MARTIALIS

De habitatione ruris

Rure morans quid agam, respondeo pauca, rogatus.
Mane deos oro, famulos post arua reuiso

24. AM·N·S·A·M·I *C* 1 Dic] Quid *α* 2 pte *C* 3 marcem *C* 4 positũ *A* liquiscunt *A*, liquescunt *A*[1]*C*, liuescunt *L. Mueller. rh. mus.* XXII 93. 5 Nec *C* uices *C* 25. 1 reddit *C* 2 quicquid *C* iacit *A* 3 qui formosam *L. Muell.* facile penetrauit *A* p&netratur *C* 4 facit *AC* fecit *α* adulterium *AC*, *corr. Muell.* et] set? 26. *Inscripsi ut A.* Poeta de sese ad librum suum *B* (*Thuaneus Par.* 8071 *s. X*, *in Martialis libri V initio*) Incp̄ ex VI· poeta ad liberũ suũ *V* (*Vossian. Q.* 86 *s. IX*, *in Martiale eodem loco*). *Bo*(*ngarsianus*), *Ang*(*licanus Iunii*), *recentiores habent post Mart. IV* 90. Auieni (Auiani *Br.*) ū.c̄ (uero *P*) ad amicos de agro *P*(*aris.* 8093 *s. X*) *Br*(*uxellanus* 10717 *s. XI*). *P Auienum deinde continuat.* 'Catonis' *Boxhornii cod. Leid.* 1 rura *P* rare *B* agis *A*, *corr. a* respondis *AV alii recc.* respondi *BPBr*, *a* respondeo *Bo. Ang. alii.* responde *Heinsius* 2 Mane *A PBr* Luce *BV rell.* deum exoro *PBr.* famulans *A*, *corr. a* arua reuiso *ABV* aruaque uiso *PBr*

Partitusque meis iustos indico labores.
Deinde lego Phoebumque cio Musamque lacesso.
Hinc oleo corpus fingo mollique palaestra
Stringo libens. animo gaudens et fenore liber
Prandeo, poto, ludo, lauo, cano, ceno, quiesco.
Dum paruus lychnus modicum consumit oliui,
Haec dat nocturnis elucubrata Camenis.

27

De Procne et Philomela

B. I 166. M. 687

Da sensus mihi, Phoebe, precor; nam poena puellae
Non habet exemplum. tristis post funera linguae
Sanguis inest pingitque cruor tormenta pudoris. *p. 60*

28

LINDINI

B. III 94. M. 541

De aetate

Vitam uiuere si cupis beatam
Et uotis Lachesis dabit senectam,
Annos ludere te decem decebit,
Viginti studiis dabis seueris,
Triginta pete litium tribunal,
Quadraginta stilo polita dicas,

26. 3 indico *V* 4 Deinde *A* Inde *BVBo.Ang.Br; euanuit in P* fębumq; *A* ˢcio *Br* (*m. pr.*) 5 Tẽ *Br* frico *Ang.? recc.* pallestra *AB* palestra *VP* 6 gaudens animo *AB* animo gaudens *VBo.Ang.PBr.all.* et *AV* ac *BBo.Ang.alii* q; hac *Br* q; ac *P* lib̄ *VBr* 7 pandeo *A*, *uersum corr. a* pondero *Ang.? alii recc.* poto] puto *BV* pudo *A* lauo] labo *A* cano *om. V*, *inter* poto *et* ludo *habent libri praeter A* (ceno *A*, *corr.* *A*[1]) ceno] canto *A* caeno *VP* *u.* 8. 9 *om. A PBrPith.* lynenus *V* consumat *Bo., Ang. alii* 9 elucibrata *B* elucubrata *V* nox lucubrata *recc.* 27. De progne et filomela *A.* '*integrum non est' Meyerus.* 1 foebe *A* pena *A* 3 pingit. quęcror turmenta *A*, *corr. a* 28. Lindini de ętate *AC* 1 si uiuere *AC* uis *C* 2 lacesis *A* lacessis *C* dabis *AC* 3 decem ludere te *C* debit *A* 4 uinginti *A* 5 trigenta *et sic* e *pro* i *in numeris reliquis ad u.* 11 *A*

Quinquaginta uelim diserta scribas,
Sexaginta tuo satis fruaris,
Septuaginta uelis uenire mortem,
Octoginta senes caueto morbos,
Nonaginta time labante sensu,
Centum nec puer unus adloquetur.

29

B. III 259. M. 259

AVITI

Adlocutio sponsalis

Linea constricto de pectore uincula solue
Et domino te crede tuo. ne candida laedas
Vnguibus ora, uide, uel ne contacta repugnes.
Est in nocte timor, non est in nocte periclum.
Nec uolo contendas: uinces, cum uicerit ille.

30

B. V 137. M. 1075

De somnio ebriosi

Phoebus me in somnis uetuit potare Lyaeum.
Pareo praeceptis: tunc bibo, dum uigilo.

31

B. III 87. M. 935

De uuis

Vindicat ipsa suos, quos pertulit, uua labores,
Quae pede dum premitur, subtrahit ipsa pedem.

32

B. I 24. M. 584

De Libero patre

Orgia lassato quotiens soluuntur Iaccho, *p. 61*
Sic deus uda mero ponere membra solet.

28. 7 belim deserta *A* *u.* 9 *om. C* 10 senex *C* senes *A* 11 labente *AC, corr. Heins.* 12 alloquetur *C* 29. Abiti allocutio sponsalis *A* 2 dño *A* nec *A* ne *a* candita *A* 3 huncuib; hora *A*, *corr. a* 30. De quodam ebrioso *B* 1 Me foeb; *AB* foeb; me *a* putare (*corr.* A^1) lieum *A* putare lyeum *B* 2 dum] cum *edd.* 31. De ubis *A* 1 pertullit ubas *A* 2 dum *A* quod *edd.* subtrait *A* *u.* 2 *in cod. Sangall.* 899 *s. IX p.* 11 (*ubi* cum *et* illa): *cf. ad c.* 160. 32. 1 urgia *A* yacco *A* 2 sic *A* hic *a*, *edd. Picturae uel statuae inscriptum puto.*

33

De Luna et Musis B. I 76. M. 621

Phoeba sedens gremio cum fert germana reclinem,
  Languidulos pueri respiciens oculos,
Vos Heliconiadae lentum submittite carmen:
  Carmine somnus adest, carmine somnus abest.

34

De statua Veneris B. I 67. M. 611

In gremio Veneris quoddam genus herba uirescit;
  Sensit dura silex, quo †loco exaestuet ignis.

35

De uipera B. V 167. M. 1097

Accensa in Venerem serpens genitalibus auris
  Sic coit ut perimat, sic parit ut pereat.
Hi sunt affectus, haec oscula digna uenenis,
  Coniugioque Venus semper amore nocens.

36

De balneis B. III 30. M. 893

Exultent Apono Veneti, Campania Baiis,
  Graecia Thermopolis: his ego balneolis.

37

De titulo Luxorii cum uersibus B. Lux. init. M. 296

Priscos, Luxori, certum est te uincere uates;
  Carmen namque tuum duplex uictoria gestat.

38

De fortuitis casibus B. — M. 929

Omnia casus agit. fatum consulta sequuntur.
  Cedamus fatis, omnia casus agit.

33. 1 Foba *A* cum *scripsi* quem *A* 3 eliconiade *A* 4 abest] *sic a*, adest *A* 34. 1 gremium *A*, *corr. a* erbe uerescit *A*, *corr. a* 2 luco *Oud.* extaestut *A* exaestuat *a* 35. 3 his *A* hę^c obscula *A* 36. 1 bais *A* 2 termopolis *A* y *sup. scr. a. cf. Fleckeisen ann. phil.* 1867 *p.* 243. 37. luxorie *A* 2 dublex *A*

38—80. *Versus serpentini.* 38. De furtuitis cassib; *A*, *corr. A*[1] 2 casis *A*, *corr. A*[1]

39

B. I 143. M. 666 **De Narcisso**

Dum putat esse parem uitreis Narcissus in undis,
Solus amore perit, dum putat esse parem.

40

B. I 120. M. 651 **De iudicio Paridis**

Iudicium Paridis prouexit coniuge Troiam,
Decepit Troiam iudicium Paridis. *p. 62*

41

B. I 117. M. 648 **De equis Diomedis**

Vim Diomedis equi monstrabant hospite caeso,
Hospite fregerunt uim Diomedis equi.

42

De Polyxena

Deest.

43

B. I 92. M. 633 **[De Deidamia]**

Credita uirgo parem blande decepit Achilles
Impleuitque piam credita uirgo parem.

44

B. I 132. M. 661 **De Oreste et Clytaemestra**

Pro pietate nefas matris purgauit Orestes,
Incurrit magnum pro pietate nefas.

45

B. I 134. M. 663 **De Pentheo et Agaue**

Fert miseranda caput, domino quod monstret, Agaue.
Solum, quod doleat, fert miseranda caput.

39. *In cod. Sangall.* 899 *s. IX Ausoniana et alia continente extat qui u.* 2 petit dum. 40. 2 deleuit *Wakkerus* par^{i}adis *A* 41. 1 diumedis ęquis *A*, *corr. a* 2 hospide fregunt *A* 42. De polixena *A*. *epigramma desideratur.* 43. De Deidamia *addidi.* 1. 2 creditur uirgo patrem *A* 1 decipit achillis *A* 2 pium *A* credita *bis a* parem *Oudinus bis* 44. Di (de *a*) *A* clidemestra *A*. 1 horestes *A* 45. De penteu et adaugi *A* 1 dño *A* 1 *et* 2 fer *A*

46

De Turno et Pallante B. I 116. M. 647

Turnus honore ruit fusi Pallantis in hostem,
Pallantis fusi Turnus honore ruit.

47

De Iasone et Medea B. I 127. M. 656

Coniugis arte decus patriae reduxit Iason,
Amisit patriae coniugis arte decus.

48

De Hero et Leandro B. I 152. M. 673

Fecit amore uiam iuuenis crudele per aequor,
Praedurae morti fecit amore uiam.

49

De Euryalo B. I 118. M. 649

Vnicus Euryalus meruit solacia matris,
Ereptus matri est unicus Euryalus.

50

De Hyacintho B. I 156. M. 677

Sanguine flos genitus fraudem testatur Vlixis,
Seruat erile decus sanguine flos genitus.

51 *p. 63*

De Pallante B. I 115. M. 646

Quae dedit, ipsa tulit uirtus Pallanta dolendum;
Prima dies, bello quae dedit, ipsa tulit.

52

De Creonte et Medea B. I 129. M. 658

Mens tibi dira, Creon, uel cum Medea fugatur,
Vel cum busta negas: mens tibi dira, Creon.

46. 1. 2 fusis *A*, *corr. a* 47. — 48. Dero *A* De ero *a* 1 crudelis *A* (crudelo *a*) 2 predura *A* 49. De euri\\\ liano *A* 1 *et* 2 eurilianus *A*, *corr. a* 1 solatia *A* 2 matris *A*, *corr. a* 50. De iaquinto *A* (iacincto *a*) 51. 1 pallanda *A*, *corr. a* 2 *cf. Aen.* X 510. 52. De creon et medea *A* 1 ibi *A* 2 negat *A* sibi *A*

53

B. I 160. M. 682 **⌈De⌉ Deidamia**

Deidamia uirum qua coepit nocte mereri,
Perdidit hac dulcem Deidamia uirum.

54

B. I 133. M. 662 **De Theseo**

Thesea magnanimum non cepit ianua Ditis,
Decepit coniunx Thesea magnanimum.

55

B. I 40. M. 596 **De Iunone et Hercule**

Viribus Herculeis dum noxia facta requirit,
Iuno dedit laudem uiribus Herculeis.

56

B. I 68. M. 612 **De Venere**

Vritur igne suo fumantibus Aetna cauernis;
Pendet amore Venus: uritur igne suo.

57

B. I 94. M. 634 **De tractu Hectoris**

Funere turbat equos necdum satiatus Achilles,
Hector et exanimis funere turbat equos.

58

B. I 122. M. 691 **De Aegypto et Danao**

Perfida nox Danai dirarum caede sororum,
Mitis Hypermnestrae perfida nox Danai.

53. De *om. A* 1 cepit *A* 2 perdedit *A*, *corr. a* hac *Burm.* ah *Heins.* ac *A* 54. De Teseo *A* 1 tesea *A*, *sed* 2 thesea 55. herculū *A*, *corr. a* 1 erculeis *A* (*sed* 2 herc.) fata *Oudend.* pacta *L. Mueller* 56. 1 cabernis *A* 2 Feruet *Cannegieterus* Perdita *Piersonus* 57. ectoris *A* 1 achillis *A* 2 ector *A* 58. 2 mitis sipermestrę *A* (y *supra* i *corr. a*) perfidę *A*. *fortasse* Hypermestrae?

59

De cycno et Leda B. I 10. M. 566

Carmine dulcis olor dum uirginis otia mulcet,
Texit furta Iouis carmine dulcis olor.

60

De Calypso et Didone B. I 158. M. 680

Inputat aegra toris uim pro deserta Calypso,
Vim Dido infensis inputat aegra toris. *p. 64*

61

De Adone et Venere B. I 69. M. 613

Pingitur ora Venus, ne uel contemnat Adonis
Aut neget omnipotens; pingitur ora Venus.

62

De Castore et Polluce B. I 46. M. 599

Ordine mortis eunt alternae munera uitae,
Inque diem fratres ordine mortis eunt.

63

De Dolone et Achille B. I 95. M. 636

Praemia magna Dolon currus dum poscit Achillis,
Prodidit ipse cadens praemia magna Dolon.

64

De Procne et Philomela B. I 167. M. 688

Sanguine muta probat facinus Philomela sorori,
Vimque uice linguae sanguine muta probat.

59. De quigno et lęta *A* 1 odia mulget *A*, *corr. a* 60. calipso *A* 1 uim *Oud.* qui *A* pro *Oud.* *num* per? pfert *A* profert *α* calipso *A* 2 infensis *Doruillius* inpensis *A* 61. 1 pi^{n}gitur *A*. *fortasse* ne se. 2 aut rogit om̃ps *A*, *corr. Burm.* *num* Vel neget? 62. Da castoriipollo *A* 1 sunt *A* eunt *A*[1] *num* alterna et? 2 in quem dic̃ *A* 63. De dolon achillis *A* 2 prodedit ipsa *A* perdidit *Heins.* 64. De progne e philomela *A* 1 philomella *A* 2 Et uice uim *Oud.*

65

B. I 162. M. 684 **De Lemniadibus**

Funera Lemniadum nescit ueneranda Thoantis,
Sola tamen sensit funera Lemniadum.

66

B. I 109. M. 643 **De Glauco et [Archemoro]**

Squameus anguis erat, qui reddidit aethera Glauco;
Qui tulit Archemorum, squameus anguis erat.

67

B. I 163. M. 685 **De Pelope**

Feruidus axe Pelops contemnit iura tyranni,
Fata ligat soceri feruidus axe Pelops.

68

B. I 70. M. 614 **De Adone**

Vulnera saeuus aper laesae spectanda Dianae,
Flenda dedit Veneri uulnera saeuus aper.

69

B. I 151. M. 672 **De Hyla et Hercule**

Raptus aquator Hylas. Nympharum gaudia crescunt.
Herculis ira tumet. raptus aquator Hylas.

70

B. — M. — **De incesto partu**

Prodita prole parens partus enixa biformes *p. 65*
Facta paterna luit prodita prole parens.

65. De lemniatibus *A* 66. De lauconte *A* de Laocoonte *α* De Glauco et [Archemoro] *scripsi* 1 reddedit *A* lauco *A* 2 tullit archemoro *A* 67. 1 pelobs *A* tyranni *A* condemnat *A*, *corr. Wakkerus* 2 facta *A* socer *A* pelobs *A* 68. — 69. hyl^a^ *A* 1 *et* 2 amator hylax *A* aquator *Eldickius.* Hylax *fort. recte, ut* Aiax. 1 nymfarũ *A* 70. De incestu (incesto *A*[1]) partũ *A* 1 biformas *A*

71

De Caphareo monte B. I 164. M. 686

Relliquias Danaum dira premit arte Caphareus,
  Albula Tuscus amat relliquias Danaum.

72

De Ganymede B. I 8. M. 564

Captus amante puer aquila moderante pependit,
  Infamauit aquas captus amante puer.

73

De Pyramo et Thisbe B. I 150. M. 671

Pallia nota fouet lacrimis decepta Themisto,
  Pyramus heu lacrimis pallia nota fouet.

74

De Iocasta et Oedipo B. I 130. M. 659

Dirum Iocasta nefas, uel cum uenit effera coniunx,
  Vel cum fit mater: dirum Iocasta nefas.

75

De Hippolyto et Phaedra B. I 153. M. 674

Vincere falsa pudor poterat. sed castus et insons
  Erubuit Phaedrae. uincere falsa pudor.

76

De tumulo Achillis B. I 96. M. 637

Iurgia conflat amor, ut blandius urat amantes:
  Ad tumulum fidei iurgia conflat amor.

71. cafareo *A* 1. 2 reliquias *A* 1 cafereus *A* 72. De ganimede *A* 73. De piramo et tisbe *A* 1 palla *A* fobet *A* Themisto *quae sit nescio*. 2 piramus *A* fobet *A* 74. et idippo *A* 1 Jocasta, J *a m. pr. deleta*, *A* con uenit *A* 2 ocasta *A* 75. ippollido *A* 2 fedrę *A* 76. *Inscriptionum* 'de Oresta et Pylade' *desiderat Doruillius* 2 cumulum *A*

77

B. I 119. M. 650

De Niso et Euryalo

Nomen amicitiae magna pietate colendum est,
Maxima pars uitae est nomen amicitiae.

78

B. III 283. M. 547

ETEMVNDIS

Mens, ubi amaris, ama. rarum est agnoscere amicos,
Rarum inuenire [est]. mens, ubi amaris, ama.

79

B. — M. 577

De Apolline

Gratia magna tibi, Paean, qui pectora conples.
Lector, si faueas, gratia magna tibi.

80

B. Luxor. init.
M. 297

Epitaphion

Nil mihi mors faciet, pro me monumenta relinquo. *p. 66*
Tu modo uiue, liber: nil mihi mors faciet.

81

B. III 89. M. 236

PORFIRII

Versus anacyclici

X Blanditias fera mors Veneris persensit amando,
Permisit solitae nec Styga tristitiae.
Tristitiae Styga nec solitae permisit, amando
Persensit Veneris mors fera blanditias.

Omnipotens pater huic semper concessit amori,
Fecit nec requiem tot sibi fulminibus.
Fulminibus sibi tot requiem nec fecit amori,
Concessit semper huic pater omnipotens.

77. eurialo *A* 1 amiticię *A* 2 amititię *A* 78. Etemundes *A* 1 ubi\\\ *A* agnuscere *A* amicum *Doruill.* 2 est *om. Aα* 79. 1 pectore *A* 80. Epitafion *A* 1 *Num* post me? nonumenta *A*, *corr. a* 2 nihil *A*, *corr. a* 81. Iorfiri anaclici *A*. Porphiri *a* (Rufini uersus anacyclici *α*) *ante u.* 1 X *rubro colore A* ferã *A* 2 stigat tristicię *A* 3 tristicię stiga *A* solide *A* 4 feram *A*, *corr. a* 5 (*non* 8) omp̄s *A* 8 consensit *A*

Purpureus sibi flos uultu non pingit Iacchum,
Monstrat nec mitem frons noua laetitiam.
Laetitiam noua frons mitem nec monstrat, Iacchum
Pingit non uultu flos sibi purpureus.

Occubuit minor hic fractis et uiribus aestu
Torpuit oppressus Amphitryoniades.
Amphitryoniades oppressus torpuit aestu
Viribus et fractis hic minor occubuit.

Incaluit iubar hoc externis ignibus ardens,
Fortius ardorem sol sibi congeminat.
Congeminat sibi sol ardorem fortius, ardens
Ignibus externis hoc iubar incaluit.

Deposita face Nox quaesiuit lumina Phoebes,
Vulnere sed blandus haec [tene]t Endymion.
Endymion tenet haec blandus sed uulnere, Phoebes
Lumina quaesiuit Nox face deposita.

Armipotens deus hoc suspirat pondere, uulnus
Ferrea nec rabies aut furor exsuperat. *p.67*
Exsuperat furor aut rabies nec ferrea uulnus,
Pondere suspirat hoc deus armipotens.

Inpatiens Venus est, siluas dum lustrat Adonis,
Carpit si matrem iam cui conueniat.
Conueniat cui iam matrem si carpit, Adonis
Lustrat dum silvas, est Venus inpatiens.

82

De tabula

B. III 79. M. 917

XI Has acies bello similes cano, quas Palamedes
Constituit. casu uario paribusque periclis

9 purporeos *A* uultũ *A* purpureos *et* uultus *edd.* pingitur *A* 10 ne *A* fͬons *A* leticia *A* 11 lęticiã nouã *A* 12 no uultu *A* purporeus *A* 13 decubiit *A* fͬactis *A* astu *edd. bis* 14 oppressos amphitrioniadis *A* 15 amphytrioniadis *A* turpuit *A* 21 quesibi *A* febis *A* 22 hęc tendymion *A* 23 fͤbis *A* 24 nos *A* 25 *et* 28 ds̃ *A* 27 rapies *A* 82. *ante u.* 1 XI *rubro colore A* 1 bellitio *A*, *corr. Salmas.* belli miles *a*

Inscius ac sollers sistunt se; namque superbis
Vana superuacue crescunt mendacia buccis
Et se sollertes punctis fallentibus inflant.
En proceres †Fridas sectae laurusque magister.
Assidue [et] similes mittuntur semper in imo,
Vtque deus †dedit, se praefert inscius artis.
Quid labor ingeniumque iuuat? cur pallidus extat
Atque iners dubitat? securus ludat amator,
Nummos quisquis habet: discedat liuidus hospes
Se doctum iactans. quodsi reppertor adesset
Princeps ac sollers, uictum se saepe uocasset.
Aduersis punctis doctum se nemo fatetur.
Vulnera plus crescunt punctis, quam bella sagittis.

83

B. I 173. M. 1610 **[Epistula. Dido Aeneae.]**

Praefatio

XII Sic tua semper ames, quisquis pia uota requiris,
Nostra libenter habe; quid carminis otia ludant,
Cerne bonus mentisque fidem probus indole iudex.
Dulce sonat, quod cantat amor; cui grata uoluptas 4
Esse potest, modicum dignetur amare poetam. *p. 68*

Carmen

Debuit ingrato nullam dictare salutem
Laesus amor. sed nulla iuuant conuitia flentem;
Si modo flere uacet. nam me magis inproba mortis
Fata uocant. Troiane nocens, haec dona remittis?
Quamuis saepe graui conponam carmine fletus,

3 hac *A* ac *Oud.* has *α* sistunt se *Oud.* sistentes *A* 4 mendatia *A* 5 fabentibus *A*, *correxi* 7 hac sidnę (hac siduit *A*[1]) *A* assidue et *Oud.* similis *A* 8 utque *Oud.* adque *A* dederit *Oud.* 9 iubat *A* pallib; *A* 10 adq; *A* at quid *Burm.* 11 hosꝑs *A* hōs *α* 12 sed doctum *A*, *correxi* 13 hac solers *A* 83. Epistula. Dido Aeneae *om. A* *ante u.* 1: XII *A rubro colore in mg.* 2 abe *A* ocia *A* 3 incole *A*, *corr. Higtius* *u.* 4 *et* 6 *in C fol.* 1 *u. extant* 4 gratia *A*, *corr. a* uoluntas *C* 5 amore *α* 6 ingrado nulla *A* mandare *C* 7 lęsos *A* iubant *A*

Plus habet ipse dolor, nec conplent uerba dolorem,
Quem sensus patientis habet. nec regna requiro,
Quae male uicta dedi, miseris circumdata fatis.
Pendet amore dolor, castus dolor auget amorem.
Dum studet iratas calamus celerare querellas,
Continuit dolor ipse manum, nec plura loquentem
Passus amor meritisque uias et uerba ligauit.
A quotiens reuocata manus, dubiumque pependit!
Quid factura fuit trepidanti pollice! dextram
Torpor et ira ligat, dum dura uocabula formal,
Et minus explicitam commendat littera uocem;
Torsit iter male tractus apex dubiaque remissus
Mente pudor, dum uerba notat, dum nomina mandat.
Flamma nocens irata regens: penitusque cucurrit
Sopitus per membra calor duroque medullas
Igne forat. nullus confessam culpet amantem.
Conubium nunc crimen erat? male credula uotis
Cuncta dedi (nec mira fides) sub lege mariti,
Cuius et ipsa fui; numquam nec conscia reddent
Vota fidem, si talis erit non digna marito.
Hanc reddis, Troiane, uicem? meus ista meretur
Affectus? non ille torus, non conscia lecti
Sacramenta tenent? totum pro crimine perdo, p. 69
Quidquid amore dedi. fatis licet, inprobe, tendas
Aemula regna meis; nihil est quod, perfide, iactes;
Fraude perit, non sorte, fides. sed regna petebas
Debita nec rerum poteras conuincere sortem?

11 plus ualet *Higtius* 12 nec *Higt.* uel *A* 13 quae] quē *A* miseri *A* maledicta *A*, *corr. Higtius* 14 pendit *A*, *num* crescit? dolor *scripsi*, domus *A*. castum *puto*. angit *A* 15 studit irat$\overset{a}{u}$s *A* animus *Burm* collorare *A*, *corr. Higtius* celare *Burm.* 16 manu *A* 17 mentisque *Higtius* 18 quoties *A* 20 *puto* et ora, *cum* dextram *iungendum.* firmat *A. corr Schraderus* 21 comendat *A* condemnat *Schrad.* uocę *A* 22 sapex *A* remissos *A* 24 redens *A* furens *uel* uirens *Burm.* regens *scripsi. num* recens? poenitusq; *A* 26 uorat *Burm.* confessus *A*, *corr. Burm.* 27 conuuiũ *A* tunc *α* 28 fide *A*, *corr. Higt.* 31 iste *A*, *corr. α* 33 tent *A*, *corr. α* perdi *A*, *corr. Higt.* 34 $\overset{quid}{\text{quid}}$ *A m. pr.* 35 Romula *α*

Si datur ire, placet. nam quo fugis? unde recursus?
Vota nocentis habes; nihil est, quod dura querellis
Verba fidemque uoco; quisquis mea uulnera deflet,
Inuidiam fecisse neget. trahit omnia casus.
Dum sortem natura rapit, 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' reparatum Cynthia format
Lucis honore iubar, curuatis cornibus arcus
Quod de fratre rubet: cessurus lege sorori
Consumit sua iura dies. sic continet orbem,
Dum recipit natura uicem. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' mersum pallentibus umbris
Circumdat nox atra diem fruiturque tenebras
Lege poli peraguntque micantia sidera cursus.
Nauifragi tacet unda salis nec murmurat auster
Nec flexum quatit aura nemus. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' ramis †male† garrula pendens
Iam philomela tacet damno male uicta pudoris,
Amplexuque fouens querulos sub culmine nidos
Pensat amore nefas, miserasque alitura querellas
Nocte premit, quod luce dolet. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' nunc iam bene iunctus amantem
Ardor alit thalamique fidem sua pignera conplent.
Coniunx laeta uiro, felix uxore maritus.
Vota recenset amor secretaque dulcia: somnus p. 70
Concordat cum nocte torum. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' fecundo semine rerum
Mutat terra uices et uerni temporis auras
Laeta uocat; spisso reuirescit gramine campus

38 quod *A* quo *α* 41 necat *corr. ex* necant *A* neget *Schrad.* trai *A* 42 sorte *A* 43 quintia *A*, *corr. a* 44 cornubus *edd.* 45 cum *Higt.* quod *A* 47 du *A* sua-amor *rubris litteris, ut intercalaria illa plerumque A* 49 tenebris *α* 51 nauifrage *A*, *corr. a* sali *Burm.* 52 Ne *A* 53 ramis *Burm.* pinnis (primis *α*) garulã mane pendens *A*, *corr. Burm.* 54 filomela *A* picta *A*, *corr. Burm.* 55 amplexusque *A*, *corr. α* nidi *Burm.* 57 *fortasse* Nocte gemit 59 talamiq; *A* pigner[a] *A* 60 uxores maritos *A*, *corr. a* 63 fallerere *A* re℞ *A* 64 Mut. t. u. *Hor. carm. IV* 7, 3. 64 et autumni *A*, *corr. Heins. in apogr. Salm.* 65 reuiuescit *A* reuiuiscit *aα* cãpos *A*, *corr. a*

Et uitreas ligat herba comas nec fallit aristas
Prouentu meliore dies. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' fessus iuga soluit arator
Et noctem per uota capit: reparare labores
Nouit grata quies nec cessat reddere uires
Infusus per membra sopor noctisque ministra
Ruricolis dat semper opem. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' reparant sua litora ponti
Successus post damna suos perituraque ludunt
Incrementa maris dubii, regit aequora fluctus
Lite sua uicibusque suis quod deperit auget
Officiis natura uacat. 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' Geminatis roscida Vesui
Rident prata rosis et floribus arua tumescunt.
Pictus ager sub flore latet, dat fronde coronas
Lasciuis natura rosis . . . .
. . . . 'sua taedia solus
Fallere nescit amor.' nec grata silentia noctis
Nec somni pia dona placent, nec munera lucis
Carpit et indutias fugientis non capit anni:
Sed sua uictus amor tantummodo uulnera pascit
Inter mille dolos totidemque piacula fraudis.
Nota queror: uellem tacitis peritura querellis
Flere domo, uellem [iam] tabida fundere fletus.
Sed negat ipse dolor, quod iam pudor ante negauit;
Scribere iussit amor miseram me, cuius honestam *p. 71*
Fecit culpa fidem. poteram dispergere ponto
Membra manusque tuas miseramque tumentibus undis

66 uirides *Burm.* liga^t erba *A* fallid *A* 67 prouentum *et* die *A*, *corr. Burm.* 68 fallerere *A* soluet *A* 69 labori *Schrad.* 70 Non uibrata quies *A*, *corr. a* necessat *A* 71 ministram *A*, *corr. Oud.* 73 sua] *num* sibi? litura *A* 74 post *Burm.* per *A* 75 regunt ęquara *A*, *corr. a* 77 uacat] uagis? uacans *Higt.* 79 tumescit *A* 80 fronte α coronę *A. uersum deesse uidit Muell.* 82 ne grada *A*, *corr. a* 84 indutias *A* 85 poscit *A*, *corr. a* 86 toditemq; *A* 87 uota *A* tacitis *A* placidis α 88 tacitus (o supra u) umere fletus *A* profundere α consumere *Burm.* iam tabida fundere *scripsi* 91 culpam *A* 92 seramque *Burm.*

Praecipitare diem, poteram crescentis Iuli
Rumpere fata manu paruumque resoluere corpus
Morte graui mersumque in uiscera figere ferrum
Vel dare membra feris; sed nostro pectore pulsum
Cessit amore nefas et honesta pericula passus
Corda ligauit amor. quis tantum in hospite uellet
Hoc audere nefas? quis uota nocentis habere?
Nullus amor sub †laude latet. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' miserandae fata Creusae
Lamentis gemituque trahens infanda peregi
Vota deis durumque nefas sortemque malorum
Te narrante tuli, gemitus mentisque dolorem,
Et lacrimas prior ipsa dedi. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' dulcis mea colla fouebat
Ascanius miserumque puer figebat amorem,
Cui modo nostra fides amissam reddere matrem
Dum cupit, hoc uerum mentito pignore nomen
Format amor gemitusque graues atque oscula figit
Confessus pietate dolor. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' nostri modo litoris hospes
Naues distuleras dispersas clade per undas
Naufragus. ut taceam classes quascumque uidebor
Inpendisse tibi: licet haec tibi cuncta fuissent,
Regna tamen Carthago dedit. 'cui digna rependes,
Si mihi dura paras?' nihil est, quod dura reposcam,
Nec quidquam donasse uelim. quae perdere possem,
Numquam damna uolo. uel hoc mihi, perfide, redde, *p.* 72
Quod sibi debet amor, si nil pia facta merentur.

94 fatã *A* 95 moxte *A* 96 mensa *A*, *corr. a* 97 cessit *Schrad. Higt.* crescit *A* honestas *A*, *corr. a* 98 ligat *A* hospide uellit *A* 99 audire *A* 100 laude *A* corde *α num* fraude? 100. 105. 111. 116 digne *A*, *corr. a* 102 lamenta *A*, *corr. a cf. Aen. IV* 667 peregit *A*, *correxi* 103 uoto dies *A*, *corr. a* 105 lacrimis *A* 107 fouebat *A*, *corr. Oud.* 108 nostram fidem *A* 110 gemitusue *A* adq; *A* 112 nostro *A* hospis *A* 113 Naues *ego* Nudos *A* classes *A*, clade *α* 114 clades *A* classes *α* uidebar *α* 116 chartago *A* 117 reposcent *A*, *corr. Higt.* 118 quidquid *A*, *corr. A*[1] quę *A* quod *α*, *edd. Interpunctionem emendaui.* 119 uoco *A*

Esse deos natura docet; non esse timendos
Rerum facta probant. quid enim non credere possum?
Tutus fraude manes et nos pietate perimus!
Inprobe dure nocens crudelis perfide fallax
Officiis ingrate meis! quid uerba minantur?
Non odit, qui uota dolet, nec digna rependit,
Quidquid laesa gemit. tibi †me permissus habetur
Lege pudoris amor. qui tanta dedisse recusem:
Sceptra domum Tyrios regnum Carthaginis arces
Et quidquid regnantis erat? de coniuge, fallax,
Non de iure queror, meritum si non habet ardor:
Sed quod hospes eras, nec te magis esse nocentem
Quam miserum, Troiane, puto, qui digna repellis,
Dum non digna cupis: nondum bene siccus ad aequor
Curris et extremas modo naufragus arripis undas.
Tutior esse times et honesta pericula nescis.
Cum mala uota cupis, solus tibi dura profecto
Damna paras. fugis, ecce fugis nostrosque penates
Deseris et miseram linquis Carthaginis aulam,
Quae tibi regna dedit, sacro diademate crines
Cinxit et augustam gemmato sidere frontem
Conpleuit nostrumque tibi commisit amorem.
Nil puto maius habes et adhuc sine coniuge regnas,
Aeneas ingrate meus. regat ira dolenti
Consilium! sed praestat amor. mea uulnera uellem
Fletibus augeri, sed iam discrimine mortis
Victa feror. neque enim tantus de funere luctus,
Quantus erat de fratre. licet simul inprobus exul *p. 73*
Et uagus hospes eras et ubique timendus haberis:
Viue tamen nostrumque nefas post fata memento!

121 esset timendos *A* 122 enim credere non *A* 123 totus frauda *A* at nos *Oud.* 127 lexa *A* plexa *Heins.* *num* tibimet? peremissus *A* tibine inperm. *Oud.* 128 podoris *A* qui (i. e. quomodo) *scripsi* cui *A* 129 chartaginis *A* 134 dum *Oud.* sum *A* sicus *A* 139 cartaginis *A* 140 que *A* 141 gematos. sydere *A* 142 conplebit *A* comisit *A* 147 fessos *A* feror *a* fenere *A* (*sic*), *corr. a* 148 erit *A*, *correxi* 149 maius hospis *A* (hospes A^1) uagus *scripsi* magis *Burm.* 150 post facta *A*

84

B. III 288. M. 1020 **De rosis**

XIII [O] quales ego mane rosas procedere uidi!
Nascebantur adhuc neque erat par omnibus aetas.
Prima papillatos ducebat – ⏑ corymbos,
Altera puniceos apices umbone leuabat,
Tertia non totum calathi patefecerat orbem,
Quarta simul nituit nudato tegmine floris.
Dum leuat una caput dumque explicat altera nodum,
Ac dum uirgineus pudor exsinuatur amictu,
Ne pereant, lege mane rosas: [cito] uirgo senescit.

85

EIVSDEM

B. III 289. M. 1021 **De rosa**

Aut hoc risit Amor aut hoc de pectine traxit
Purpureis Aurora comis, aut sentibus haesit
Cypris et hic spinis insedit sanguis acutis!

86

EIVSDEM

B. III 290. M. 1022 **De rosis**

Hortus erat Veneris, roseis circumdatus herbis,
Gratus ager dominae, quem qui uidisset amaret.
Dum puer hic passim properat decerpere flores
Et uelare comas, spina libauit acuta
Marmoreos digitos: mox ut dolor adtigit artus

84. *Poetae nomen excidit A. cf. Hieronymus epp.* 26 'Quis parturientem rosam et papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis et tota rubentium foliorum pandatur ambitio, inmature demessum aequis oculis marcescere uideat?' *ante u.* 1 XIII *rubrum A* 1 O *add. Scriuerius* aequales *a* 2 estas *A* 3 fronte *add. Burm.* tecta *Oud.* corimbos *A* 4 apces *A* lebabat *A* 5 tertiam *A* galat. *A* 6 mutato *A*, *corr. Cannegieter* germine *A*, *corr. Scriu.* 7 dum lebet *A* 8 ac *scripsi* sic *A* huic *Scriu.* extenuatur *A*, *corr. Salmas.* 9 Nec *A* cito *add. a* sic *α* 85. 2 purporeis *A* 3 anguis *A*, *corr. a* 86. 2 quē[qui] *A m. pr.* 3 Hic puer dum *A*, *corr. a* 5 marmoreus *A*

Sanguineamque manum, tinxit sua lumina gutta;
Peruenit ad matrem frendens defertque querellas:
'Vnde rosae, mater, coeperunt esse nocentes?
Vnde tui flores pugnare latentibus armis?
Bella gerunt mecum. floris color et cruor unum'

. . . .

87

p. 74 **FLORI** B. III 291. M. 221

Venerunt aliquando rosae. pro ueris amoeni
Ingenium! una dies ostendit spicula florum,
Altera pyramidas nodo maiore tumentes,
Tertia iam calathos; totum lux quarta peregit
Floris opus. pereunt hodie, nisi mane legantur.

88

De Musis B. I 73. M. 616

Clio saecla retro memorat sermone soluto.
Euterpae geminis loquitur caua tibia uentis.
Voce Thalia cluens soccis dea comica gaudet.
Melpomene reboans tragicis feruescit iambis.
Aurea Terpsichorae totam lyra personat aethram.
Fila premens digitis Erato modulamina fingit.
Flectitur in faciles uariosque Polymnia motus.
Vranie numeris scrutatur sidera mundi.
Calliope doctis dat laurea serta poetis.

6 sanguineāque manū *A*, *sed incertum, an lineolae a m. pr. sint* 8 ceperunt *A* pugnant *A*, *corr. a* pungunt latitantibus *Scriu.* 10 gerant *A* floris est color *A*. *num* flori est color? *Responsum Veneris desidero* 87. Flori] De floribus *Riuinus, fort. recte* 1 amoenę *A* 2 dię *A*, *corr.* α 3 piramidas *A* maiora *A*, *corr. a* 4 tertiam̈ iã gallatos *A* tertia lux calathis α 88. 1 sę ˷claretrome·memorat *A* soluto *A* latino *C* 2 Euterpe *A* eutpe *C* tiuia *A* caua tib. uent. *om. C* cauen tiauia *cod. Petauii* auenis *Heinsius* 3 talia *A* sociis *AC cod. Pet.* 4 melfomene *A* feruiscet *A* 5 terpsicore *AC* lira *C* ętrã *A* 6 premes *C* eratho *C* 7 polimnia *A* 8 urania *AC* scrudatur *A* sid.] munera *Pithoeus* 9 caliope *A* callipe *C*

89

B. I 131. M. 660

EIVSDEM

Stat duplex nullo conpletus corpore Chiron.

90

B. Luxor. init.
M. 298

Praefatio

Paruola quod lusit, sensit quod iunior aetas,
  Quod sale Pierio garrula lingua sonat,
Hoc opus inclusit. tu, lector, corde perito
  Omnia perpendens delige quod placeat.

91

B. M. —

De uelo ecclesiae

Omnia quae poscis dominum, si credis, habebis.
  Quae bona uota petunt, recipit alma fides.

92

B. M. —

De christiano infante mortuo

Nobilis atque insons occassu inpubes acerbo
  Decessit, lacrimas omnibus incutiens.
Sed quia regna patent semper caelestia iustis *p. 75*
  Atque animus caelos inmaculatus adit,
Damnantes fletus casum laudemus ephebi,
  Qui sine peccato raptus ad astra uiget.
Felix morte sua est, celeri quem funere constat
  Non liquisse patrem, sed placuisse deo.

93

B. M. —

De iudicio Salomonis

Inuenta est ferro pietas prolemque necando
Conseruat mater contemto pignore uictrix.

89. Eiusdem *A* (*num* Flori?) Chiron *edd.* duplex et nullus *A*, *corr. a* 90. 1 paruola *A* 2 garula *A* 91. uelo] uoto *Burm. in mg. apogr. Heinsiani* 1 dñm *A* habeuis *A* 2 *num* accipit? 92. χp̃iano *A* 1 adq; *A* 4 adq; *A* cęlo[s] *A* 5 effoebi *A* 8 dõ *A* 93. solomonis *cod. Leid. s. XVI* 1 negando *A* 2 conserua matrem *A*, *corr. a* pignora *A*, *corr. a*

94

De cereo B. V 188. M. 1118

Lenta paludigenam uestiuit cera papyrum,
Lumini ut accenso dent alimenta simul.

95

Aliter B. V 189. M. 1119

Vt deuota piis clarescant lumina templis,
Niliacam texit cerea lamna budam.
Congrua uotiferae submittit pabula flammae,
Quae castis apibus praebuit ante domus.

96

De magistro ludi neglegenti B. II 268. M. 854

Indoctus teneram suscepit calculo pubem,
Quam cogat primas discere litterulas.
Sed cum discipulos nullo terrore coercet
Et ferulis culpas tollere cessat iners,
Proiectis pueri tabulis Floralia ludunt.
Iam nomen ludi rite magister habet.

97

De Bellerophonte B. I 123. M. 653

Bellerophon superans incendia dira Chimaerae
Victor Gorgoneo nubila tangit equo.

94. 1 papirũ *A* 95. 1 lumina *a* limina *A*, *fort. recte* 2 'buda, storea' *Isidori glossae* 4 domos *a* 96. neclegente *B*. De magristro nudi neglegentia *V* 1 cauculo *A* canculo *B* caualo *V* 'Calculo, magister ludi' *Isidori glossae* bubem *A* pulem *V* 2 coga *A* t *add. a* primus *V* litteralas *V*, *corr. m. sec.* 3 discipulo *A*, *corr. a* nulla *B* coercit *A* cohercet *B* coarcet *V* 4 certat *B* inhers *V* 5 proiectus *B* pueris *A* floraria *A*, *corr. a* 6 lude re · te *A*, *corr. a* luri dite (*corr. ex* date) *V* ^{h}cobet *V* 97. De bellerefonte *A* 1 Bellerofons *A* dirę *A*, *corr.* A^1 cymerę *A*

98

B. V 165. M. 1095 **De Chimaera**

Ore leo tergoque caper postremaque serpens
Bellua tergemino mittit ab ore faces. *p. 76*

99

B. I 110. M. 644 **De Lauconte**

Laucontem gemini distendunt nexibus angues
Cumque suis genitis sors habet una patrem.
Quod tamen iligni uiolarit terga caballi,
Hinc †tolerasse ferunt saeua uenena uirum.
Quid sperare datur superum iam numine laeso,
Cum sic irasci ligneus audet ecus?

100

De templo Veneris, quod ad muros [extruendos
B. I 71. M. 615 **dirutum est]**

Caeduntur rastris ueteris miracula templi
Inque usum belli tecta sacrata ruunt.
Nam qua deiectis uoluuntur saxa cateruis,
Hac sunt murorum mox relocanda minis.
Delati Mauors conpendia cepit Amoris:
Per muros quaerit iam sua templa Venus!

101

B. III 183. M. 958 **De basterna**

Aurea matronas claudit basterna pudicas,
Quae radians †patulum gestat utrumque latus.

98. De cymera *A* de cimera *B*. *Falsa de A narrat Burm. ad hoc ep. et ad V 152* (*infra* 106) 2 bel'ua *B* 99. 3 *num* Nam quod il.? ligni *A*, *corr.* α abiegni *Burm.* 4 tollerasse *A*. Inde tulisse *Burm. num* celerasse? *an* onerasse? 5 lesõ, *sed* ˜ *eraso*, *A* 100. qui ad *A* extruendos *sqq. om. A*, *add.* α 1 rutris *Oud.* 2 usu *A* 3 qua *A* quae *Oud.* uuluuntur *A*, *corr.* A^1 cathedris *Oud.* 4 haec *A* hac *Meyerus* 5 dilati *A*, *correxi* mabors *A* 6 querit *A* 101. De uasterna *B*. *cf. Seruius ad Aen. VIII* 666. 1 aureaš *A* 2 palatũ *A* patulum *B* latum *Burm. num* pactum? utrimque *Schefferus*

Hanc geminus portat duplici sub robore burdo,
Prouehit et modico pendula septa gradu.
Prouisum est caute, ne per loca publica pergens
Fucetur uisis casta marita uiris.

102

De Medea cum filiis suis
B. I 128. M. 657

Opprimit insontes infidi causa parentis,
Iasonis et nati crimina morte luunt.
Sed quamuis mater uiuo uiduata marito
Coniugis in poenam pignora cara metat,
Sacra tamen pietas insanae mitigat ausus:
Hunc furiata premit, hunc miserata leuat.

103

p. 77

De homine qui per se molebat
B. III 185. M. 960

Cum possis paruo sumptu conducere asellum,
Qui soleat teretes uoluere rite molas,
Cur nummi cupidus sic te contemnis, amice,
Vt cupias duro subdere colla iugo?
Linque precor gyros! poteris pistore ministro
Candentis quadrae munus habere sedens.
Per te namque terens Cererem patiere labores,
Quos quaerens natam pertulit ipsa Ceres.

104

De formica
B. V 168. M. 1098

Verrit tetra boum gratos formica labores
Et caueis fruges turba nigella locat,

3 dublici *A* 4 proibit *A* prouehit *B* 5 nec per *B* 6 fugetur *A* fuscetur *B* fucetur (i. e. erubescat) *Salmasius* 102. 4 necat *Oud.* 6 hinc . . hinc *Wakkerus* hunc . . hunc *A* lebat *A* 103. omine *V* molunt *B* molat *V* 1 posis *B* sumtu *AV* conduce *BV* re *sup. scr. V* 3 siic *V* contempnis *B* 4 Et *A* 5 cuiros *A* guirios *BV* 6 cadentis *B* cum dentis *V* habeñsre *A* habe *B* 7 naq; *B* cerere *B* terere patierere *V* 8 pertullit *A* ceret *V* 104. 2 cabeis *A*, *corr. alia manus non ita recens.*

Quamlibet exiguo uideatur pectore, sollers,
  Quo legat hibernae commoda grana fami.
Hanc iuste famulam nigri iam dixeris Orci,
  Quam color et factum conposuit domino.
Namque ut Plutonis rapta est Proserpina curru,
  Sic formicarum uerritur ore Ceres.

105

B. I 161. M. 683

De Hecuba

Prole uiro regnoque carens Priameia coniunx
  Dura sorte uenit sub iuga nunc Ithaci.
Quae cupiens tantos lacrimis aequare dolores
  Perpetuo planctu transit in ora canis.
Quid ualeat, uariis monstrat Fortuna figuris:
  Post regnum in uico saucia latrat anus.

106

B. V 152. M. 1086

De ansere

Aedibus in nostris uolitans argenteus anser
  Dulcisono strepitu colla canora leuat.
Ales grata bono duplici; nam fercula mensae
  Conplet et adseruat nocte silente domum. p. 78
Solus Tarpeia canibus in rupe quietis
  Eripuit Gallis Romula tecta uigil.

107

B. V 173. M. 1103

De sepia

Femineo geminum designat nomine sexum
  Et candens piceum sepia claudit onus.

3 quamlibet *scripsi* quae licet *A* pectore] corpore *α* solers *A* (l superscr.) 4 quod *A*, *correxi* ibernę · comodat *A*, *corr. a* 6 furtum *L. Muell.* 7 pludonis *A* curro *A* 8 uertitur *A*, *corr. Burm.* 105. De ecuba *A* 1 primeia *A* 2 itaci *A* 4 ore *A* 6 inuita fauce latranit *Oud.* *num* rauca latrauit? 106. 2 dulcissono strepido *A* canore lebat *A* 3 dublici *A* 4 silentem *A*. *haec corr. a* 5 tarpeia *A*, e *add. a ut uidetur* in rupisse quetis *A* (i superscr.).

Vtilior nullus piscis per caerula oberrat,
  Cui pretium capto debuit esse duplum.
Praestat carne cibos, apicum dat felle figuras,
  ÷Et breui specie usum ad utrumque facit.
Hanc potius doctos adsumere conuenit escam,
  Quae sapit in morsu et probat articulos.

108

De eunucho B. III 175. M. 952

Quem natura marem dederat, fit femina ferro;
  Nam tener in pube uiribus exuitur.
Hinc iuuenem cernis tanto sub robore mollem
  Et dubii pulcher corporis extat homo.
Coniugibus cautis placita est monstrosa uoluptas;
  Fidus enim est custos, qui sine teste datur.

109

Aliter B. III 176. M. 953

Incertum ex certo sexum fert pube recisa,
  Quem tenerum secuit mercis auara manus.
Namque ita femineo eunuchus crure mouetur,
  Vt dubites quid sit, uir [magis] an mulier.
Omnem grammaticam castrator sustulit artem,
  Qui docuit neutri esse hominem generis.

110

De balneis B. III 31. M. 894

Hic ubi Baiarum surrexit grata uoluptas
  Et rudibus splendens molibus extat opus,

107. 4 dublum *A* 5 cybos *A* 6 et *A* atque *Meyerus* 7 doctus *A*, *corr.* *A*[1] 108. De eunuco *A* 1 matrem *A*, *corr.* *A*[1] 2 inpube *A* inpubes *α* teneri pubes *L. Muell.* 3 tantos *A* 4 pulcer *A* erat *A*, *corr.* *α* errat *Burm.* 109. 3 fimeneo eunucos *A* clune *Oud. fort. recte. an* more? 4 magis *om. A*, *add. a* 5 gramaticã *A* sustullit *A* 110. 1 grada *A* 2 mollib; *A*

Rura prius, nullum domino praestantia quaestum, *p.* 7
Nullaque tecta tulit glebula frugis inops.
Haec nunc Bellator multo sublimis honore
Vestiuit cameris balnea pulcra locans.
Prospera facta uiri naturae munera mutant,
Cum salsum salubri litus abundat aqua.
Alpheum fama est dulcem per Tethyos arua
Currere nec laedi gurgitibus pelagi.
Dant simile exemplum nostri miracula fontis:
Vicinum patitur nec sapit unda salum.

111

B. III 178. M. 954

De pantomimo

Mascula femineo deriuans pectora flexu
Atque aptans lentum sexum ad utrumque latus
Ingressus scenam populum saltator adorat;
Sollerti spondet prodere uerba manu.
Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
Quae resonat cantor, motibus ipse probat.
Pugnat ludit amat bacchatur uertitur adstat,
Inlustrat uerum, cuncta decore replet.
Tot linguae quot membra uiro. mirabilis ars est,
Quae facit articulos ore silente loqui.

112

B. III 179. M. 956

De funambulo

Stuppea suppositis tenduntur uincula lignis,
Quae fido ascendit docta iuuenta gradu.

3 rura *Heins.* pura *A* 4 tectum *A* glibula *A* 7 fata *A* facta *ego* mutans *A*, *corr.* α 8 Nunc *Oud.* Nam *Meyerus. an* Iam? habundat *A* 9 Alfeum *A* tetidos *A*, *corr. Heins.* 10 gurgidib; *A* 111. 1 fimeneo diribans *A* deribans *B* sexu *B* declinans *Klotzius* 2 adq; *A* le$\overset{n}{c}$tũ *B* 4 solerti spondit *A* solertis pendet *B* et sp. *Heinsius* spondens *Mercerus* 5 graia *A* difundat *B. num* diffudit? 6 modib; *A* 7 pugna *A* baccatur *B* asta *B* 9 quod *AB* mirabili *A* artem, *om.* est, *B* 10 silenti *AB* 112. Funabulum *V* 1 stupea *B* subpositis *BV* ligna *V*, ligni *m. sec.* 2 quem *ABV* dota iubenta *B* iubente *A*

Quae super aërius protendit crura uiator
  Vixque auibus facili tramite currit homo.
Brachia distendens gressum per inane gubernat,
  Ne lapsa gracili planta rudente cadat.
Daedalus adstruitur terras mutasse uolatu
  Et medium pinnis persecuisse diem. *p 80*
Praesenti exemplo firmatur fabula mendax:
  Ecce hominis cursus funis et aura ferunt.

113

De citharoedo B. III 181. M. 955

Musica contingens subtili stamina pulsu
  Ingreditur, uulgi auribus ut placeat.
Stat tactu cantuque potens, cui brachia linguae
  Concordant sensu conciliata pari.
Nam sic aequali ambo moderamine librat
  Atque oris socias temperat arte manus,
Vt dubium tibi sit gemina dulcedine capto,
  Vox utrumque canat an lyra sola sonet.

114

Aliter B. III 182. M. 957

Doctus Apollineo disponere carmina plectro
  Gaudet multifidam pectore ferre chelyn,
Quam mox linguato decurrens pollice cogit,
  Humanum ut possit chorda canora loqui.

3 quam *ABV* aerius] ius *A* c^r^ura *A* uiatur *A* 4 abib; *A* 6 labsa facili *A* e gracili *Pith. fort. recte* panta *V* 7 terra *V* 8 pennis *V* 9 extĩplo *V* mendas (x *supra* s) *A* m̄dax *V* 10 funus *B* ferant *A*, *corr. a* fer̃ *V* 113. De citharedo *A* De citmaredo *B*. *Decastichon fuisse puto.* 1 pulso *A*, *corr. a* 2 uulgu *B* 3 iactu *A* lactu *B*, *qui* cantu *om.* 5 nam sic *scripsi* namq; ita *A*; *recte, si duplex hiatus tolerandus.* nam lira *B* iura *et* amborum *Pith.* modoramine *A* libram *AB* 6 adq; ori^s^ *A*. *num* ori? socia as *B* 7 dulcidine *A* 8 que] *A*, ne *Pith.* atrum, *om.* que, *B* an lyraque *B* sola *om. A* 114. 2 cęlyn *A* pectine *Heinsius* 3 police *A* percurrens *α* 4 posset *A*, *corr. α* corda *A*

Amphion cithara Thebarum moenia sepsit,
  Aurita ad muros currere saxa docens.
Nec minus hoc ualuit reparator coniugis Orpheus,
  Impia cum flexit Tartara dulcis amor.
Ars laudanda nimis, cuius moderamine sacro
  Vnum ex diuersis uox digitique canunt!

115

B. III 184. M. 959

De pyrricha

In spatio Veneris simulantur proelia Martis,
  Cum sese aduersum sexus uterque uenit,
Femineam maribus nam confert pyrricha classem
  Et uelut in morem militis arma mouet. 4
Quae tamen haut ullo chalybis sunt tecta rigore, p. 8
  Sed solum reddunt buxea tela sonum.
Sic alterna petunt iaculis clipeisque teguntur
  Nec sibi congressu uir nocet aut mulier.
Lusus habet pugnam, sed dant certamina pacem;
  Nam remeare iubent organa blanda pares.

116

B. V 66. M. 1035

Laus temporum quattuor

Carpit blanda suis uer almum dona rosetis.
Torrida collectis exultat frugibus aestas.
Indicat autumnum redimito palmite uertex.
Frigore pallet hiems designans alite tempus.

5 anfion cithare *A* męnia sepsit *A* 6 decens *A*, *corr. a* 7 hoc *ego* hac *A* orfeus *A* 8 con flexit *A*, *corr. a* 115. De pirrica *A* 3 fimineam *A* pirica *A* 4 molet *A* 5 aut *A*, *corr. Salm. hist. Aug. p.* 51 calibis *A* 6 sola *A*, *corr. Salm.* 8 hę sibi congressi *A*, *corr. Salm.* an *A* aut *Salm.* 9 sed habent *Salm.* 116. *inscr. om. V. Singuli uersus, ut* 117 *singula disticha*, *picturis inscribti erant.* 1 suis · uis uer *A*, *corr. a* resetis (*sic*) *V* 2 torrita *A* torpida *V* colectis *B* 3 redimito *AV* reditmito *B* 4 hiemps *BV* alite] ali *B*

117

Laus omnium mensium

B. V 84. M. 1050

Fulget honorifico indutus mensis amictu,
Signans Romuleis tempora consulibus.
Rustica Bacchigenis intentans arma nouellis
Hic meruit Februi nomen habere dei.
Martius in campis ludens simulacra duelli
Ducit Cinyphii lactea dona gregis.
Sacra Dioneae referens sollemnia matri
Lasciuus crotalis plaudit Aprilis ouans.
Maïus Atlantis natae ditatus honore [est],
Expolit et pulcris florea serta rosis.
Sanguineis ornans aestiua prandia moris
Iunius: huic nomen fausta iuuenta dedit.
Quintilis mensis Cereali germine gaudet;
Iulius a magno Caesare nomen habet.
Augustum penitus torret Phaethontius ardor,
Quem recreant fessum gillo flabella melo. *p. 82*
Aequalis Librae September digerit horas,
Cum botruis captum rure ferens leporem.
Conterit October lasciuis calcibus uuas
Et spumant pleno dulcia musta lacu.

117. ominũ *V* mensuum *ABV*, *cf. e. c. Buecheler lat. dekl. p.* 42. 1 honorificos *a* indoctus iamm̃sis *B* amictus *A* comictu *B* 2 rumoleis *A* consolib; *A* 3 bacciginis *A* baccigeṇis *B* bachigenis *V* nobellis *A* 4 febru·inomnẽ *A* diei *A* dĩ *V* 5 martias *V* 6 duc̃ *V* dicit cinifii *B* cynifii *AV* iatea *B* lactea lactea *V*, *corr. m. sec.* 7 solemnia *AV* matris *A* 8 lascib; *A* lasciuius *B* grotalis *A* claudit *B* 9 adblantis *B* dicatus *ABV*, *correxi.* dignatus *Pithoeus* honori *V* est *addidi* 10 expolit at *Tollius* ex poliat, *om.* et, *ABV* pulchris *BV* senta *ABV*, *corr. Scal.*, *a* 11 urnanstiba *A. num* ornat? 12. 14 nom̃ *V* 12 iubenta *A* inuenta *V* 13 messis *Heins.* caereali (r *corr. ex* l) *B* 15 fedontius *A* fetontius *BV* 16 *num* Quo? gello *B*, *sed corr. m. pr.* fabilla *A*, *corr. Heins.* fabella *B* faula *V* facella *Scal.* 17 aequales *BV* degerit *B* 18 botris *B* rure *ex* rore *V* rete *Scal.* 19 conteret octuber lascib; *A* hoctoƀ *V* ubas *A*

Arua Nouember arat fecundo numine Vestae,
  Cum teretes sentit pinguis oliua molas.
Pigra suum cunctis commendat bruma Decembrem,
  Cum sollers famulis tessera iungit eros.

118

B. I 90. M. 184 **De Thetide**

Cauta quidem genetrix, noceant ne uulnera nato,
  Confirmat Stygio fonte puerperium.
Sed quia fas nulli est humanam uincere sortem,
  In membris tincti dant sibi fata locum.

119

B. III 42. M. 897 **De balneis**

Adspice fulgentis tectis et gurgite Baias,
  Dant quibus haut paruum pictor et unda decus.
Namque gerunt pulcras splendentia culmina formas,
  Blandaque perspicuo fonte fluenta cadunt.
Gaudia qui gemino gestit decerpere fructu
  Et uita nouit praetereunte frui,
Hic lauet: hic corpus reparans mentemque relaxans
  Lumina picturis, membra fouebit aquis.

120

B. III 43. M. 899 **Aliter**

Fausta nouum domini condens Fortuna lauacrum
  Inuitat fessos huc properare uiae.
Laude operis fundi capiet sua gaudia praesul,
  Ospes dulciflua dum recreatur aqua.

21 nobember *A* arans *BV* nomine *ABV*, *corr. Scal.* uestit *A* bestię A^1*BV* Vestae *Scal.* 22 teret et *V* terit et *B* pingu/// *B* oliba *A* 23 comendat *A* cōm̄da *V* decebrē *B* 24 solers *ABV* tesserc/// unguit *B* heros *BV* heras *A*

118. De tetide *AB* 1 noc§ant *B* uulnere *A* 2 stigio *AB* 3 ///ncere *B* 4 menbris *B* sib////ata (*in lacuna* ſ) *B*, *in quo Peruigilium Veneris sequitur.* 119. 1 gurgites *A* 2 aut *A* 7 labet *A* 8 fobit *A*, *corr. a* 120. furtuna *A* 2 uitę *A* uiae *Heinsius* uiros *a. num* uiam? 3 operi^s *A* 4 hospis *A* ospes *L. Müllerus propter acrostichon* (*cf. u.* 5 *sq.*) 'Filocali'.

Condentis monstrant uersus primordia nomen
Auctoremque facit littera prima legi. *p. 83*
Lustrent pontiuagi Cumani litoris antra:
Indigenae placeant plus mihi deliciae.

121

Aliter

B. III 44. M. 900

Quisquis Cumani lustrauit litoris antra
Atque hospes calidis saepe natauit aquis,
Hic lauet, insani uitans discrimina ponti;
Baiarum superant balnea nostra decus.

122

Aliter

B. III 45. M. 901

Flammea perspicuis coeunt hic lumina lymphis
Dantque nouum mixti Phoebus et unda diem.
Denique succedit nostris lux tanta lauacris,
Vt cernas nudos erubuisse sibi.

123

Aliter

B. III 46. M. 902

Infundit nostris Titan sua lumina Bais
Inclusumque tenet splendida cella iubar.
Subiectis caleant aliorum balnea flammis:
Haec †reddi poterunt, Phoebe, uapore tuo.

124

De thermis

B. III 39. M. 895

Delectat uariis infundere corpora lymphis
Et mutare maris saepe fluenta libet.

5 monstrat *A*, *corr. a* uersos *A* 7 cumanni *A* 8 dilicię *A*, *corr. A*[1] 121. 2 adque hospis callidis *A* 3 labit *A* discrimine *A* 122. 1 ceunt *A*, *corr. a* lĩphis *A* 2 foeb; *A* 4 erubiisse *A*. *num* Vt credas? 123. 1 titans *A* Baiis *edd.* 2 q^u^e *A* 4 potuerunt. foẹbi *A* calore *α* suo *A* Haec radiis ... calere tuis *Oud.* Incendi *Burm.* 124. De termis *A* 1 limphis *A* 2 ut *A* magis *A* et .. maris *scripsi*

Nam ne consuetae pariant fastidia thermae,
  Hinc iuuat alterno tingere membra lacu.

125

Aliter

Deest

B. III 40. M. 896

126

[De bibliotheca in triclinium mutata]

Tecta nouem Phoebi nuper †dicata Camenis
  Nunc retinet Bacchus et sua tecta uocat.
Namque ubi tot ueterum manserunt scripta uirorum,
  Hic potat laeta dulcia uina Cypris. *p. 85*
Cognato semper lustrantur numine sedes: *(p. 84 uacua est)*
  Quas coluit Phoebus, has colit et Bromius.

127

B. III 168. M. 947

De lenone uxoris suae

Graecule, consueta lenandi callidus arte,
  Coepisti adductor coniugis esse tuae,
Et quem forte procax penitus conroserat uxor,
  Consueras propria praecipitare domo.
Sed praetensa catus derisit retia quidam,
  Conuersa statuens sorte manere domo:
Nam semel admissus [tenuit mox omnia felix]
  Teque tuis miserum depulit e laribus.

3 termę *A* 4 iubat *A* tinguere *edd.* 125. Aliter *A. Hoc carmen de thermis cum insequente inscriptione uelut ea quam posui uel* 'De conuiuio in bibliotheca instituto' *intercidisse puto.* 126. 1 foebi *A* foebo *a* nuperque *Heins. num* decorata? 4 *fortasse* laete. 6 feb; *A* 127. leone *B* 1 gregule *A* grecula *B* consuetam *A, corr. a* calidus *A. an* consuetam . . artem? 2 cepisti *A* cępisti *B* 4 patria *B* domũ *A* 5 actus *B* retiã *A* 6 quuruerastatuens *A* curuarastuens *B* ho (hoc *B*) remanere *AB*, *corr. Burm.* 7 admisus *B* derisit retia quidam *add. AB ex u.* 5. *ipse lacunam suppleui.* tenuit bona credita seruans *Burm.* 8 Neque *A*

Solus uera probas iucundi uerba poetae:
'Dum iugulas hircum, factus es ipse caper'.

128

Ad lenonem comitiacum

B. III 169. M. 948

Militiae cultus et nigri tegmina panni
Cur magis exoptes, dissere leno mihi.
Exiguone tibi crescebat cellula quaestu?
Non grauis adducta uirgine saccus erat?
An nescis populi pastum sibi tollere paucos,
Vnde miser fisco paupere miles eget?
Effuge uitandos, si qua potes arte, labores,
Vt ualeas tenso uiuere, leno, pede.
Nam si formosas redeas lenare puellas
Et dederit quaestus quotidiana Venus,
Non iam miles eris humilis, sed diuite nummo
Fies militiae mox utriusque comes.

129

.86

De Marte cinaedo

B. III 170. M. 949

Quid prodest Martis nomen de nomine dictum,
Pruriat infami cum tibi clune Venus?
Sors fuerat melior, Cypridos ut nomen haberes
Et natura daret Martia membra tibi.
Nunc utroque carens, ignoti fabula sexus,
Femina cum non sis, uir tamen esse nequis.

9 iocundi uerbera *A* 10 *Martialis III* 24, 14. cum *AB* dum *Mart.* 128. comitia(c)ñũ *A m. pr.* 1 negri *A* 2 desidere *A, corr. a* 3 ne *a* nec *A* 4 Non *scripsi* Cum *A* uirgines *A* eras *A* 6 egit *A* 8 caleas *A*, *corr. a* 9 formonsas *A* 10 cottidiana *A* 11 diuide *A* 12 milicię *A* utriisq; *A* 129. In Martium cinaedum *Burm.* 1 nomen *A*, *om. B* nomine] me *B* 2 pluriad *A* pluriat *B* dune *B* 3 fors *a* melior *A*, *om. B* ut] si *Burm.* 4 aut *Oud.* 5 utrumque *B* i(g)noti *A* (g *fort. non a m. pr.*)

130

B. III 171. M. 950

De Caballina meretrice

Caballina furens amanda nulli
Excussis modo calcibus fremebat,
Quae quamuis facie micet rubenti
Et uibret Parium nitens colorem,
Hirsutis tamen est petenda mulis,
Qui possint pariles citare iunctas.

131

B. III 167. M. 946

De Arzugitano uate

Praecisae silicis cautibus edite,
Siluestri iuuenis durior arbuto,
Trunco cum stupeas horridior, cupis
Formare [e] propriis carmina uersibus
Et metri uariis ludere legibus?
Sed quis te docilem iudicet artium,
Quas natura dedit, cordis acutior?
Solus ligna dolans fortibus asciis
Et duri resecans robora pectoris
Vatem te poterat reddere ligneum,
Qui uaccam trabibus lusit adulteris
Vel qui struxit ecum fraudis Achaicae.

132

B. V 150. M. 260

De capone phasianario

Candida Phoebeo praefulgunt ora rubore, p. S
Crista riget radiis, ignea barba micat.

130 merice *B*, *in quo uersus male distinguuntur.* 3 quauis *B* 4 bibret *A* biberet *B* pari$^{\tilde{u}}$ẹ̣ṇṣ *A* paruum *B* colore *B* 5 mullis *B* 6 qui (*sic*) *AB* poss$\overset{i}{e}$nt *A* possuit *B* cithare *A* 131 De arzucitanoe *A* uete *A* fuetae *B*. *In B uersus male distinguuntur.* 1 p̄cisse *B* 2 arbuste *B* 3 tunc cocum iubeas tupeas *B* 4 e *add. Heins.* 7 cord$\overset{i}{ạ}$s auctior *B*. *dedi ex A* 8 solis *B* ascibus *A*, *corr. A*[1] asceis *B* 9 duris *AB* 10 uadẽ *A* 11 baccã *A* trauib; *B* 12 equum *edd.* acaice *AB* 132 caupone *B* fassanatio *A* fassanario *BV* phasiano *Burm.* 1 fẹbeo *A* foebeo *B* 2 crusta *V* ridet *B* igne ab arua *A*

Alae colla comae pectus femur inguina cauda
  Paestanis lucent floridiora rosis.
Flammea sic rutilum distinguit pinna colorem,
  Vt uibrare putes plumea membra faces.

133

De malis Matianis B. III 208. M. 980

Haec poterant celeres pretio tardare puellas,
  Haec fuerant Veneri iudice danda Phryge.
Nam sic ingenuo flauescunt mala colore,
  Vt superent auro uera metalla suo.

134

Aliter. Laus B. III 209. M. 981

His constat Veneri praelatae gratia formae,
  Haec moriente sacrum perdidit angue nemus.

135

Aliter. Vituperatio B. III 210. M. 982

His contempta deum tenuit Discordia mensam,
  Prodidit atque urbem his Briseïda suam.

136

De gillone B. V 130. M. 1070

Gillo uomit gelidum, uastis singultibus amnem,
  Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curamus claudere testa,
  Vt mersa imbrigenis unda niuescat aquis.

3 femor *V* incunia *A* ungua *V* 4 pestaniis *ABV* roris *B* 5 flaminea *B* rudilũ *A* calore *A* 6 potes *B* p$\overset{u}{o}$tes *V* menbra *B* 133. 1 pretio *om. A* tio *B* p̃cio *V* 2 uenire *B* indici *A* frige *A* friga *BV* 3 ingenio *ABV* flascunt *V*, *corr. m. sec.* 4 metallo *A* 134. 1 furinę *B* 2 perdedit *A* nem̓ *AB* 135. 1 contemta *A* dm̃ *AB* genuit *B* mensa *B* 2 prouidit *B* prodedit adq; *A* breseida *A* 136. De gillone *om. B* 1 nouit *V* uouit *m. sec.* 2 frigor$\overset{i}{a}$s *B* adit *V*, *corr. m. sec.* spem *B* 3 cladere *AV* 4 indigenis *BV*

137

B. V 198. M. 1127

De theo

Inguine suspensam gestas [sub uentre] lagenam,
Quae tibi fit turgens amphora flante Noto.
Vectigal poteras figulorum reddere fisco,
Quorum tam tereti ramice uincis opus. *p. 88.*

138

B. V 199. M. 1128

Aliter

Moles tanta tibi pendet sub uentre †siringi,
Vt te non dubitem dicere bicipitem.
Nam te si addictum mittat sententia campo,
Vispillo ignorat, quod secet ense caput.

139

B. I 7. M. 562

De Ioue in pluteo

Flexilis obliquo sinuatur circulus orbe
Inclusumque gerit machina sacra Iouem.
Vana sub aspectum duxit mendacia pictor:
Orbis rectorem quis probat orbe tegi?

140

Aliter

Deest

141

B. I 9. M. 565

[De Ioue et Leda]

Cycneas Genitor gestans post fulmina pinnas
Dulcia diffundit carmina uirginibus,
Quem retinens Leda, prenso cum gaudet olore,
Amissa agnouit uirginitate Iouem.

137. 1 sub uentre *add. Heinsius* agunam *A, corr. α* 2 urgens amfora *A* 3 fiscos *A* 4 terit irã mice uincēs *A* 138. 1 Siringi (*nom. propr.*) *Lessingius* syringis *Burm.* tumenti *uel simile quid statuo.* 2 dicire *A* 4 quod secedens se *A* 139. iobe *A* 2 macina sacro iobem *A* 3 aspecto *A, corr. Oud.* mendatia *A* fictor *Meyerus* 4 qui *L. Müll.* probet *Oud.* 140. *Post* Aliter *excidit ut puto carmen et inscriptio* De Ioue et Leda. 141. 1 gigneas *A* genitor *edd.* 3 dum *Mey.*

142

De ouo Ledae B. I 11. M. 567

Ledaei partus ouo monstrantur aperto,
  In cycnum uerso a Ioue quos tenuit.
Vna tribus genetrix, sed sors diuersa creatis:
  Sidera pars faciet, pars fera bella Phrygum.

143

De Europa B. I 12. M. 568

Terga bouis credens Europa ascendit alumni
  Inseditque Ioui non reuisura patrem.
Fraude suos genitor celat uel conplet amores,
  Nam deus in tauri corpore praedo latet.

144

p. 89 **Aliter** B. I 13. M. 569

Mentitus taurum Europam Iuppiter aufert,
  Virgineos ardens pandere fraude sinus.
Humani tandem uenia donentur amores,
  Si tibi, summe deum, dulcia furta placent.

145

De Narcisso B. I 140. M. 243

Inuenit proprios mediis in fontibus ignes
  Et sua deceptum urit imago uirum.

146

Aliter B. I 144. M. 667.

Ardet amore sui flagrans Narcissus in undis,
  Cum modo perspicua se speculatur aqua.

142. obo *A* 1 obo *A* 2 cignũ *AB* 3 genitrix *a* 4 faciat *B*, *corr. m. sec.* frigũ *AB* 143 Deuropam *A* 1 bobis *A* boui *Tollius* 2 reditura patri *Burm. prosodia neglegitur* 3 uel *pro* et, *ut saepius in his carmm.* 144. 1 tauro *A*, *corr. a.* Europam taurum mentitus *Oud.* 2 uirgineo *A*, *corr.* A^2 3 humanĩ *A* ueniam *A* amori *A*, *corr.* *α* 4 dm̃ *A* 145. De narciso *V m. pr.* 1 os medi *om. V* ingens *B* 2 torret *edd.* uri//ma uirũ *V*, *corr. m. sec.* 146. 1 fraglans narcis in *A*. *corr. a* 2 perspicuas se *A*

147

B. I 145. M. 668 **Aliter**

Suspirat propriae Narcissus gaudia formae,
  Quem scrutata suis uultibus unda domat.

148

De equa Philagri aduocati.

B. III 186. M. 961 **Insultatio pro concubitu**

Causidicus pauper media sub nocte lucubrans
  Cornipedis uoluit terga fricare suae.
Sed cum corpus equae dextra famulante titillat,
  Inuasit iuuenem prodigiosa Venus.
Nam qua longa solet †quadrupia carpere sessor,
  Subducens durae pendula crura uiae,
Hanc fouet amplexu molli cunnumque caballae
  Adterit adsidue pene fututor hebes.
Concubitus Cressa legitur quaesisse iuuenci,
  Quam grauis ira deae iussit amare pecus.
Par crimen flammae nostris fors intulit annis:
  Pasiphae tauro, Philager arsit equa. *p. 90*

149

B. III 187. M. 962 **Aliter**

Defensor probe tristium reorum,
Cuius uoce sacrum tonat tribunal,
Et palmas capiunt lares Vitenses:
Cur post athla fori togaeque pompam
Gaudens monstrifero calere luxu
Vectricis propriae furens in usus

147. 1 'probrię *A* 2 scrudata *A* lustrata *Oud.* concupito *A* concubito *A*[1] 148. filagri *A* 1 causiticus *A* 2 frigare *A* 4 iunem *A* 7 amplexum mollitur dumque *A* molitor *Oud.* cunnumque *scripsi* 8 adsiduo *Oud.* 9 gressa *A* Cresse *Heins.* 11 flammis *A*, *corr. Burm.* ñris *A* 12 passifę *A* filager *A* 149. 1 probet *A* 2 uoces *A* 3 uirentes *a* 4 atla forit. ogeq; *A* ℞ *A m. pr. in marg.* 6 probrię *A*

Fessae cornipedis fricas †meatum
Verso et munere dignitatis optas
Admissarius esse quam patronus?
Expellas animo nimis, rogamus,
Mores inlicite libidinantes.
Horrendum uitium est in aduocato,
Orando solitum mouere caulas
Subantis pecudis tenere gambas.

150

De tabula picta

B. III 80. M. 918

Hunc, quem nigra gerit tabella uultu,
Clarum linea quem breuis notauit,
Mox pictor uarios domans colores
Callenti nimium peritus arte
Formauit similem, probante uero.
Ludentem propriis fidem figuris!
Vt quoscumque manus repingat artus,
Credas corporeos habere sensus.

151

De Galatea

B. I 85. M. 626

Defugiens pontum siluas Galatea peragrat,
  Custodem ut peçorum cernere possit Acin.
Nam teneros gressus infigit sentibus ardens, *p. 91*
  Nec tamen alta pedum uulnera sentit amor.
Ipsa Cupidineae cedunt elementa pharetrae,
  Cuius et in mediis flamma suburit aquis.

7 fricans *A* 10 animös *A* 11 inlici. teleuidinantes *A* 13 sonitum *A* causas *α* 14 susantis *A*, *corr.* *α* 150. 1 gerit *scripsi* gerens *A* 2 quae moreuis *A* (quem more uos *α*). quem breuis *scripsi* 4 callente *A* 5 uiro *A* Vero *Burm.* uerus *est ipse ille qui depictus est* 6 ludentam probriis *A* 7 manu *A*, *correxi* 151. 1 Diffugiens *A*, *corr.* *Muell.* pe^r agrat *A* 2 posit *A* ℞ *A m. pr. in marg.* 3 Iam *Oud.* gressos *A* 5 tęlementa faredrę *A*

152

B I 86. M. 627 **Aliter. De Galatea in uase**

Fulget et in patinis ludit pulcherrima Nais,
  Prandentum inflammans ora decore suo.
Congrua non tardus diffundat iura minister,
  Vt lateat positis tecta libido cibis.

153

B. I 87. M. 630 **Aliter**

Ludere sueta uadis priuato nympha natatu
  Exornat mensas membra uenusta mouens.
Comtas nolo dapes; uacnum mihi pone boletar:
  Quod placet aspiciam, renuo quod saturat!

154

B. I 88. M. 631 **Aliter**

In medio generata salo nunc arte magistra
  Perueni ad mensam. hic quoque nuda nato.
Si prandere cupis, differ spectare figuram,
  Ne tibi ieiunus lumina tendat amor.
Quae sim ne dubites: ludens sine nomine nympha;
  Quod Galatea uocer, lactea massa probat.

155

B. II 21. M. 712 **De Scaeuola**

Lictorem pro rege necans nunc Mucius ultro
  Sacrifico propriam concremat igne manum.
Miratur Porsenna uirum poenamque relaxans
  Maxima cum obsessis foedera uictor init.

152. 1 patenis *A*, *num recte?* ludens *AB* pulcerrima *A* 3 difundat *A* 4 possitis *B* cibi *B* 153. 1 suętabais. pribato nĩfa *A* uagis *et* nimfa *B* 2 exurnat *A* 3 cometis *B* 4 placeat *A* rennuo *B* quod saturat renuo *Heinsius* 154. 2 mensas *Heins.* 3 difers *A* 4 tentet *Burm.* 5 lĩpha *A*, *corr. Burm.* 155. 1 licturem *V* (liturem *m. pr.*?) negans *A* mutius *A* 2 manu *V* 3 penamq; *A* 4 cum obsesssis *corr. ex* possessis *V* fędera *A* iniit *V*

Plus flammis patriae confert, quam uouerat armis,
Vna domans bellum funere dextra suo.

156

p. 92 **De uiro quem mulier caedebat** B. III 172. M. 951

Cum te Barbati referas de sanguine cretum,
Vt tibi cognatus sit Varitinna ferox,
Cur tua femineo caeduntur tempora socco
Infamique manu barbula uulsa cadit?
Desine iam tibimet auctores fingere fortes
Vimque tuis membris stirpis inesse ferae.
Illa Salautensi magis est de stirpe creata,
Audet quae proprium sternere calce uirum.

157

De die frigido B. III 277. M. 1012

Sint tibi deliciae, sint ditis prandia mensae,
Munera post Bacchi sit tibi pulcra Venus,
Vincere nec libeat uillosa ueste rigorem,
Sed iungat calidum feruida uirgo latus.

158

De imagine Vergilii B. II 200 sq. M. 529 sq.

Subduxit morti uiuax pictura Maronem
Et quem Parca tulit, reddit imago uirum.
Lucis damna nihil tanto ualuere poetae,
Quem praesentat honos carminis et plutei.

5 patre *A* armis] maris *A* quam foruesaturis *V* 156. quae *B* quãe *V* (˜ *m. sec.*) 1 barbatae *V* referans *BV* 3 cedunctur *B* pectora *BV* tergora *L. Müll.* 4 infirmaque *Mueil.* 5 desinet *B* autores *A* 6 fores *A* fore *BV* 7 saụlautensis *B* salautensis *AV* esse de *B* reata *V*, *corr. m. 2* 8 q; *B* quem probrium *A* s̃tnere *V* 157. 1 dilicię *A* diti^s *A* 4 callidū *A* 158. Virgili *A*. *Hilasio in ed. Verg. Aldina, quae in duo iam carmina diuidit, tribui falso narrat Burmannus* 3 nocuere *edd.* 4 honus *A*

159

De discipulo medici B. III 188. M. 963

Discipulum medicus quidam suscepit adultum,
  Traderet ut iuueni dogma salutiferum.
Qui primo, ut iussum nosset tolerare magistri,
  Publica selliferum per loca duxit ecum.
Artis prolixae breuiauit tempora doctor:
  Incepto puerum reddidit Ἱπποκράτην.

160

De uenatore qui cum aprum excepit serpentem calcauit inprudens B. — M. 871–873

Sus iuuenis serpens casum uenere sub unum p. 93
Sus iacet extinctus, serpens pede uirque ueneno
Anguis aper iuuenis pereunt ui uulnere morsu
  Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

Sus serpens iuuenis pariter periere uicissim;
  Dente perit iuuenis, pede serpens, porcus ab ictu.

159. 4 equum *edd.* 6 in coepto *Burm.* 'incepto' *i. e. statim.* rededit ipograten *A. Respicit ad Catull.* 74, 4 'patruum reddidit Harpocratem'; *sed lusus est in uoce* Ἱπποκράτης. 160. *ABV u.* 1 *et* 4, *genuinum epigramma, continent.* excicipit *B* cum — exc. *et* inp. *om. V* 1 serpens *om. V* casu *V* un$\overset{u}{o}$m *V* 4 hic moriens] hic *om. A* ille gemens *V.* — Versus Virgilii cum uiderat ł audierat iuuenem aprum interficientes ac tunc improuisu^s calcantes serpentem *C* (*Paris.* 8069). *In Vergilii uersiculis etiam cod. Par.* 8093 *s. IX—X habet. u.* 1. 2. 3. 4 *C.* 1 unun *C* 2 ex ictu *edd.* ille *C* *u* 1. 4. 3. 2 *Sangall.* 899 *s. IX* (?) *p.* 45 *sine inscr., ubi* 4 hic sibilat 3 uolnere. — De iuuene qui aprum occidit et ipse a serpente percussus est *ib. p.* 11, *ubi u.* 3. 2 (3 uolnere 2 ille), *addito c.* 31, 2. — *u.* 1. 2. 5. 6. 3. 4 *cod. Rehdiger. s. XIV —XV, ubi* 1 casu — uno 2 extinctus — et ille 4 mories. — *Ex simili epigrammate uersus in cod. Bern. fol.* 207 *s. X uidetur seruatus* (*cf. Isidor. or. I* 16):

Anguis pressa perit, fera telo, uirque ueneno.

161

EIVSDEM

In Achillem B. I 93. M. 635

Inprobe distractor, pretium si poscere nosses,
Non traheres quod pondus erat . . . . .

162

De Troia B. — M. —

Desine, Troia, tuos animo deflere labores.
Romam capta creas; merito tua postuma regnat.

163

De iudicio Paridis B. I 121. M. 652

Conubii bellique deas superauit amorum,
  Cum pastor pulcram iudicat esse Cyprin.

164

[Aliter] B. ib. M. ib.

Verticis et thalami pignus sublime Tonantis
  Exuperat Paridis laude probata Venus.

165

[Aliter] B. ib. M. ib.

Extat causa mali, malum cessisse Dionae,
  Cum ruerent Graia Pergama pulsa manu.

166

[Aliter] B. ib. M. ib.

Dat Veneri malum formae pro munere pastor;
  Cum Iunone dolens uicta Minerua redit.

161. Eiusdem in achilen *A*. *Vergilii igitur putabatur*, *cf. adnot. praeced.* 1 pręcium *A* 2 traeres *A* pundus *A* funus *Burm.* 162. *Ennius satur. u.* 20 *Vahl.* 'Desine Roma tuos hostis . .' 2 regnant *A* 163 *sqq.* Aliter *ter addidi, L. Muell. mus. rh.* XX 635 *secutus.* 164. 1 thonantis *A* 165. 1 dionẽ *A* dionae *α* 2 ruerit *A*. *num* Quo ruerent? *an barbare* rueret? Cur ruerint *Oud.* 163. 166. *in A recte se habent.*

167

B. I 155. M. 675 **De Hyacintho**

Discrimen uitae, ludit dum forte Hyacinthus,
Incurrit, disco tempora fissa gerens.
Non potuit Phoebus fato subducere amatum,
Sed cruor extincti florea rura replet.

168

B. ib. M. ib. **[Aliter]**

Dispersit remeans ludentis tempora discus
Et dira pulcher morte Hyacinthus obit.
Gratia magna tamen solatur morte peremtum:
Semper Apollineus flore resurgit amor.

169

B. V 184. M. 1114 **De citro**

Septa micant spinis felicis munera mali,
Quae tulit ut circi aureus ora tumor. *p. 94*
Hippomenes tali uicit certamina malo,
Talia poma nemus protulit Hesperidum.

170

B. V 185. M. 1115 **Aliter**

Stat similis auro citri mirabilis arbos,
Omnibus autumni anteferenda bonis.
Haec ornant mensas, haec praestant poma medellam,
Cum quatit incuruos tussis anhela senes.

167. De laquinto *A* 1 ludit de sorte iaquintus *A*, *corr. a in mg.* 2 temporo *A* 3 fębus *A* 168. *segregauit Burmannus patruus.* Aliter *addidi* 2 pulcer *A* iaquintus ouit *A* 3 peremti *A*, *corr. Burm. patr.* 169. De citrio *A* 1 migant *A* 2 *num* Quae colit? 3 Ippomenes *A* certamine *Emmenesius* 4 protullit esperidum *A* 170. 1 arboïs *A* 3 Hę *A* hec *A* 4 incurbos tus·sis anelassenes *A*

171

Aliter B. V 186. M. 1116

Omne genus mali dignum est adsurgere citro,
Vis cui multa subest corticis et medii.
Vnumquemque suum referunt pomuscula sucum:
Ternus ab hoc semper carpitur ore sapor.

172

De Daphne B. I 159. M. 681

Frondibus et membris seruauit dextera sollers,
Congruus ut sculptis posset inesse color.
Dant mirum iunctae ars et pictura decorem,
Ostendit uarius cum duo signa lapis.

173

[De Marsya] B. I 138. M. 665

Aërio uictus dependet Marsya ramo
Natiuusque probat pectora tensa rubor.
Docta manus uarios lapidem limauit in artus;
Arboris atque hominis fulget ab arte fides.

174

De Philocteta B. I 125. M. 654

Prodentem ducibus Tirynthia tela Pelasgis
Laesa Philoctetam uulnere planta domat.
Docta manus uiuos duxit de marmore sensus;
Sentit adhuc poenam, tristis et in lapide [est].

171. 1 adsurgure *A* 172. De dafne *A* 1 seruabit *A*, *corr.* α 173. De Marsya *om. A*, *add. Heins.* 1 Erio *A* Pierio α, *corr. Heins.* [de]pendit marsia *A* 2 natibusq; *A* 4 adq; *A* figis *A* fides *Cannegieter* fulgor ab artifice est *Pierson. an* 'effigies' *inest*? 174. De filocteta *A* 1 tyrintia *A* 2 filoctetam *A* 4 Sentit adhuc [s]eṅsu̇s pęnã *A* lapidẽ *A*. lapide α est *addidi*.

175

B. III 49. M. 905

De balneis

Vna salus homini est calidum captare lauacrum, *p. 95*
Ne tepidus reddat morbida membra uapor.

176

B. V 153. M. 1087

De ansere, qui intra se capit copiam prandii

Eminet impletus pullorum carnibus anser
Et uarias mensae turgidus ambit opes.
Inguinibus nam portat olus uentrisque soluti
Truditur e medio esitiata nitens.
Fulcit utrumque latus turdus cum turture pinguis
†Multaque perniferum corpore pandit opus.
Quis non credat ecum Graiam celasse phalangem,
Si paruus tantas anser habet latebras?
Plura saginato conclusit fercula capso
Aucupia et pulpas ducere docta manus.
Intus inest quodcumque placet; crescitque uoluptas,
Cum scisso multas pectore prodit opes.
Cedat Cecropii lasciuans bucula fabri,
Qua consuerat amor claudere Pasiphaen;
Cedat et ille, dolo sollers quem struxit Epeus,
Qui grauidus bellis Pergama soluit ecus.
Maiorem in paruo haec monstrat fabrica technam;
Vna capit totas anseris arca dapes.

175. 1 *cf. Catull.* 76, 15. 2 tepidibus *A* uabor *A* 176. cupia *A* copiam *scripsi* cupedia *Burm.* 2 mens e *A* torridus *A*, *corr. L. Müller. ann. philol.* 1866 *p.* 556 addit *id.* 4 midio esitiata *A*. isiciata *Gronouius* 5 fulgit *A* 6 penniferum *edd. num* condit? 7 falangem *A* 10 Hocupiat pulpas *A*, *corr. Toll.* doctas *A* 12 apes *A* aues *Burm.* 13 lascibans *A* 14 passimfaem *A* 15 dolos *A* efeos *A* 17 maiorem *Toll.* maiora *A* paruu *A*, *corr.* *A*[1] parua *a* tegnã *A* 18 tota · sanseris *A*

177

De Pyrrho B. I 101. M. 639

Placat busta patris iugulata uirgine Pyrrhus
  Dilectasque litat Manibus inferias.
Sors noua: nymphigenae uotum post fata † meretur;
  Quam pepigit thalamis, hanc habet in tumulis.

178

De balneis cuiusdam pauperis B. III 47. M. 903

Vita opibus tenuis, sed paruo in cespite sollers
  Fundauit gemino munere delicias.
Nam noua [in] angusto erexit balnea campo, *p. 96*
  Edulibusque uirens fetibus hortus olet.
Quae natura negat, confert industria paucis:
  Vix sunt diuitibus, quae bona pauper habet.

179

Aliter B. III 48. M. 904

Paruula succinctis ornauit iugera Bais
  Vrbanos callens fundere Vita locos.
Hic quoque pomiferum coniunxit sedulus hortum,
  Qui uario auctorem gramine diues alat.
Rus gratum domino duplici iam munere constat:
  Hinc capitur uictus, sumitur inde salus.

177. De pirro *A* 1 pirrus *A* 3 nim fige.ne *A* 4 pepigi *A* 178. pauperi *A* 1 Vita *est nom. propr.* (*cf.* 179, 2) cespide *A* 3 noua congusto *A*; *corr.* *α* congesto *L. Muell.* 4 fedib; sortus *A* 5 *cf. Iuuenal. I* 79 'Si natura negat' *sqq. Corippus Iohann. praef.* 29: 'quos doctrina negat, confert uictoria uersus.' paruis *L. Muellerus, fort. recte* paucis *AC. an* parcis? *u.* 5—6 *in C fol.* 1 *u. Martiali tribuuntur* 179. 1 parbula subcinctis *A* Baiis *edd.* 2 urbanus *A*, *corr. Heins.* locus *A*, *corr.* *A*[1] lacus *Heins.* 3 *Num* His? ortū *A* 4 germine *Schrader* 5 dn̄o dublici *A*

180

B. V 166. M. 1096 **De sphinga**

Ales uirgo leo creuit de sanguine Lai,
  Thebano nascens et peritura malo.
Haec fecit thalamos Edipum conscendere matris,
  Vt prolem incestam mutua dextra necet.

181

B. V 162. M. 1093 **De catto qui comedens picam mortuus est**

Mordaces morsu solitus consumere mures
  Inuisum et domibus perdere dente genus
Cattus in obscuro cepit pro sorice picam
  Multiloquumque uorax sorbuit ore caput.
Poena tamen praesens praedonem plectit edacem,
  Nam claudunt rabidam cornea labra gulam.
Faucibus obsessis uitalis semita cessit
  Et satur escali uulnere raptor obit.
Non habet exemplum uolucris uindicta peremtae:
  Hostem pica suum mortua discruciat.

182

B. III 163. M. 943 **De Aegyptio**

Exoriente die noctis processit alumnus.
  Sub radiis Phoebi solus habet tenebras. *p. 97*

180. De sfinga *A* De spKinga *B* 1 lea *A* deuit *B* de *om. B* Laii *edd.* 2theuano *A* 3 thalamo s. idippũ *A* thalamus sidippũ *B* Oedipum *uulgo* concedere *B* 4 dextrã *A* necit *A*, *corr. A*[1] 181. cattu *AB* catto *A*[1](*a*?)*V* spica *A* comedit piccã *sqq. V* 1 murdaces *A*, *corr. A*[1] (*a*?) 3 coepit *BV* surice *A* sorice *V* pigã *A*. *u. 3 in cod. cuiusdam Leidensis glossario ut* 'Sophoclis' *laudatur* (*ubi* catus in obscuris). *cf. praef.* 4 multilocumq; *A* uerax *V*, *corr. m. sec.* 5 pęna *AB* edacim *V*, *corr. m. sec.* 6 rauidã *A* rapidam *B* guilã *AV* 7 ce^s^sit *B*. *num* cessat? 8 captor *B* obi *V* 9 uolucres uendicta *B* pemit *A* parente *B* phente *V* perenne *Binetus* 10 mortuũ *A* discrutiat *V* 182. De aegypto *B* De egyptio *A* 1 noctis noctis*B* alũnis *ABV*, *corr. V m. sec.* 2 fębi *A* foebi *BV* ha&b& *B*

Coruus carbo cinis: concordant †multa colori.
Quod legeris nomen, conuenit: Aethiopis.

183

Aliter B. III 162. M. 942

Faex Garamantarum nostrum processit ad axem
Et piceo gaudet corpore uerna niger,
Quem nisi uox hominem labris emissa sonaret,
Terrerent uisos horrida labra uiros.
Dira, Adrumeta, tuum rapiant sibi Tartara monstrum;
Custodem hunc Ditis debet habere domus.

184

De Telepho B. I 99. M. 185

Telephus, excellens Alcidis pignus et Augae,
Externae sortis bella inopina tulit.
Nam Grai Troiam peterent cum mille carinis
Tangeret et classis litus adacta suum,
Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli,
Scyria pugnanti perculit hasta femur.
Pro cuius cura consultus dixit Apollo,
Hostica quod salubrem cuspis haberet opem.
Mox precibus flexi Pelidae robore raso,
Iniecto membris puluere plaga fugit.
Monstrant fata uiri uario miracula casu:
Vnde datum est uulnus, contigit inde salus.

3 corb' *A* carbo] corbu *B* caruo *V*, *corr. m. sec.* 'cordant *A* (' *ab a additum puto*) colore *a* 4 nom̃ *V* etiopi *A* ethiopi *B* ethiopis *V*

183. Fex garamentarũ *A* Fen caramentarũ *B* 2 pigeo *A* corpora *B* 3 emisa *B* sonareñt *A*, *Verg. Aen. I* 328 'nec uox hominem sonat.' 5 atramenta *A* adramenta *B* tũ *AB* siui *A* 6 costode *A* 184. De Telefo *AB* 1 Telefus *AB* Alcidae *Heins.* auge *A* 2 sorsis *A* inoppina *A* 3 Graii *edd.* pederent *A* 4 glassis *A* clasis *B* suum] nouum? 5 occurret *A*, *corr.* A^1 occurrent *B* pugna acilli *B* 6 syria *AB* pugnata *B*, *sed corr.* asta *AB* 8 quo *A* 9 f^{1}exi *A* sato *B* sacro *uulgo* 10 et membris *Heins.* pl.] membra *A* fuit *B* 11 monstrans *B*, *sed corr.* cas' *B* 12 uultus *B*, *sed corr.* contingit *A*

185

B. V 187. M. 1117 **De cicindelo**

Igniculus tenuis pingui fulcitur oliuo,
Vt frangat tenebras luminis igne sui.

186

B. V 169. M. 1099 **De capris** *p. 98*

Lenaeos latices hircorum tergora gestant,
Fitque caper Bromio, fuerat qui uictima, carcer.

187

B. V 170. M. 1100 **Aliter**

Barbati pecoris uulgus per rura uagatur,
Pampineum gaudens laedere dente nemus.
Omnibus hinc aris Baccho caper hostia fertur
Puniturque sacro munere culpa gregis.

188

B. V 171. M. 1101 **Aliter**

Sanguine Cinyphio placantur templa Lyaei,
Caprigenum cui fit uictima iusta pecus.
Sed licet ulcisci nequeant animalia diuos
Nec possit reddi talio numinibus,
Est uindicta capris: cassatur nomine Liber,
Cum hircino aduersus clauditur utre deus.

189

B. I 107. M. 641 **De Memnone**

Filius Aurorae, Phoebi nascentis alumnus,
Producit gentis milia tetra suae.
Succurrens fessis fausto non omine Teucris
Pergit Pelidae protinus ense mori.

185. *Num* De cicindela? 1 tenui *A* 186. 1 gestans *A* 2 qui] quae *edd.* 187. 3 *cf. Verg. Georg. II* 378 *sqq.* bacco *A* 188. 1 cinifio *A* liei *A* 4 possint reddit. alio *A* 189. De mennone *A* 1 foebi *A* 3 homine *A*, *corr.* A^1 (*an a*?) 4 prodinus sense *A*

Iam tunc monstratur, maneat qui Pergama casus,
  Cum nigrum Priamus suscipit auxilium.

190

De Bumbulo

B. V 195. M. 1124

Nominis et formae pariter ludibria gestans
  Conuentus nostros, Bumbule, paruus adis.
Sed ratio est mixtus longis Pygmaeus in armis,
  Ne te deprensum grus peregrina uoret.
Nec frustra ostendis proprio placuisse parenti,
  Quod turpis nomen sumpseris heniochi.
Ille habuit doctas circi prostare puellas;
  Te duce lasciuae nocte fricantur anus.

191

Aliter

B. V 196. M. 1125

Dum sis patris heres teneas et, Bumbule, censum *p. 99*
Vtile nec tibi sit, pietas si laesa probetur,
Das operam proprio auctori aduersus haberi.
Discordat multum contra suscepta uoluntas;
Dilexit genitor prasinum, te russeus intrat.

192

De tabula

B. III 76. M. 914

Discolor ancipiti sub iactu calculus adstat
  Decertantque simul candidus atque rubens.
Qui quamuis parili scriptorum tramite currant,
  Is capiet palmam, quem bona fata iuuant.

5 nunc *Burm.* 190. De bũbolo *A* (bumbalo *α*, *et sic infra*). *Nomen proprium puto.* 2 bumbule (*sic*) parb; *A* 3 pigmeus *A* 5 probrio *A* 6 enioci *A* 7 aluit *et* circo *Burm.* prostrare *A* 191. 1 sensũ *A*, *corr. Heins.* 3 probrio autori *A* aberi *A* 4 uolũtas *A* 192. 1 ancipitis *AB* cauculus *A* astat *AB* 2 adq; *A* rubens *A*, *sed* robens A^1 proueus *B* 3 parilis *AB* tramide currat *A* 4 his *AB fort. recte* capi^{e}t *A* capiat *B* iubant *AB*

193

B. III 77. M. 915

Aliter

In parte alueoli pyrgus uelut urna resedit,
  Qui uomit internis tesserulas gradibus,
Sub quarum iactu discordans calculus exit
  Certantesque fouet sors uariata duos.
Hic proprium faciunt [ars] et fortuna periclum:
  Haec cauet aduersis casibus, illa fauet.
Conposita est tabulae nunc talis formula belli,
  Cuius missa facit tessera principium.
Ludentes uario exercent proelia talo,
  Russeus an nitidus praemia sorte ferat.
Pascitur a multis auide damnosa uoluptas,
  Ne foedet gliscens otia segnities,
Hoc opus inuentor nimie Palamedes amauit
  Et parili excellens Mucius ingenio.

194

B. III 78. M. 931

Aliter

Indica materies blandum certamen amicis
  Offert, sed belli fert simulacra tamen.
Namque acie aequali concurrit russeus albo,
  Vt grauibus damnis se domet alteruter, p.100
Contorquet uarios alternans tessera missus
  Fataque ludentum collis et ima probant.
Pax ac pugna simul ludo iunguntur in unum,
  Cum uicti spoliis uictor amicus ouat.

193. 1 pirgus *A* 3 cauculus *A* 4 fouit · sor *A* 5 ars *add. a* furtuna *A* (*sic*) 6 abet aduersus *A* fouet *A*. *A u*. 7 *nouum carmen incipit Scriuerius* 7 malis formola bellis *A* 9 Exercent uario ludentes *Oud.* praelia *edd.* fato *Salm.* 10 niditus *A* 11 auida *A* 12 nec fedet *A* 13 nimium *Salmas.* 194 2 sed *Scriuer.* se *A* 3 russeos *A* 5 tesera *A* 6 ludensum *A*, *corr.* A^{1} colus et urna *Salmas.* probat *A* 7 ac] et *edd.* 8 con uicti *A* obat *ex* ouat *A*

195

De elephanto B. V 145. M. 1081

Horrida cornuto procedit belụa rostro,
  Quam diues nostris India misit oris.
Sed licet inmani pugnet proboscide barrus
  Spondeat et saeuis dentibus interitum,
Fert tamen edomitus residentis iussa magistri,
  Quoque uelit monitor, cogitur ire ferus.
Vis humana potest rabiem mutare ferinam:
  Ecce hominem paruum belua magna timet.

196

Aliter B. V 144. M. 1080

Monstrorum princeps elephans proboscide saeuus
  Horret mole nigra, dente micat niueo.
Sed uario fugienda malo cum belua gliscat,
  Est tamen expertis mors pretiosa feri.
Nam quae conspicimus montani roboris ossa,
  Humanis ueniunt usibus apta satis.
Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,
  Discolor et tabulae calculus inde datur.
Haec est humanae semper mutatio sortis:
  Fit moriens ludus, qui fuit ante pauor.

197

De circensibus B. III 15. M. 891

Circus imago poli, formam cui docta uetustas
  Condidit et numeros limitis aetherei.

195. De elefanto *A* 1 Orrida cornudo *A* uelua *A* 2 oris *A* (horis *a*) 3 inmanib; pugnęt prouoscide uarrus *A* 5 etdomitus residenti *A* 7 rauie *A*. *num* mĭtigare? (*cf.* ŏris *u.* 2) 196. De e(ae *V*)lefanto *BV* 1 Moustrum *B* elefans *ABV* prouoscide sęb; *A* pboscide seuum *B* pmucide s, *om.* aeuus, *V* 2 orret *A* horret et *B* nigra mole *BV* nigram · modo *A* lente *A* niueñeo *A* 3 uelua *A* belḷua *V* 4 ex certis *ABV*, *corr. Burm. senior* mons *A* preciosa *ABV* 5 q; *ABV* conpicimus *B* montanis roboreis *A* 7. 8 *om. V* 7 consolib; exceptrum *B* 8 cauculus *A* 9 mutacio *A* motatio *V* mortis *BV* 197. De circ.] pderit ex paruis acinos potare sabucis *add. m. sec. in mg. ima B* 2 condedit *A* et] ad *Barthius* etherei *A*

Nam duodenigenas ostendunt ostia menses
  Quaeque meat cursim aureus astra iubar. *p.101*
Tempora cornipedes referunt, elementa colores;
  Auriga, ut Phoebus, quattuor †aptat equos.
Cardinibus propriis includunt septa quadrigas,
  Ianus uexillum quas iubet ire leuans.
Ast ubi panduntur funduntque repagula currus
  Vnus et ante omnes cogitat ire prius,
Metarum tendunt circumdare cursibus orbes;
  Namque axes gemini ortum obitumque †docent.
Iamque his Euripus quasi magnum interiacet aequor
  Et medius centri summus obliscus adest.
Septem etiam gyris claudunt certamina palmae,
  Quot caelum stringunt cingula sorte pari.
Lunae biga datur semper Solique quadriga,
  Castoribus simpli rite dicantur equi.
Diuinis constant nostra spectacula rebus,
  Gratia magna quibus creuit honore deum.

198

Verba Achillis in parthenone, cum tubam
B. I 89. M. 695 **Diomedis audisset**

Vana uelut cautae surgens formido parenti
Femineos iuuenem iussit me sumere cultus
Et celare uirum falso per tegmina sexu.
Vnde ego lanificas temptaui inglorius artes

3 duodecim annis genas *AB*, *corr. Heins.* hostea *A* hostia *B* 4 mea *A* atra *AB* 5 cornipites referunt ẗ *A* reseř *B* 6 fębus *A* foebus *B* u habet *A* aptet *B* 7 probriis *A* quadrigis *AB* 8 ianis *B* qua *Heins.* iubat uie lebans *B* 9 recula *A* cursus *AB* 10 cogitur *AB*, *corr. Schrader* prior *B* 11 condunt *B* orues *A* orbis *B* 12 gemin *A* hortum *B* ducunt *A* 13 Namque *AB*, *corr. Pithoeus* Atque *Salm.* interiuu& *B* 14 sumus oboliscus *B* adit *AB*, *correxi.* 15 septe *B* guiris *AB*. *num* gyri? planę *B* 16 Quod *AB* 17 biga] iugu *B* 19 nostrae *B* nostra haec *Pith.* 20 grata *B* creuit *om. A* dm̃ *A*, *om. B* 198. in partenona dũ tuba diumedis *A* 2 fimeneos *A* 3 falsos *A* sexus *A*, *corr. Duebner. ed. Stat. II p.* 357. falsi *Burm.* 4 temtaui *A*

Virgineisque toris carpenda ad uellera inhaesi.
Nunc autem proprium seruans natura uigorem
Conpellit fluxos umeris depellere amictus.
Dum nos bella uocent rauco clangore tubarum,
Mens quatitur saeuusque fouet praecordia Mauors.
Rumpe moras omnes, feruens in praelia uirtus,
Nec fuerit latuisse meum! si classica temno, *p. 102*
Dilexi latebras neque ulla est culpa parentis.
Nam cum respicio quo sim de semine cretus
Semiferique animo recolo praecepta magistri,
Nec puerum decuit muliebri pectora peplo
Induere et teneram gressu simulare puellam.
Nunc igitur crescens annis sapientior aetas
Deuouit Marti tenuit quae corda Cupido,
Belligerumque deum cum mens tum membra secuntur.
Stamina linquentes currant ad spicula palmae
Terrificumque caput praefixa casside mitram
Pellat et † in gracili decorentur tempora ferro;
Arma tegant nostrum potius quam suppara corpus.
A telis ad tela decet transire iuuentam
Atque hostes gladio quam lanas fundere fuso.
[Ten]uia loricae cedant multicia forti
Splendeat et raptus proiecto pectine mucro;
Contemtis radiis onerentur brachia pilis,
Clausa diu thalamo reddamus pectora campo.
Praesumit certam uirtus sibi conscia palmam
Ac dubios gaudet perferre interrita casus:
Nil metuit, qui magna cupit. constantia mentis
Fata domat, nec iam potis est Fortuna nocere

5 inesi *A* 6 probriũ *A*. *num legendum* reserans? 8 uocant *α* 10 prelia *A* 12 neque enim ulla *Heinsius*. *num* neque culpa est ulla? 14 animi *A*, *corr. a* animis *Duebn.* 15 peblo *A* 18 q; *A* 19 dm̃ *A* tum] nunc *A*, *corr. α* 20 liquentes *A* 21 mitra *A* 22 in] hinc *Schrad.* *num* ingracili? *an* et ipsa graui? decurentur *A* 23 sipara *A*, *corr. Burm.* 24 decit *A* 25 adq; *A* fusa *A* 26 Uia loriceędant *A*, *corr. a et α* Licia *Heins.* 27 mugro *A* 28 bracia *A* 29 talamo *A* 31 Hac dubius *A* 32 metuat *A*, *corr. Schraderus* 33 domant *A* iam] enim *Burm.* furtuna *A*

Securo mortis, cui non sunt bella timori.
Fortibus una uiris parilisque per omnia sors est,
Aut palmae aut leti pugnando adquirere laudem.
Cernere iam uideor, quanta mercede cruoris
Constabit raptus Paridi crimenque iacenti,
Obuia cristatus cum sparserit agmina uertex
Et solo aspectu claudentur Pergama nostro; *p. 103*
Cumque nouus uisos bellator fudero Teucros,
Multa trahet Xanthi Troiana cadauera gurges
Maioremque feret cultorum sanguine cursum. —
  Sed mihi quis referat: ‘Tu, quem praesaga creatrix
Subducens fatis alieni schemate sexus
Ad Lycomedeos fecit transire penates
Depositumque suum maluit committere blandis
Virginibus, ne, te rapiat si Martius ardor,
Orbatam crucies non uiso funere matrem:
Vadis in arma ferox thalamum natumque relinquens
Nec uenit in mentem, quantum mereatur amorem,
Quae te prima uirum conlato pectore fecit?
Is ad bella libens, ubi quaeritur alea mortis,
Nec spondet certam tristis Bellona salutem!’
Sed Danais comes esse placet sociumque pericli
Pro famae titulis meliori adiungere causae.
‘Scilicet ut coniunx uiduo reddatur Atridi,
Procumbat uilis Teucrorum uictima Achilles!’
Aufer, iners monitor, turpis fomenta medellae
Meque sine proprio sectari praelia sensu.
Non ita me genitor praeclarus nomine Peleus

38 constauit *A* iacent *A* 89 obbia *et* consparserit hacmina *A*, *corr.* *α* 41 nouu (s *supra*) *A* nouo (s *supra*) *A*¹ uisos *Wakkerus* fusos *A* cum nouus effusos *α* fessos *Higtius* 42 trait sc̃i *A*, *corr. Heins.* 43 caesorum *Burm.* *num* pulsorum? 44 tu quę presaga creatoris *A* quum te *Schraderus* 45 scematis *A* 46 licomedeos *A* 47 uoluit *Schrad.* 48 nec te *A* si *Duebn.* sic *A* 49 ut crucies *α* non uiso *A*. *num* inuiso? 50 talamũ *A* 51 amore *A* 54 spondit *A* tristris *A* 55 Danai *A* comitem *Burm.* placit *A* socium (q; *supra*) *A m. pr.* 57 ut consuiduo *A* atriti *A*, *corr.* *A*¹ Atridae *Meyerus* 60 probrio *A*

Aut dilecta Ioui fudit Thetis alma sub auras,
Degener ut lateam primaeuo in flore iuuentae
Maior et ignauo tantum mihi torpeat aetas
Abstrudamque toris iam debita pectora castris,
Cum manus Argiuum ultricia iuret in arma.
Denique cum promtum ruat in certamina uulgus,
Solus ego in cunctis infami carcere clausus
Subducar pugnae? quanto tolerabo pudore *p. 104*
Me non ferre pedem, quo fert Thersites, in omni
Parte miser, forma breuior menteque fugaci?
Absit ab ingenio ac uiribus Aeacidarum,
Vt dubitem pro laude mori metuamque supremum
Quem dat Parca diem. mihi nam lux amplior illa est,
Quae uirtute cluit, quae nescit claustra sepulchri.
Namque hominis semper meritorum lege perenni,
Quam breuiat fatum, propagat gloria uitam.
Ergo animus fidens in Dardana saeuiat arma
Nec mihi iam gemini dilectus pigneris obstet:
Deidamiam Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit
Visuros nostrum reditum celeremque triumphum.
Me pudor hortatur rapere in certamina gressus:
'Ferre potes, quaecumque labans successibus aetas
Exigit'. obseruans matris praecepta uerendae
Induxi molles habitus uelut edita uirgo;
Lusimus et tactis modulantes carmina chordis.
Virtuti adsurgat, fuerat quaecumque uoluptas;
Succedat ferrum citharae. quod nutrit amores,
Depensum est Veneri; reddamus cetera Marti.

62 fodit tetis *A* 63 iuuentẽ *A* 64 turpeat *A* 65 abstrutamq; *A* deuita *A* 66 uictricia *Burm.* luderet n arma *A*, *corr. Duebn.* ducat *Schrad.* ludat *α*. *num* uadat? 67 prumtũ *A* 70 tersites *A* 72 hac *A* ęacitarum *A* 73 Vt diuitem *A* 'dubitem uel uitem' *a* Deuitem *Heins.* suppremũ *A* 74 illa *Burm.* ulla *A* 75 fluet *A* cluit *Higtius* sepulchri *sic A* 77 quem *A* uitum *A* 80 pirrumq; *A* sciros *A* 81 redditum *A.* *num* celebremque? triumfũ *A* 82 ortatur *A* 83 potes *A*, *corr. Burm.* potis *id.* q; cumq; *A* 84 ex'gi *A* exigua *α* exigit *Duebn.* 85 moles *A*, *corr. a* 86 cordis *A* 88 citare *A*

199

B. M. —

VESPAE

Iudicium coci et pistoris iudice Vulcano

Ter ternae, uarias cunctae quae traditis artes,
Linquite Pierios colles et scribite mecum.
Ille ego Vespa precor, cui diuae saepe dedistis
Per multas urbes populo spectante fauorem.
Scribere maius opus et dulcia carmina quaero,
Nec mel erit solum: aliquid quoque iuris habebit.
  Contendit pistor, cocus est contrarius illi, p. 105
His est Vulcanus iudex, qui nouit utrosque.
Ad causam pistor procedit primus agendam,
Canitiem capiti toti praebente farina:
  'Numina per Cereris iuro, per Apollinis arcus!
Miror enim (fateor), et iam uix credere possum,
Quod cocus iste mihi sit respondere paratus,
De cuius manibus semper fit panis †sadullus,
Quisue sit utilior, audet contendere mecum.
Sunt testes anni faustae Ianique kalendae,
Quique meum studium per Saturnalia norunt.
Quorum epulas semper rerum commendo paratu.
Sis memor, o Saturne, tuis quod praesto diebus,
Et me prae studio trepidum tu numine firma,
Aurea coeperunt sub te quod saecula farre.
Denique si Cereris non tu pia dona dedisses,
Roderet adsidue cocus iste sub ilice glandes.

199. Incipit (*om. A*) iudiciũ coci et pistoris uespe iudici (iudice *B*) uulgano *AB*. 1 terrenae *B* cuncta (cunctae *a*) q; *A* cuncte q; tradidit *B* 2 pieros *B* 3 cu *A* dedisti *B* 8 uulganus *AB* 10 toto *AB* 11 par cereris *B* apullinis *A*, *corr. a* arcu *B* arcum *Pith.* 12 Moror *B* 12 *sq.* possum — respondere *om. B*, *edd.* 14 sat (sad *A*[1]) ullus *A* aut ullus *B* an ullus *Pith.* adustus? 15 quisue *A* quiue *B* meum *B* 16 faustęq; iani *A* fauste Ianique kalende *B* 18 commedo *B* comendo paratū *A* 19 Saturno *A*, *corr. A*[1] saturnie *B* 20 tuo *B* nomine *A* 21 cęperunt *A* quoque *B* quoq; secula ferrę *A* ferre *B*, *corr. Barth.* 22 pica *B* dona *B*, *om. A* (iura *a*) 23 adsiduae *B* illice *A*

Nempe opus est cunctis panis, quem nemo recusat;
Quo sine quas possunt mortales ponere cenas?
Qui uires tribuit, qui primum poscitur, hic est,
Quem serit agricola, quem maximus educat aether.
Hunc pater Aeneas Troianis uexit ab oris,
Nil sine quo tua iura ualent, ingrate cumine.
Prouocor ut dicam: mihi panem tu, coce, temptas,
Quem docuit notus Cerealis fingere panes
Vrbe Placentinus, cunctas qui tradidit artes.
Pythagoras populo nescis quae suaserit olim?
Mandere ne uellent mixto cum sanguine carnes.
'Si iugulatis oues, quid erit quod uestiat?' inquit,
'Mactentur uituli: nec erit iam uomeris usus *p. 106*
Nec segetum fecunda dabit sua munera tellus.'
Set temere facio, si te, coce, conparo nobis,
Cum possim, numen quodcumque potest superorum.
Iuppiter ipse tonat: tono, cum molo, sic ego pistor.
Mars subigit bello multas cum sanguine gentes:
Pistor ego macto flauas sine sanguine messes.
Tympana habet Cybele: sunt et mihi tympana cribri;
Thyrsides Satyros: facio et saturos ego plures;
Illum praecedunt Panes: facio mihi panes.
Quidque etiam manibus nostris non dulce paratur?
Nos facimus populo studiose coptoplacentas,
Nos adipata damus, nos grata canopica nobis,
Crustula nos Iano; sponsae mustacia mitto.
Nouerunt omnes pistorum dulcia facta:
Nouerunt multi crudelia facta cocorum.

25 quos in equas *A* mortale *B* 26 primus *B* 27 agricula *A*, *corr.* A^1 *uel a* 29 Nil *ego* tu *A* te *B* me *Pith.* comina *A* cumina *B* 30 dicam militonem tu roso temtas *AB* (temptas *B*), *correxi* 31 cereales *a* 32 tradedit *A* 33 pitagoras *AB* suaserat *B* 35 quid] quod *B* inquid *A* 37 facunda *B* 38 Et *AB* coci *A*, *corr.* A^1 comparo *B* 39 posun *B* quocumq; *A* 40 ulo *A* illo *a* molo *B*. *num* uolo? 41 subit *B* 43 timpana *bis A* ciuile *A* cibile *B* 44 tyrsiden *A* tirsit ten satiros *B* ficio et *A* saturo *AB* 46 quidue *AB* etia *B* 47 populos *B* copto *Wernsd.* comte *A* compto *B* 48 adipada *A* 49 Caio *Barth.* mittu *A*, *corr.* A^1

Tu facis in tenebris miserum prandere Thyestem;
Nescius ut Tereus cenet, facis, inprobe, natum;
Tu facis, in lucis ut cantet tristis aëdon
Maestaque sub tecto sua murmuret acta chelidon.
Talia si numquam feci nec talia suasi,
Ordine primus ero, dignus quem palma sequatur.'
  Conticuit pistor. coepit cocus ordine fari,
Ora niger studio, faciem mutante fauilla:
'Si uerbis pistor damnauit iura cocorum,
Qui semper multis dicit se uendere fumum,
Illi ne credas aliquid, quia fingere nouit,
Stat qui sub saxo quasi Sisyphus atque laborat,
Denique qui tantum de melle et polline fingit
Has quas iactat opes. nobis quae copia, dicam. p.107
Silua feras tribuit, pisces mare et aura uolucres,
Dat uinum Bromius, Pallas mihi praestat oliuam
Datque sues Calydona et saepe ego condio dammas,
Saepe etiam perdix iacet et Iunonius ales,
Gemmatam pinnis solitus producere caudam.
Certe quem extollit, quem laudat saepius ille,
Ille tuus panis sine nobis, crede, placere
Solus non poterit, nec si sit melleus ipse.
Quis me non laudet sternentem pisce patellas,
Cum positus madeat deceptus ab aequore rombus?
Sed similem superis ego me magis esse docebo.
Est Bromio Pentheus: est et mihi de boue Pentheus.

52 tiestẽ *A* uertem *B* 53 ut erius cenet *B* cenit *A*, *corr. a* improbe *B* 54 canęt *B* ędon *A* edon *B* 55 murmoret *A* celidon *A* caeliedon *B* 56 nunquam *B* 58 cepit *A* 59 Hora *A* faciam *B* fabilla *A* 60 si ueruerbis *A*, *corr. a* dampnauit *B* 61 si *B* uindere *A* 63 sisifus *AB* liborẽt (a above) *A* 64 denuce *AB*, *correxi* 65 q; *AB* cupia *A* 66 silluas *A*, *corr. a* fera^s *A* auras *A*, *corr. a* uolocres *A* 67 promius *A* pellas *A* olibã *A* 68 calidona *A* calidon *B* et *om. B* condicio *B* dãmrs *A* ℞ *A in marg.* 70 gemmantem *B* 72 *sq. om. B, edd.* 72 *num nobis sine carne placere?* 73 si] sic *A* 75 adeat (m above) *A* 76 Sed *scripsi* Si *AB* simelem *A* 77 penteus *AB* de bobe *A* penteus *AB* pantix *Wernsd.*

Vritur Alcides flammis: conburor ad illas.
Sicut Neptuno, feruent in caccabo fluctus.
Nouit Apollo suas studiose tangere chordas:
Et mihi per digitos texuntur quam bene chordae!
Exseco sic gallos, quasi Berecynthia Gallos.
Partes quisque suas tollit, qui cenat aput me.
Vngellam †Ydippi, sycotum pono Promethei,
Pentheo pono caput, ficatum do Tityoni;
Solus aqualiculum reddi sibi Tantalus orat.
Ceruinam Actaeon tollit, Meleager aprinam,
Agninam Pelias, taurinam lingulus Aiax.
Orpheu, tu tollis chordas, Leandre lacertos;
Me sterilem Niobe, linguam Philomela rogant me.
Pluma Philocteta †meruit; rogat Icarus alas;
Bubula Pasiphae, Europe bubula poscit.
Auratam Danaae, cycnum bene condio Ledae.
Iam finem pugnae faciat sententia nobis.' *p. 108*
Vtque cocus pressit uocem, sic Mulciber infit:
'Es, coce, suauis homo; dulcis sed tu quoque, pistor.
Aequales dimitto deus, qui uos bene noui.
Consentite, boni (sine rixa uiuere dulce est),
Ne frigus faciam, si me subduxero uobis.'

78 ℞ *A in marg.* comnuror *B* ad ollas *B* 79 cacauos *B* 80 sua *A* cordas *AB* 81 cordę *A* corde *B* 82 Et seco *AB*, *corr. Barth.* quas *B* cum *add. Riuinus* uere quintia *A* (chinthia *a*) uero quintia galles *B* 83 isque su *om. B* tollet *AB* cęnat *A* apud *B* 84 unguellam hydippi *B* psico · tum *A* prometei (t *sup.* o *erasa*) *A* 85 penteo *AB* do titioni *AB* sycotum *uel* ficatum *est* ἧπαρ συκωτόν 86 aqualicolum *A* tanta uel orat *B* 87 tullit *A*, *corr.* A^1 aprimam *B* aprunam *Pith.* 88 peleas *B*. *num* limulus? 89 Orfeu *AB* tolle *A* cordas *AB* 90 nioue *AB* filomela *AB* rogat *B* 91 filocteta *AB*. *num* Ph-am reficit? itarus *A*, *corr.* A^1 alia *B* 92 bulbula *B* passife *AB* nubula *AB* 93 danegcygnem *B* cignum *A* 94 fiat *B* 95 pre^{s}sit *A* praesit *B* mulcifer *A* 96 homo] a *B* 97 nobi *ex* noui *A m. pr.* 98 boni *ego* uobis *AB* bonis *Barth.* Conueniat uobis *Wernsd.* rexa *A*.

200

[XVII] B. M. — **Peruigilium Veneris**

Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
Ver nouum, uer iam canorum. uere natus orbis est,
Vere concordant amores, uere nubunt alites
Et nemus comam resoluit de maritis imbribus 4
Et recentibus uirentes ducit umbras floribus. 58
Cras amorum copulatrix inter umbras arborum 5
Inplicat gazas uirentis de flagello myrteo,
Cras Dione iura dicit fulta sublimi throno.
Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet! 8
Ipsa gemmis purpurantem pingit annum floridis, 13
Ipsa surgentes papillas de fauoni spiritu
Vrget in toros patentes; ipsa roris lucidi, 15
Noctis aura quem relinquit, spargit umentis aquas.
Gutta praeceps orbe paruo sustinet casus suos 18
Et micant lacrimae trementes de caduco pondere. 17

200. LIBER GRĀMATON EX PLI CIT | XVI ∵ INCIPIT · PER · UIRGILIŨ · UENERIS | TROCAICO · METRO sunt uero | uersus. XXII *A. Inscr. om. B, sine interstitio post c.* 118. XVII *in mg. addidi.* Catullo *Aldus et Erasmus* (*cf. praef.*), Catullo Vrbicario *Scal.*, Senecae *Barthius ex ms. fictitio*, Floro *Wernsdorfius tribuerunt.* *u.* 2—8. 59—61. 9—12. 63—80. 13—39. 58. 40—57. 81—93 *Buechelerus* (*ed. L.* 1859) *posuit*, 1. 62. 72 *deleuit, intercalarem post* 16 *et* 21 *addidit.* *u.* 1—12. 40. 59—80. 13—27. 37—58 (*exc.* 40). 28—36. 81—93 *Bergkius*, *lacunis sex iniectis. Meum ordinem secutus sum.* 59—62 *inter* 8 *et* 9 *pos. Otto Muellerus.* 1 nũquā amabit *A*.am. cr.] cras amauit *B* 2 uere] uer *B* iouis est *A. cf. Verg. Georg. II* 336 *sqq.* 3 amaiores *B* nubent *B* 4 conam resoluet *B* 58 *huc pos. Maehly* (*phil. XXIII* 356 *sqq.*) rigentibus *AB*, *corr. Pith.* uergentes *B* ducat *B* duo ad umbra *A* 5 amorem *B* 6 gaza *A* casas *Pith.* uirentes *B* mirteo *A* 7 fultas sublime *A* trono *AB* 8 am^{e}at *B* quinq; *B* 13 gemmas *B* florib; *AB*, *corr. Rigler.* 14 surgentis *B* faboni *AB* sp^{u}aritu *B* 15 urguet *B* toros *Lips.* notos penates *A* totos pentes *B*, *em. Ribbeck mus. rh. XIV* 324 nodos tepentes *ed. Lips.* 1852 ipsas *A* 16 relinquid *B* tumentis *A* tum̃tis *B* 18 urbe *A* sustine *A* 17 mecanat *B* micauat lacrimas tr^{e}mentes *A* Emicant *O. Muell.* cadũ *B*

En pudorem florulentae prodiderunt purpurae!
Vmor ille, quem serenis astra rorant noctibus,
Mane uirgineas papillas soluet umenti peplo.
Ipsa iussit, mane totae uirgines nubant rosae:
Facta Cypris de cruore deque Amoris osculis
Deque gemmis deque flammis deque solis purpuris
Cras ruborem, qui latebat ueste tectus, igneum
Vnica marita nocte non pudebit soluere.
    Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
Ipsa Nymphas, diua luco iussit ire myrteo:
31 'Ite Nymphae, posuit arma, feriatus est Amor.'
29 It puer comes puellis; nec tamen credi potest,
30 Esse Amorem feriatum, si sagittas uexerit.
'Iussus est inermis ire, nudus ire iussus est,
Neu quid arcu neu sagitta neu quid igne laederet.'
Sed tamen Nymphae cauete, quod Cupido pulcher est:
Totus est in armis idem quando nudus est Amor.
    Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!

. . . .

Conpari Venus pudore mittit ad te uirgines. *p. 110*
Vna res est quam rogamus: cede uirgo Delia,
Vt nemus sit incruentum de ferinis stragibus.

19 In *AB*, *em. Schulze* Hinc *Salmas.* pudore *A* purpore *A* pupure *B*   19 *sq. cf. Fulgentius myth. I p.* 11 *Munck.* 'Vbi guttas florulentas mane rorant purpurae; Vm. algens, q. s. a. sudant n.' humor *A* aštra *sic B* notibus *B*   21 uirgines *Lips.* papilla (i *ex* e) *B* soluit *AB* tumenti *A* um̃ti *B* undanti *Ribb.* urgenti *Maehly*   22 ip̃ *B* manet tute *A* tuę *B*, *em. Orell.* r[illegible]rose *B*   23 fusta *B* prius *AB* Cypris *pro* Cypridis *Scriu.* detque *B* oculis *B*   24 purporis *A* pupuris *B*   25 ruporem *sed corr. B* ignea *AB*, *correxi*   26 unico *Pith.* marito *B* nocte *ego* noto *A* nodo *B* pudent *B*   28 nimfas *AB* loco *B*   *u.* 31 *ante* 29 *pos. Maehly*   31 In te nimphe *A* nymfe *B* (*sic* 34)   29 Et *AB* comis *B* potẽ *A*   32 nudos *A* durus *B*   33 acuneo *B* digne *B*   34 nimfe *A* pulcer *A*   35 inermis *AB* si§ dẽ *A* Est in a. totus idem *Scriuer.*   36 que *om. B* amit *B*   *post* 37 *uersum cum Dianae inuocatione excidisse puto.*   38 unam *A* re *B*   39 nenus sit incruendum de ferim̃ıs *B* tragib; *A*   *post* 39 *pos. ed. Lips. a.* 1852 *uersum* 58

Ipsa uellet te rogare, si pudicam flecteret,
Ipsa uellet ut uenires, si deceret uirginem.
Iam tribus choros uideres feriatis noctibus
Congreges inter cateruas ire per saltus tuos
Floreas inter coronas, myrteas inter casas.
Nec Ceres nec Bacchus absunt nec poetarum deus.
Detinenda tota nox est, peruigilanda canticis.
Regnet in siluis Dione, tu recede Delia.
  Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
Iussit Hyblaeis tribunal stare diua floribus:
Praeses ipsa iura dicet, adsidebunt Gratiae.
Hybla totos funde flores, quidquid annus adtulit,
Hybla florum subde uestem, quantus Ennae campus est!
Ruris hic erunt puellae uel puellae montium
Quaeque siluas quae[que] lucos quaeque fontes incolunt.
Iussit omnes adsidere pueri mater alitis,
Iussit et nudo puellas nil Amori credere.
  Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet! 57
Cras erit, cum primus Aether copulauit nuptias. 59
Vt pater totis crearet uernis annum nubibus,
In sinum maritus imber fluxit almae coniugis,
Vnde fetus mixtus omnis aleret magno corpore.
Tunc cruore de superno spumeo pontus globo 9

40 *om.* *B* uelli te *A* erogare *Schulze* 41 uellit *A* ueniret *sed corr.* *B* diceret *B* 42 chorus *A* $\overset{h}{c}$oros *B* feriatos *Pith.* 44 myrteo *A* mysteas *B* 45 teres *B* baccus *A* baccas *B* potearum *A* deas *B* 46 detinente *A* detinent et *B* Detine te: *Orell.* peruiclanda *A* peruigila *B* 48 nũq *B* 49 hyblei *A* ybleis *B* 50 praesens *AB* dicit adsederunt *AB* 51. 52 hibla *AB* 51 totus fundet, *om.* flores, *A* quicquid annis *B* annos adtullit *A* 52 superestem *A* rumpereste *B* sume *Crusius* subde *Scriu.* messem *Scriu.* quant' *B* ethne *B* et nec *A* Ennae *Lipsius* Aetnae *Schulz.* 54 q; locos *B* quae locus *A* montes *AB*, *corr.* *Scriuer.* 55 om̃s *B* alitas *B* mater alitis dei *Buech.* 56 nullo *B* amoti *B* 59 quom *Buech.* quo *A* qui` *B* copolauit *A* 60 Iouis *Maehly* creauit *A* ueris *Sanadon* 61 aimber, a *erasa*, *A* fluctus alma et *B* 62 *cf.* *Verg. Georg. II* 327. ut *B* flętus *A* fletus *B* alteret *A* 9 tuno quiuore *B* superbo *A*, *corr.* *Dousa* superhuc *B* pont' de glouo *B*

10 Caerulas inter cateruas inter et bipedes equos
Fecit undantem Dionen †de maritis imbribus. *p. 109*
12 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
63 Ipsa uenas atque mentem permeanti spiritu
Intus occultis gubernat procreatrix uiribus, *p. 111*
65 Perque caelum perque terras perque pontum subditum
Peruium sui tenorem seminali tramite
Inbuit iussitque mundum nosse nascendi uias.
Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
Ipsa Troianos nepotes in Latinos transtulit,
70 Ipsa Laurentem puellam coniugem nato dedit
Moxque Marti de sacello dat pudicam uirginem
74 Romuli matrem, crearet ut nepotem Caesarem.
73 . . . . proque prole posterum
72 Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias,
73 Vnde Ramnes et Quirites . . . .
75 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
Rura fecundat uoluptas, rura Venerem sentiunt;
Ipse Amor puer Dionae rure natus dicitur.
Hunc ager cum parturiret ipsa suscepit sinu,
Ipsa florum delicatis educauit osculis.
80 Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!
Ecce iam super genestas explicant tauri latus,
Quisque tutus quo tenetur coniugali foedere.
Subter umbras cum maritis ecce balantum greges

10 uipedes *B* 11 dionem *A* dione *B* de m. imb. *del. Buech.* marinis *Riuinus* 12 am$\overset{e}{a}$t qui *B* 63 uernas *B* adque *A* permeante sũ *B* 64 ocultis *AB* gobernat procreatis *A* 65 que] quem *A bis* ꝑq; pontũ subdsubditum, subd *eras*, *A* 66 tenderẽ *A* 67 nosce *B* 69 nec potes *B* penates *Scriuer.* latino *B* transtulit *est mutauit*, *uertit* 70 ipa *A* 71 *sqq. ipsam rem spectans sic ordinaui.* 74 Romoli *AB* patrem *Lips.* Romulum patrem *Buech.* ut *ego* et *AB* 72 rumuleas *B* Romulares *Rigler* ipsas *A* sauinis *B* 73 samnes *A* rames *B* 76 facundat *B* 77 natu *A* 78 ꝑturiret *B* sinum *A* 79 deligatis *A* 80 $\overset{i}{q}$q; amat *B* 81 subter *Schrader, sed cf. Calp. Sic. ecl.* 1, 5. explicat aonii *AB*, *em. Pith.* 82 tuus *B* cum iugali federe *B* fędere *A* 83 s. ulmos *Maehly* ualantũ *B* gregis *A* gregum *B* *uersum deesse puto*

. . . .
Et canoras non tacere diua iussit alites.
Iam loquaces ore rauco stagna cycni perstrepunt,
Adsonat Terei puella subter umbram populi,
Vt putes motus amoris ore dici musico
Et neges queri sororem de marito barbaro.
  Illa cantat, nos tacemus. quando uer uenit meum?
Quando ÷ fiam ut chelidon, ut tacere desinam? *p. 112*
Perdidi Musam tacendo nec me Phoebus respicit.
Sic Amyclas cum tacerent perdidit silentium.
  Cras amet qui numquam amauit quique amauit cras amet!

201

B. I 91. M. 632

De Thetide

Pande manum, genetrix; totus tingatur Achilles!
  Tu facies natum mortis habere locum.

202

B. III 52. M. 928

De luco amoeno

Hic, Cytherea, tuo poteras cum Marte iacere:
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbris.

203

B. III 27. M. 383

LVXORII

In antas, in salutatorium domini regis

Hildirici regis fulget mirabile factum
  Arte opere ingenio diuitiis pretio.

84 canores *B* 85 stangna quinni *A* cigni *B* 86 adsonante aerei puellę//// supter *B* (p *in ras.*) popoli *B* 87 putas *B* mussico *A* musioco, *sed corr.*, *B* 88 Eet *B* queris *A* 89 quan uir *A* 90 faciam *B* uti *Riuinus. sed elisio uitanda in hoc c.* (*est in intercal.* 23.30.77). *Num* Q. fimus (*cf. u.* 89) ut ch.? Q. ego fiam ̣ ut ch. *Salm.* ceu *ed. Lips.* ce(cę *A*)lidon *AB* et *Bouhier* taceret̥ *B* 91 perdi[di] *A* musan *B* ne[c] *B* foebus *AB* Apollo *Thomasius* 92 amiclas *A* amidas *B* taceret *AB* perdedit *A*. Explicit peruirgilium Veneris *B*; *om. A*

201. De teti *A* 1 achillis *A* 2 facis *A*, *corr. a* 202. De lucameno *A* 2 uulganus proibetur *A. cf.* 272,3. 203. Luxuri *BV*, *om. A* anclas *ABV* antas *ego. del. L. Muell. cf. c.* 215. salutatoriu *A* dñ *A* doṁ *B* dicunt *B* 1 Hildirigi *A* Hildirici *B* Hildrici *V* tectum *Burm.* 2 precio *B*

Hinc radios sol ipse capit, quos huc dare possit:
Altera marmoribus creditur esse dies. —
Hic sine nube solum, nix iuncta et sparsa putatur;
Dum steterint, credas mergere posse pedes.

204

De Seruando medico

B. V 204. M. 1133

Seruandum spurcum medicum nostrumque medeurum,
Qui se Tartareo missum de carcere finxit,
Auctoritate tumens Orci, cui corpora mittit
Inperitus iners, haustu terrae repetendus!
Cum staret in medio, mox illi uoce superba
Burdonum ductor (paleas nam forte gerebat)
'Seruande infamis, Seruande zabule, pestis'
Aibat, 'Seruande canis, seruande catenis,
[O] Seruande meis semper seruande flagellis,
Seruande in parte misera nabrastanos aesis
Vitiualas ualmam uitiduis tanda uitritam
Capia feis gibatos enim transire uolebat.

205

De castellano

B. V 205. M. 1134

Castellane sorex cluacae, pressura tuorum *p. 113*
Horrida, caeca fames! cenum tibi bullit in ore,
Putredo et cancer·triuit dentesque †molasque.
Accipe, nariputens oris latrina, Philippe:

3 qđ huic *V* 5. 6 *om. A. fortasse nouum epigramma efficiunt.* 5 sine] si *B. num* sine labe? uincta *Heins.* 6 steteris *Pith.* 204—209. *multa obscura sunt.* 1 *num* notumque? 2 tartareum *A*, *corr. A*[1] 3 autoritate *A* tempora *Burm. ex apogr. Leid.* 4 ausus terrę repetam *A*, *correxi.* terrae *i. e. Orci.* 5 superua *A* 7 zabulus *est diabolus.* 8 aiebat *edd.* seruante catenis *A*· 9 O *om. A* 10—12 *sic* (*nisi quod* ęsis) *A. num* in partem miseram? 12 gibatos, o *ex* a *corr. m. pr.*, *A* gibatus *Burm.* 205. De castelliano *B* 1 duat epraesura *B* 2 horrita *A* ᵇore *B* 3 putreto *A* tribit *A* mălasque *Mey.*, *fort. recte* 4 accipi *B* nariputrens *Burm. fort. recte* horis *A* patrina *B* felippe *A* filippe *B*

Liuidus in rubro color est tibi, †cepula uultus,
Obscenitas frontem mortis sulcauit aratro,
Fistula sunt oculi, polypus de naribus horret
Inmanis, patitur putrido sub coniuge coniunx
Ac uiduam simul facit fortuna suorum.
Qua te cumque moues, os culum porrigis ultro;
Nam turpe est fetore graui, si forte loquaris;
Si taceas, fissis secessum naribus efflas.
Lasanus es plenus, guttur tibi grande fusorius est.

206

B. V 200. M. 1129

De Perpetuo

Parce, rapax epulis uehemens Perpetue glutto
Mensarumque uorax, omnis cui Cuiculi cessit
†Stultia qui maragas furto subducis ofellas.

207

B. V 202. M. 1131

De Crescituro

Cresciture ferox, ne quid tibi dorsa flagellis
Conscindat coniunx, iunctis tu pedibus adstas.

208

B. V 201. M. 1130

De Tautano

Tautane, infamem nulla quem coniuge captum
Spiritus inmundus subito praecordia torsit,
Vendere mancipium pulcrum commune theatro
. . . .

5 libidus *A* luridus *α* calor *B* es *A* 6 frontem *ex* frontes *corr. A* 7 polipus *B* filippus de narrib; *A* 8 Eu manes *A* Haemanes *B*, *correxi.* putido *B* coniuna *A* coniux *B* 9 Hac *B* similem fecit *Burm.* furtuna *A* 10 mobes · obsculũ *A* tu porrigis *B* 11 turpes *A* torpes *B* turpe est *scripsi* fedore grabi *A* 12 bissis *A* iussis sicessum moribus *B* fissis *ego* binis *edd.* 13 grand *B* ẽ *A. scribe* fusorius est tibi grandis, *ut iustus saltem fiat heptameter.*

206. 1 ueęmens *A* perpetuo *AB* glutto *A* gloto *B* 2 cui cicula *A* ciuicla *B* cui Sicula *α* cui Cuiculi (*urbs Africae: Cyprian. sent. episc.* 71) *ego* 3 *dedi ex A.* dulcia qui emaratas *B* madidas *α* subduces *A*, *corr. A*[1] 207. De Crescentino *α* 1 Cresciturę *A* 2 astas *A* 208. 1 Tautano *A* 2 percordia *A* 3 uenderẽ *A* comonet *A. finem deesse puto.*

209

De Abcare seruo dominico B. V 203. M. 1132

Regius est Abcar seruus, ÷palus hispidus ursus
Rana nanus strobilus palmus zeloceca cylindrus.
Piperis exigui formam uix corpore conples.
Pulicis e corio uestit te gunna profusa.
Ad maratros dabitur grandis formica caballus. *p. 114*
Polueris ut pilula breuis es, ut glomus hic erras.
Ast ubi dormieris, caueat castissima coniunx,
Erres ne subito mistus sub nocte tomento.
Lendis forma tibi, statu non transilis oua,
Aequalis piperi, par est tibi forma cumini,
Fasciarii pondus, longi pars summa telonis.
Sic sepiam pelagus crispanti uertice gestat,
Sic niger inpellit pilulas de stercore zinzar
Araneosque leues digitis pendens in stamine bulla.

210

FELICIS B. III 34. M. 291

De thermis Alianarum

Hic ubi conspicuis radiant nunc signa metallis
  Et nitido clarum marmore fulget opus,
Arida puluereo squalebat cespite tellus
  Litoreique soli uilis harena fuit.
Pulcra sed inmenso qui duxit culmina caelo,
  Ostendens pronis currere saxa iugis,
Publica rex populis Thrasamundus gaudia uouit,
  Prospera continuans numine saecla suo.

209. obcaro *B* sermo *A* 1 Abgar *Burm.* serb; *A* 2 natus *B* stropilus *A* cilindrus *AB* 3 comples *B* 4 ex orio *B* 5 maradros *B* formusca cauallus *B* 6 polueris *A*[1] (pulueris *A*) uolneris *B* brebis *A* est *B* 7 Ads ubi dormieri cueat *B* cabeat *A* 9 saltu *Burm.* oba *AB* 10 comîni *A* 11 *num* fasciculi? 12 pelacus *A* 13 impellit *B* pilulos *edd.* zinzor *B* 14 lebes *A* digitis *om. α, sed cf.* 205, 13 210. De terminis alianarũ felicis ūc. *A* 2 claro *A, corr. A*[1] 3 cespide *A* 4 litureq; *A*, *corr. Oud.* arena *A* 5 *num* eduxit? 6 *num* uiis? 7 thramundo *A* 8 nomina *A, corr. Schrader* omnia *Ruhnken* suis *A*, *corr. Schrader*

Paruit imperiis mutato lympha sapore
  Et dulcis fontes proluit unda nouos.
Expauit subitas Vulcanus surgere thermas,
  Et trepida flammas subdidit ipse manu.

211

B. III 35. M. 292

EIVSDEM
Aliter

Nobilis insultat Baiarum fabrica thermis
  Et duplicat radios fontibus aucta dies.
Hoc uno rex fecit opus Thrasamundus in anno,
  Inclita dans populis munera temporibus.
Hic senibus florens uirtus renouatur anhelis,
  Hic fessos artus uiua lauacra fouent. *p. 115*
Miscentur pariter sociis incendia lymphis
  Et gelidos imbres proximus ignis habet.
Vtilis hic flamma est et nullos pascitur artus
  Optaturque magis per noua uota calor.
Longior hic aegros morborum cura relinquit
  Nec lauat in uitreis hic moriturus aquis.

212

B. III 36. M. 293

EIVSDEM
Aliter

Regia praeclaras erexit iussio moles,
  Sensit et imperium calx lapis unda focus.
Inclusus Vulcanus aquis algentibus hic est
  Et pacem liquidis fontibus ignis habet.
Cum lymphis gelidis extat concordia flammae
  Ac stupet ardentes frigida nympha lacus.

9 limfas *A* 10 dulces *A* undas nobos *A* 11 termas *A* 12 flamas *A* 211. Aliter eiusdem *A. sic* 212. 213. 214. 1 balarũ *A* termis *A* 2 dublicat *A* 3 hic *A* hoc *Vossius* unus *A*, *corr. id.* trasamundus *A* 4 *num* parnis? paucis? 5 anelis *A* 6 labacra *A* 7 limphis *A* 9 flammęst et nullos (*corr. ex* nullis) *A* 12 labat *A* 212. 2 calz *A* 5 limfis *A* gestat cumcordia *A*. hic stat *α in mg.* extat *scripsi* constat *Schrader* 6 hac *A* nĩfa *A*

Vritur hic semper gaudens neque laeditur hospes
Et uegetat medicus pectora fota uapor.
Maxima sed quisquis patitur fastidia solis
Aut grauibus madido corpore torpet aquis,
His Thrasamundiacis properet se tinguere thermis:
Protinus effugiet tristis uterque labor.

213

EIVSDEM

B. III 37. M. 294

Aliter

Publica qui celsis educit moenia tectis,
Hic pia rex populis Thrasamundus uota dicauit,
Per quem cuncta suis consurgunt pulchra ruinis
Et noua transcendunt priscas fastigia sedes.
Hic quoque post sacram meritis altaribus aedem
Egregiasque aulas, quas grato erexit amore,
Condidit ingentes proprio sub nomine thermas.
Hic bonus inriguis decertat fontibus ignis,
Hic etiam ardentis [nemo] timet ora camini, *p. 116*
Plurimus hic imber gelidas adcommodat undas,
Hic aestus leuis est, hic nullum frigora terrent,
Hic geminata dies per candida marmora fulget.

214

EIVSDEM

B. III 33. M. 892

Aliter

Tranquillo nymfaę deCurrite fluminis ortV.
Hic proba flagranti sVccedite numina FoebO

7 hostes *A*, *corr. A*[1] 8 uegitat *A* tepidus *α* tota *Burm.* 9 proxima *L. Muell.* fastigia *id.* 10 turpet *A* 11 Hic *α* th] t *A* propere *A* termis *A* 12 prodinus *A* 213. 2 trasamundus *A* dicabit *A* 5 sacra *A*. meritis *corruptum?* 7 condedit *A* termas *A* 8 dertat *A* 9 *post* ardentis *lacuna quattuor litterarum in Aα* nemo *Oud.* 11 torrent *van Kooten* 12 gemina *A* marmore *A* 214. De termi alianarum *B*. *Artificium Porfirii more institutum*: *primarum litterarum acrostichon, undeuicesimarum mesostichon et tricesimarum septimarum telestichon, rubris in A litteris distincta* (*nisi quod* 1 DEcurrite 2 Succedite; *in B solum acrost. distinguitur*), *haec uerba formant:* Thrasamundus cunta innouat uota serenans. *Maius inscrr.*

Rupibus ex celsis, ubi Nunc fastigia surgunT
Aequanturque polo toTis praecelsa lauacrA
Sedibus. hic magnis exArdent marmora signiS,
Ardua sublimes praeuIncunt culmina termaE,
Muneraque eximius taNti dat liminis auctoR
Vnica continuae praeNoscens praemia famaE.
Non hic flamma nocet. uOtum dinoscite carmeN,
Discite uel quanto uiVat sub gurgite lymphA.
Vandalicum hic renouAt caro de semine nomeN,
Sub cuius titulo meriTis stat gratia factiS.

215

B. V 182. M. 1112

In antas

Vandalirice potens, gemini diadematis heres,
Ornasti proprium per facta ingentia nomen.
Belligeras acies domuit Theodosius ultor,
Captiuas facili reddens certamine gentes.
Aduersos placidis subiecit Honorius armis,
Cuius prosperitas melior fortissima fecit.
Ampla Valentiniani uirtus cognita mundo
Hostibus addictis ostenditur arce nepotis.

216

B. III 156. M. 940

Postulatio muneris

p. 211

Sic tibi florentes aequaeuo germine nati
Indolis aeternae sidera celsa petant, p. 212

christian. p. 350 *satis corrupte ex Pithoeo ut puto exhibet.* 1 Tranquillũ nimfę *A* nimfe *B* hortu *B* 2 huc *Oud.* succedituimine flebo *B* numine fębO *A* lumine *Heins.* lumina *L. Muell.* 4 Aaquanturquę *A* lauagrA *A* 5 Sedbus *A* 6 sublimes *B sic uel* sidereae *a* sedibus *A* praecingunt *Schrader* thermae *B* 7 eximiius *B* dant *B* luminis *AB*, *corr. Heins.* 8 Vni *B* 9 fama noce *B* bo(O *A*) tum *AB* dinuṣcitę *A* dentiscite *B* 10 quant// *A* quanta *B* uiBat *A* uiuat *B* limfaA *A* 11 renobAt *A* claro *A* clarum *B*, *em. L. Muell.* 215. In antas *ego*, *cf.* 203. In anclas *A* 1 Vand. *est Hildiricus rex.* 2 probriũ *A* 3 domoit *A* ultro *L. Muell.* 4 facile *A* certamina *A*, *corr.* A^1 5 placitis *A*. *num* rapidis? 7 ualentiani *A* 8 nepotes *A* 216. *In BV ante* 217 *extat.* postolatio *A* 1 tibi] s̃ *V*, *om.* *B* equebo *A* queuo *B* aqueum *V* 2 aetheriae *Schrader fort. recte* sidere *A* patent *B*, *corr. m. sec.*

Sic priscos uincant atauos clarosque parentes
Exuperent meritis saeclaque longa gerant,
Sic subolis numerum transcendat turba nepotum
Nobilibusque iuges gaudia tanta toris:
Ne sterilem praestes indigno munere Musam,
Vtque soles, largus carmina nostra foue,
Imperiis ut nostra tuis seruire Thalia
Possit et in melius personet icta chelys!

217 *p. 116*

Epistula. Amans amanti B. III 253. M. 163

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
Fundunt colla †rosas et cedit crinibus aurum, *p. 117*
Mollia purpureum depromunt ora ruborem
Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis,
Ac totus tibi seruit honos formaque dearum
Fulges et Venerem caelesti corpore uincis.
Argento stat facta manus digitisque tenellis
Serica fila trahens pretioso in stamine ludis.
Planta decens nescit modicos calcare lapillos
Et dura laedi scelus est uestigia terra;
Ipsa tuos cum ferre uelis per lilia gressus,
Nullos interimes leuiori pondere flores.
Guttura nunc aliae magnis[ue] monilibus ornent

3 uincan *V* umcanatabo *B* atabos *AV* *u.* 3. 4 *cf. infra c.* 254 *u.* 37. 36. 4 seclauq; *A* seglauce *BV* longarant *A* 5 sobolis *BV* 6 nobilisbusq; *A* nobilisque *V* riges *BV* gaudea *V*, *corr. m. sec.* 8 largos *A* fouet *A* 9 talia *AB* taetalis *V* possit *ad u.* 9 *A* 10 pessit *V*, *corr. m. sec.* iota *B* hicta *V* cęlis *ABV* Explicit *A* 217. Incipit epistl (aepistola *V*) *sqq.* *BV* 2 fundant *B* rosas] *potius* niues! cedunt *A* caedit criuib; *V* 3 Mellea *Binet.* purporeum *AV* roborem *A* 4 lacteque *B* amixtus sublimina *A* 5 honor *V* 6 fulgens et in Venerem (*sed corr.*) *B* uinges *A* uinces *BV* 7 firmā (.acta *supra*) *A* *m. pr.* digitusque *A* 8 sirica *B* silica *V* traens *A* precioso *B* in *om.* *BV*. *post* 8 *linea uacua V*. 9 nesc *V* capillos *A* 10 laedis caelum *V* 11 cum *A* con *BV* 12 nullis. herimes *V* nullos int erismes *B* 13 guttula *B* ue *add. Dousa* mollibus *B*

Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
Vel spoliata potes. nulli laudabile totum est:
In te cuncta probat, si quisquam cernere possit.
Sirenum cantus et dulcia plectra Thaliae
Ad uocem tacuisse rear, qua mella propagas
Dulcia et in miseros telum iacularis amoris.
Langueo deficio marcesco punior uror
Aestuo suspiro pereo debellor anhelo
Et graue uulnus alo nullo sanabile ferro.
Sed tua labra meo saeuum de corde dolorem
Depellant morbumque animae medicaminis huius
Cura fuget, ne tanta putres uiolentia neruos
Dissecet atque tuae moriar pro crimine causae.
Sed si hoc grande putas, saltem concede precanti,
Vt iam defunctum niueis ambire lacertis
Digneris uitamque mihi post fata reducas.

B. III 207. M. 979
Buech. Petron. fg. 43

218
[PETRONII]
De malis aureis amatori ab amata missis.

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
  Mittis et hirsutae munera castaneae. p. 118
Omnia grata putem; sed si magis ipsa uenires,
  Ornares donum, pulcra puella, tuum.
Tu licet adportes stringentia mala palatum,
  Tristia mandenti est melleus ore sapor.

15 laudare *A* 16 probent *B* probet *Boissonadius* poss^{e}it *B* 17 Sirenum *A* (Syr. *A*[1] *uel potius a*) cantas *V* taliae *ABV* 18 reas *B* reor *V* quam *B* melle *V* 19 misero *BV* 20. 21 *delet Binet.* 20 punir *A* o *sup. scr. A*[1] 21 depellor *A* debellor *BV* anelo *A* 22 alo *scripsi* alit *BV* aut *A* Cor . . alit *a* sanimabile *V* 23 meu *A*, *corr. A*[1] 25 fugit *A* fulget *B* nec *V* pudres *A* nerbos *A* 26 dissecit adq; *A* causo *sed corr. V* 27 saltim *BV* 28 nibeis *A* amuire *V*, *corr. m. sec.* 218. Petronii *S* (*cod. Bellouac. Bineti*), *om. ABV* amator *A* amatori — missis *om. V. cf. Buecheleri ed. Petr. p.* 222 *sq. qui de A falsa refert.* De . . missis *om. S* 1 Marcia *V* 2 irsute *B* 4 hornares *B* domum *BV* pulchra *BVS* 5 exportes *BV* 6 tristis *Heins.* tristia *VS* tristicia *A* (ci *del. a*) tristitia *B* meleus *B* sabor *B*, *corr. B*[1]

At si dissimulas, multum mihi cara, uenire,
Oscula cum pomis mitte: uorabo libens.

219

De Narcisso

B. I 142. M. 246

Se Narcissus amat captus lenonibus undis.
Cui si tollis aquas, non est ubi saeuiat ignis.

220

De Perdicca

B. II 11 et V 193. M. 706

Eximius Perdicca fuit, qui corpore eburno
Fulgebat roseisque genis, cui lumina blandas
Fundebant flammas, crocei per colla capilli
Pendebant uariosque dabant sibi saepe colores.
Fuluus poples erat, nitidus pes. omnia rident,
Quidquid habet iuuenis. solus uincebat Adonem.

221

De Cupidine

B. I 28. M. 586

Sol calet igne meo. flagrat Neptunus in undis.
Pensa dedi Alcidae. Bacchum seruire coegi,
Quamuis Liber erat. feci mugire Tonantem.

7 Ad *A* Et si forte dissimulas *B* chara *Binet.* 8 Osque ledis morsumittite (*siue* mitate *B*; mitte *V*) borauo (uorabo, b *ex* u, *V*) libens *BV*. *In a omnia recte.* os quali compremis multe *S* 219. *Pentadio tribuit Scaliger.* Dạe nasciuo *V* 1 norcissus *B* narcisus *V* 2 ñ ~ *V* 220. De pdica *B* De gillone de perdica *V* 1 pdica *V* 2 blanda *A* blandus *V* 3 fulgebant *BV* pcella *B* 4 siui sępę *A* 5 fuuluus *A* fulbos *B* fulbuus *V* (fuluidus *m. 2*) pople *A* erant *B* niditus *A* p *V* omnia habebat ridens *A* 6 quid habit *A* quicquid habent *B* cullus *B* enis cullus u *erasa in V* adone *BV* 221. *cf. quae dixi ephem. gymnas. Austr.* 1867 p. 393 *sqq.* 1 Mars *Petau. et Voss. Claudiani* meũ *A* Nept. fl. *Pet. Voss.* 2 pensa redi tandem *Cyriacus Anconitanus ex inscr.* '*super statuam Veneris*'; *ex eo Apianus et Gruterus* ('*Romae in B. Mariae Maioris*' *Ap. Gr. et, puto, Cyr.*) alcidi *BV* baccũ *AB* bachum *V* 3 quauis *A* *u.* 3 *om.* *V* erat liber *Cyr.* feci m. Ton. *Cyriacus, Pet. Voss.; om. AB* feci mug. T. *ad u.* 2, Bacch. seru. coegi *ad* 3 *trahunt Pet. Voss.* *u.* 4 'Quam liber erat; Martem sine Marte subegi' *add. Cyr. ex altera ut puto poetae recensione*

222

B. II 183. M. 835 **De libris Vergilii ab asino comestis**

Carminis Iliaci libros consumpsit asellus.
O fatum Troiae! aut equus aut asinus!

223

B. I 176. M. 549

CORONATI

Locus Vergilianus:

'Viuo equidem uitamque extrema per omnia duco.'

XX Aspera diuerso laxatur uita dolore
Et morti uicinus eo uiuitque dolori
Aegra salus. nostras cruciant dum flamina mentes, *p. 119*
Vitae flatus abit. quantos post Pergama casus
(Vidit enim praeclara manus), quos saepe dolores
Pertulit atque iterum quas sensit Troia ruinas!
Plus cecidit post fata Phrygum: nunc ipsa cremata est
In natis incensa suis recidiuaque morti
Iuncta est et caesum meruit miseranda maritum.
Traditur infestis semper noua nupta procellis
Et flammas habet ipsa suas taedasque ministrat
Sola sibi. non †lucis eget, non ignibus umquam:
De facibus micat ipsa suis lumenque nigellum
Possidet infelix semper. quas aequoris iras,
Quas caeli terraeque lues miserabile uulgus
Pertulit, errantes saeuis Tritonis in undis!
Atque domus mihi pontus erat Phrygiique penates

222. uirgili *A* uergili *B* comesti *A* sino comestis De li|bris uergilii ab a *sic V* 1 illiaci *AB* comsumpsit *B* c̃sũpsis *sed corr. V* 2 ecus *A* 223. Thèma (Tema *A*) incip̃ locus ue(ui *A*)rgilianus. uiuo *sqq.* uiri clarissimi (u̅c̅ *B*) coronati *AB* ursus XXIII *A* XX *A rubro colore in mg.* Viuo *sqq. Aen. III* 315 1 lassatur *Bur.* luxata est *α* 2 moriti *B sed corr.* uiuique *B* 3 n̅r̅as *A* 4 abiit *AB* quantus *A* 5 em *A* idem *B* quos *om. B* 6 pertullit adq; *A* qua *B* 7 facta *A* frigũ *A* frigoco *B* 8 ignatis *AB* 9 est est et *A* casũ *AB* 10. nouã *A*, *corr.* A^1 12 egit *A* 15 que *om. B* uulnus *B* 16 pertullit *A* sepius *AB* eritonis *B* 17 Ad *A* Adq; *a* frigiiq; *A* frugumq; *B*

Et quasi iam pirata fui, lacrimisque profusis
Inter aquas siccabat homo nostrasque profecto
Fluctibus addebat; fluctus crescebat in astra
Et mihi naufragium nostri fecere liquores.
Iam mulier sibi nauta fuit, iam Virginis astri
Vidit uirgo potens fortes torquere rudentes
Et remis aptare manus, curaque uigente
Nocte uigil fuerat. non norat femina somnum;
Sideribus iam docta poli (labor ipse magistram
Fecerat astrorum) norat uenientia fata.
Non uer tranquillum fuerat, non mollior aestas;
Sideribus tempus requiem non denique norat.
. . . .

224

De electione coniugii B. III 190. M. 925

Moribus et uultu coniunx quaeratur habenda.
Horrida nam facies nullo celatur ab auro. *p. 120*
Si quis erit sponsus, talem qui ducat, auarus,
Horret et ipse suam: feditas dissoluet amorem.
Sequitur illa calens, dorsum dabit ille calenti;
Cogetur feruore suo clunem submittere asello,
Concubitu turpi monstrum paritura biforme,
Mater quem ipsa suum timeat contingere natum.
Discite, formosas aurum superare puellas.

18 pęrata *B* lacrimique *B* 19 aquas] *meas lacrimas.* secabat *B* homo] *Aeneas.* humus *Oud.* nostroque *AB*, *corr. Oud.* 20 addebant *A*, *corr. Oud.* fluctus] fluctibus *B* astris *AB*, *corr. Oud.* 22 astrum *A* 27 fecerit *B* ñ erat *B* uenientiũ *A u.* 29 *non intellego. finem deesse puto.* 224. Conlugii de electione *V. carmen pessimum.* 1 E uultu maribus *L. Muell.* uultus *B* coniux *V* abenda *A* ^{h}abenda *BV* 2 orrida *A* multa *B* multo *AV* nullo *Schrader* cęlęratur *A* 3 qui] si *ABV* 4 horrit *A* feritas *Binetus* dissoluit *AB*, *corr.* A^1 5 *dedi ex ABV.* dorsum *om. B* dauit *A* 6 *heptameter. an*, *deleto* suo, clũnem? *lacunam statuit Muell.* crura *V* suras *Bin.* submitteret *sed corr. V* 7 concubito *A* c̃cubitũ *V* biformem *AB* biformę *V* 8 Quem mater *ABV. num recte?* ipsã *A* 9 formonsas *AB*

225

B. V 154. M. 1088

De esiciata

Amisit proprias uacuato corpore carnes
Accepitque nouas. dedit ac tulit et graue lucrum
Perdendo adquirit. damno bene creuit in illo.

226

B. V 155. M. 550

CORONATI

Aliter unde supra

Mortua fit praedo, pullorum turgida membris
Ex aliis crescit nec sese repperit in se.

227

B. V 156. M. 552

DONATI

De ouata

Ouorum copiosa phalanx in uentre tumentis
Conditur et membris crescit gallina repletis.
Mortua concepit, quantum nec uiua creauit.

228

B. I 177. V 157. M. 551

CORONATI

Vnde supra

Medeam fertur natos Procnenque necasse;
Haec natis atauisque simul uel caede sororum
Crescit plus moriens: sumpsit de prole tumorem.

229

B. V 158. M. 1089

De pressa

Turgida sum moriens sollertique arte refixa.
  Crescens decresco, nomine pressa uocor.

225. 1 probrias *A* 2 accipitq; *A* tollet *A* lucro *A* 3 illa *A* 226. Aliter unde supra ūc Coronati *A* 2 reperit *A* 227. De obata Donati *A* 1 oborum *A* fallax (n superscr.) *A* (falanx *a*) 2 crescet *A* 228. Vnde sūp. ūc. Coronati *A* 1 prognemq; negasse *A* 2 haec *ego* en *A* ex *Meyer.* atabisq; *A* sorum *A*, *corr. Muell.* 3 prole] caede *α* 229. 1 Turgita *A* solertisq; *A* defixa *A*. *num* referta?

230

De missuassu B. V 159. M. 1090

Perna, lepus, turtur, perdix, Iunonius ales,
Agnus, porcellus iunguntur, candidus anser.
Aethera quod pontusque, altrix quod terra creauit, *p. 121*
Cernimus esciferum paulatim sumere uentrem.

231

†De pastillu cocten B. V 160. M. 1091

Blandum mellis opus sollerti fingitur arte.
  Faucibus hoc dulce est, dentibus interitus.

232

SENECAE B. III 95. M. 131

De qualitate temporis

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,
  Omnia sede mouet, nil sinit esse diu.
Flumina deficiunt, profugum mare litora siccant,
  Subsidunt montes et iuga celsa ruunt.
Quid tam parua loquor? moles pulcherrima caeli
  Ardebit flammis tota repente suis.
Omnia mors poscit. lex est, non poena, perire:
  Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

233

[ALCIMI] B. II 230. M. 554

De libris Lucani

Mantua da ueniam, fama sacrata perenni:
  Sit fas Thessaliam post Simoenta legi.

230. De misouossu (*sic*) α 3 Etera *A* aethra *Duebn.* 231. De pastilli coctu *Meermannus* 1 solerti *A* 2 interitũ *A* 232. *Inscr. ex ABS dedi* 2 mouit *A* sinet *AB* 3 litura *A*, *corr.* *A*[1] siccat *ABS*, *corr. Heins.* 5 Qui dam *B* locor *B* pulcerima *A* 6 repenta *B* 233. Cesaris (Cesar *C*) de *sqq. ACS* Distichum Alcimii *cod. Probi comment. Vergil. Paris.* 8209, *cf. Keilii ed. Prob. p.* 68. 1 mandata uenia *A* famae *Dousa* 2 tessaliũ *A*, *corr.* *A*[1] ũ *in* ã. thessaliũ *C*, *cod. Petau.* pharsalia *cod. Par.* 8209 pos *A* p̓ *C* simenta *A*

234

B. III 105. M. 251

PENTADI

De fortuna

Res eadem adsidue momento uoluitur uno
  Atque redit dispar res eadem adsidue.
Vindice functa manu Progne pia dicta sorori,
  Impia sed nato uindice functa manu.
Carmine nisa suo Colchis fuit ulta maritum,
  Sed scelerata fuit carmine nisa suo.
Coniugis Eurydice precibus remeabat ad auras,
  Rursus abit uitio coniugis Eurydice.
Sanguine poma rubent Thisbae nece tincta repente:
  Candida quae fuerant, sanguine poma rubent.
Daedalus arte sua fugit Minoia regna,
  Amisit natum Daedalus arte sua. *p. 122*
Munere Palladio laeti qua nocte fuere,
  Hac periere Phryges munere Palladio.
Nate, quod alter adest caelo, sunt gaudia Ledae;
  Sed maeret mater, nate, quod alter adest.
Hostia †saepe fuit diri Busiridis hospes
  Busirisque aris hostia †saepe fuit.
Theseus Hippolyto uitam per uota rogauit,
  Optauit mortem Theseus Hippolyto.

234. Pintati de furtuna *A* [illegible]ntadi[illegible] fortuna *B* Pintadie fortuna *V* 1 adsuo *B* adsiduo *V* 2 adq; *A* res] es *A* adsiduo *V* 3. 4 facta *ABV* functa *L. Muellerus* dicti *V* 4 undice *V*, *corr. m. 2* 5. 6 crimine *Schrader.* carmina$_{y}$*B* nisa *ego* uisa *ABV* 5 cholchis *V* ultra *BV* 7 euridici *A* (y *m. pr.*?) 7. 8 euridice *V* 7 at *V m. pr.* 8 Rur *A* habit *B* habet *V* 9 rubṛent *V* Thysbaeo *Heins.* Thisbae *L. Muellerus* tristi *ABV* 10 que *B* fuera^n^t *A* 11 sua *om. A* minonia *B* 13 quam *B* loeti quia *V* 14 ac *BV* friges *ABV* 15 adẽ *V* ades *Pith.* ⁊ *V* gaudio *A* gaudi *V* lęte *V*, d *supr.* t *scr.* 16 meret *ABV* abes *Pith.* 17. 18 saepe] et ipse *Heins.* saeua *L. Muell.* *num* scaeua? 17 hostias *A* b; irib; *A* b; hiridis *B* b;iridis *V* ospes *V* 18 busiritis aris hostias *A* busiridis horis *B* busridis oris *V* 19 hyppollito *A* Thereus yppolito *V* 19. 20 hippolito *B* 20 obtauit *A* hyppolito *A* yppolito *V*

Stipite fatifero iuste quae fratribus usa est,
Mater saeua fuit stipite fatifero.
Sola relicta toris fleuisti [in] litore, Gnosis;
Laetatur caelo sola relicta toris.
Aurea lana fuit, Phrixum quae per mare uexit;
Helle qua lapsa est, aurea lana fuit.
Tantalis est numero natorum facta superba,
Natorum adflicta Tantalis est numero.
Pelias hasta fuit, uulnus graue quae dedit hosti;
Hoc quae sanauit, Pelias hasta fuit.
Per mare iacta ratis pleno subit ostia uelo,
In portu uersa est per mare iacta ratis.
Lux cito summa datur natusque extinguitur infans
Atque animae prima lux cito summa datur.
Sunt mala laetitiae diuersa lege creata,
Iuncta autem adsiduae sunt mala laetitiae.

235

EIVSDEM

B. V 69. M. 252

De aduentu ueris

Sentio, fugit hiems; Zephyrisque animantibus orbem
Iam tepet Eurus aquis. sentio, fugit hiems. *p. 123*
Parturit omnis ager, persentit terra calores
Germinibusque nouis parturit omnis ager.
Laeta uireta tument, foliis sese induit arbor,
Vallibus apricis laeta uireta tument.

21 q; *B* ausa *ABV*, *corr. Heins. num* in fratribus? 23 in *om. ABV* Gnosi *B* 24 cęlos *A* thoris *A* 25 frixũ q; *BV* uixit *BV* 26 helles *ABV* (*cf. c.* 21, 204) 27 est *om. A* superua *A* 28 afflicta *A* 29. 30 asta *A* 29 asta *B* hostis *AV* $\overset{h}{o}$sti *B* 30. 31 *om. BV* 30 Hoc quoq; *A* 31 Post *A* uela *A* 32 mersa *Heins.* post *AB* p̓ *V* per *Pith.* 33 extinguit *B* 34 adq; *A* primae *Oud.* 35 creati *ABV* 36 autem *scripsi* tam *AV* m *B an* tamen nimiae? s̃ *V* leticię *A* 235. Pintadi *V* ueneris *V* 1 hiemps zephirisq; *B* zepherisq; *A* amantib; *V* 2 equis *ABV* fuit *B* hiens *A* hiemps *BV* 3 persenti *B* cera *ABV* 4 nobis *V* oms *V* 5. 6 uirecta *ABV* 5 foliis *Pith.* folio *ABV* 6 apriscis *BV* tunent *B*, *corr.* B^1

Iam Philomela gemit modulis, Ityn impia mater
  Oblatum mensis iam Philomela gemit.
Monte tumultus aquae properat per laeuia saxa
  Et late resonat monte tumultus aquae.
Floribus innumeris pingit sola flatus Eoi
  Tempeaque exhalant floribus innumeris.
Per caua saxa sonat pecudum mugitibus Echo
  Bisque repulsa iugis per caua saxa sonat.
Vitea musta tument uicinas iuncta per ulmos;
  Fronde maritata uitea musta tument.
Nota tigilla linit iam garrula luce chelidon;
  Dum recolit nidos, nota tigilla linit.
Sub platano uiridi iucunda somnus in umbra [est],
  Sertaque texuntur sub platano uiridi.
Tunc quoque dulce mori, tunc fila recurrite fusis,
  Inter et amplexus tunc quoque dulce mori.

236

B. III 12. M. 129

SENECAE

Corsica Phocaico tellus habitata colono,
  Corsica quae patrio nomine Cyrnos eras,
Corsica Sardinia breuior, porrectior Ilua,
  Corsica piscosis peruia fluminibus,
Corsica terribilis, cum primum incanduit aestas,
  Saeuior, ostendit cum ferus ora Canis:

7. 8 filomella *A* philomella *V* 7 modolis sytin *A* ityn] tot *B* itin *V* 9. 10 aq; *A* 9 pes *B* leuia *AV* 10 rosonat *A* resanat *B* rore sonat *V* 11 patus *B* pat̃ *V* (pat̃' *m. sec.*) 12 temporeaque *V* exalant *BV* 13 pecodũ *AV* 14 uisque *B* usque *V* uoxque *a* 15 uidea *A* iunctas *A* uincta *Heins.* 17 garula *A* garulla *B* lucem *A* uoce *Meyer* celidon *ABV* 19 sup *V* iucundus *Burm.* sumnus *A*, *corr.* *A*[1] summimus *B* ubra *A*. est *addo.* 20 su *V* pladano *A* uiri *B* 21 dulcę *V* recurite *B* fu^s^is *A* fịsis *V* 22 intr *B* duce *B* 236. De Corsica, *om.* Senecae *nomine*, *V* 1 focaico *ABV* 2 pario *AB*, *corr.* *a* graio *V*. *an* proprio? cirnos *B* cyrnus *V* cyrnos (u *add.* *a*, *ut uid.*) *A* 3 sardinię *A* cordanie *B* silua *B* illa *V* 4 flaminibus *B* 5 terri ibilis *B* 6 cum *V*] ec *AB* ianis *A*, *corr.* *A*[1] nis *B*

Parce relegatis, hoc est: iam parce solutis.
  Viuorum cineri sit tua terra leuis! *p. 124*

237
[EIVSDEM] B. III 13. M. 130

Barbara praeruptis inclusa est Corsica saxis,
  Horrida, desertis undique uasta locis.
Non poma autumnus, segetes non educat aestas
  Canaque Palladio munere bruma caret.
Imbriferum nullo uer est laetabile fetu
  Nullaque in infausto nascitur herba solo.
Non panis, non haustus aquae, non ultimus ignis;
  Hic sola haec duo sunt: exul et exilium.

238
De [die] occiduo B. V 14. M. 1026

Iam nitidum tumidis Phoebus iubar intulit undis,
  Emeritam renouans Tethyos amne facem.
Astra subit niueis Phoebe subuecta iuuencis,
  Mitis et aetherio labitur axe sopor.
Adludunt pauidi tremulis conatibus agni
  Lacteolasque animas lacteus umor alit.

239
Laus Xerxis B. II 12. M. 186

Xerxes magnus adest. totus comitatur euntem
  Orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?

7 religatis *AB* sepultis *V* 8 cineris *V* 237. Eiusdem *add. edd. nullum interuallum in ABV* 2 horrita *A* unq; *B* horride, *corr. m. sec. in mg., V* 3 segites non ducat *A* 4 callidio *B* (*sic*) 5 imbrifero *B* umbroru nūllo uere ẽ *V* feto *B* foetu *V* 6 nulloq; *V ut uid.* infauto *V* erba *A* 7 austus *A* haustūs *B* utilis *Barthius* 8 Hę *A* Haec *B* Hic *V* 238. De ouidio *A, correxi.* De ouili *L. Muellerus* 1 mitidum *A* fębur *A* intullit *A* 2 renobans thedidis amnẽ *A*, *corr. Heins. num* Thētidis? 3 foebes *A* 5 cum matribus *a* 239. Xersis *A* (*cf. Corssen ausspr. I* 125). *cf. simile carmen* De monte Atho *in V fol.* 96 *v.* 1 Xersis *A* Perses *edd.* comitatus *A*

Tellus iussa facit, caelum texere sagittae,
Abscondunt clarum Persica tela diem.
Classes fossus Athos intra sua uiscera uidit,
Phryxeae peditem ferre iubentur aquae.
Quis nouus hic hominum terramque diemque fretumque
Permutat? certe sub Ioue mundus erat.

240

B. I 30. M. 588

Cupido amans

Quis me feruor agit? noua sunt suspiria menti.
Anne aliquis deus est nostro uehementior arcu?
Quem mihi germanum fato fraudante creauit *p. 125*
Diua parens? [satis] an [mea] spicula fusa per orbem
Vexauere polum laesusque in tempore mundus
Inuenit poenam? sed si mea uulnera noui,
Hic meus est ignis; meus est, qui parcere nescit.
In furias ignesque trahor! licet orbe superno
Iuppiter, ex altis undis Neptune tegaris,
Abdita poenarum te cingant Tartara, Pluton,
Inpositum rumpemus onus: uolitabo per axem
Mundigerum caelique plagas pontique procellas
Vmbriferumque Chaos; pateant adamantina regna,
Torua uenenatis cedat Bellona flagellis!
Poenam mundus amet, stupeat, †uix maior, anhelet!
In se saeuus Amor fraudemque in uulnere quaerat!

241

B. — M. —

De rore

Cumque serenifluo sudat nox umida caelo,

6 eryxeę pedidem *A* 7 nouum *A*, *corr. a* dominus *Dorvillius* terraq; *A* fretuq; *A* 8 iouem *A* 240. 1 ferauorgit *A* mentis *A*, *corr.* *α* 2 ueaementior *A* 3 germano *A* furto *Wakkerus* 4 satis *et* mea *add. Wakkerus* 5 mundũ *A* 6 mūndũ pęnã *A* 8 traor *A* 9 et salsis *Wakkerus* 10 penarũ est ingum *A*. *corr. Oud.* 13 caos *A* adamantica *A* 14 turba *A*. *num* sagittis? 15 pęna *A* uix (uis *α*) maior *A* uratur *uel simile quid* (uioletur?) *legendum.* anhelat *A*, *correxi* 16 Inde *α* quaerit *α* 241. *carminis fragmentum.* 1 humida *A*

Mane rigent herbae uitreaque adspergine lucent
Gramina et in gemmis stabiles tenet aura liquores

242

Vnde supra

B. II 176. M. 869

Temporibus laetis tristamur, maxime Caesar,
  Hoc uno: amissum, quod gemo, Vergilium.
Et uetuit relegi, si tu patiere, libellos,
  In quibus Aenean condidit ore sacro.
Roma rogat, precibusque eisdem tibi supplicat orbis,
  Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Anne iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit?
  Fac laudes Italum, fac tua gesta legi,
Aeneidemque suam fac maior nuntius ornet: *p. 126*
  Plus fatis possunt Caesaris ora dei.

243

De equis aeneis

B. V 175. M. 1105

Quae manus hos animauit equos, quibus aere rigente
Currere uelle dedit et in aethere quaerere cursus?
Spirant aerias inuoluere cursibus auras,
Arte citi sed mole graues, properante metallo.

244

Thema [Vergilianum]:

B. I 175. M. 1612

'Turne, in te suprema salus'.

Turne, spes Italum, custos fortissime regni,
Si properes! muros arces ciuesque Latinos

2 erbe uitreoq; aspargine *A* 3 graminę t *A* stabilem *A* auras ligores *A* 242. 'Vnde supra' *A*, *quae inscr. ad carmen aliquod in A omissum respicit, fortasse ad B. II 184. M. 858?* Supplicatio Cornelii Galli ad Augustum Caesarem *cod. Florent.* 39, 9 *a.* 1464 *scriptus: Gallo etiam edd. Vergil. antiquissimae tribuunt.* 2 quod] quem *y* (*libri Burmanni recentissimi*) fleo *y* uirgilium *A* 3 et *scripsi* sed *Ay* relegis si *A* 4 condecondedit *A*, *corr.* A^1 5 que isdem *A*] totus *uel* etenim *y* 6 ducunt *A* 7 Adq; *A*, *corr. Barthius.* Atque *uel* Nempe *y* cremauit *A* 8 tua facta *y* 9 Aeneamque suum *ed. Venet. a.* 1480, *all.* mincius *A* nuncius *y* 10 diei *A*, *corr. ay* 243. 1 quis sęre *A*, *corr. a* rigenti *A*. *an* quis in aere? 2 uellit dedit *A* 3 ęrias *A* 244. Tema *A* Vergilianum *addidi* subrema *A*, *corr.* A^1. *Verg. Aen. XII* 653. 1 fortissimi *A*

Non solitis urget Troianus uiribus hostis.
Sed potiora premunt; † quare nunc ignosce fugaci.
Nec pugnae inferior nec belli (crede) relictor
Adserar. armatus timendo fulmina miles
Nec culpam nec crimen habet; nam bella mutatus
Nunc gerit Aeneas: reuerendo fragor Olympi
Ex umbone tonat, caelestes concita flammas
Hasta iacit oculis, elatus ingerit ensis
Fulgura progeniesque dei testata uigorem
Numinis antiqui spoliauit fulmine caelum
Et tulit arma Ioui. quod felix turba deorum
In saeuos quondam potuit conferre Gigantes,
Aeneas nunc solus habet urbisque ruinam
Saeuo Marte parat Italasque euertere turres.
Non ariete graui, non torti turbine saxi
Disponit, spernit belli tormenta magister;
Et memor exitii, Troiam sic esse sepultam,
Ille faces, non tela iacit. scit quippe tyrannus,
Iliacas sine face domus stetisse per aeuum. *p. 127*
Heia age, curre precor; te mater rexque Latinus,
Turba senum, lacrimans Lauinia uirgo requirit.

245—252
FLORI
De qualitate uitae

B. I 20. M. 213 — 245

Bacche, uitium repertor, plenus adsis uitibus,
Effluas dulcem liquorem conparandum nectari;

3 urg^{u}et homanus *A*, *corr.* *α* 4 quae *Burm.* nun ignusce fucaci *A* 5 caede *α* bello — relicto *Burm.* 7 abet *A* nam] iam? minatus *Burm.* 8 Dum *α*, ol^{r}impi *A m. pr.* 9 concida *A* 10 flatus *A*, *corr. Burm.* ingeret *A m. pr.* 11 fulgora *A* 13 tullit *A* 14 sęuus *A* 16 sęuu *A*, *corr.* *A*^{1} uertere *A* 17 dissponit *A* 18 turmenta *A* 20 Ille *ego* Iam *A* tyrrannus *A* 21 Illiacas *A* 22 precor] puer *α* r^{x}eq^{u}e *A m. pr.* 23 labinia *A* 245. Flori *A* Floridi *B.* De qual. uini (*ad solum c.* 245) *Otto Muellerus* 245—252 *in AB sine interuallis cohaerent.* 1 uitum *B* 2 comparandum *B*

Conditumque fac uetustum, nec malignis uenulis
Asperum ducat saporem uersum in usus alteros.

246 B. III 114. M. 214

Omnis mulier intra pectus celat uirus pestilens.
Dulce de labris locuntur, corde uiuunt noxio.

247 B. I 17. M. 215

Sic Apollo, deinde Liber sic uidetur ignifer:
Ambo sunt flammis creati prosatique ex ignibus;
Ambo de comis calorem, uite et radio, conferunt;
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

248 B. III 265. M. 216

Quando ponebam nouellas arbores mali et piri,
Cortici summae notaui nomen ardoris mei.
Nulla fit exinde finis uel quies cupidinis:
Crescit arbor, gliscit ardor. ramus implet litteras.

249 B. III 113. M. 217

Qui mali sunt, non fuere matris ab aluo mali,
Sed malos faciunt malorum falsa contubernia.

250 B. III 111. M. 218

'Sperne mores transmarinos, mille habent offucias.
Ciue Romano per orbem nemo uiuit rectius.
Quippe malim unum Catonem quam trecentos Socratas.'
Nemo non haec uera dicit: nemo non contra facit.

3 nec] ne *B* uenilis (n *supra* i) *A* suenulis *B* 4 dicat *B* uersum usus uin alteros *A* uersus usum in altero *B* 246. 1 uiros *A*, *corr.* *A*[1] 2 loquuntur *edd.* 247. 2 sun *A* 3 uitę *A*, *om.* *B* conserunt *B* 248. arboris *B* pyri *A* 2 cortice (i *supra* e) *A* sume *B* 3 fuit *Schrader* 4 ardor] arbor *B* 249. 1 abs *uel* ex *Pithoeus. Theognis* 305 *sq.* «Τοὶ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν, Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην.» 250. 1 spernes̈ more *A* officia *A*, *corr. a* offugia *B* 2 urbem *AB* 3 malum *B* sograles *A* (. . tas *a*) CCC socreteas *B*. *u.* 4, *sequenti carmini in AB edd. adiunctum, huc transposui. Otto Muellerus non prorsus recte anth. gr.* X 116 «Οὐκ ἔστι γήμας, ὅστις οὐ χειμάζεται.» | Λέγουσι πάντες καὶ γαμοῦσιν εἰδότες *confert.*

B. III 112. M. 219

251

Tam malum est habere nummos, non habere quam malum est.
Tam malum est audere semper, quam malum est semper pudor.
Tam malum est tacere multum, quam malum est multum loqui.
Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi. *p. 128*

B. III 115. M. 220

252

Consules fiunt quotannis et noui proconsules:
Solus aut rex aut poeta non quotannis nascitur.

253

B. I 72. M. 559

REPOSIANI

De concubitu Martis et Veneris

Discite securos non umquam credere amores.
Ipsa Venus, cui flamma potens, cui militat ardor,
Quae tuto posset custode Cupidine amare,
Quae docet et fraudes et amorum furta tuetur,
Nec sibi securas ualuit praebere latebras.
Inprobe dure puer, crudelis crimine matris,
Pompam ducis, Amor nullo satiate triumpho!
Quid conuersa Iouis laetaris fulmina semper?
Vt mage flammantes possis laudare sagittas!
Iunge puer teretes Veneris Martisque catenas,
Gestet amans Mauors titulos et uincula portet
Captiuus, quem bella timent! utque ipse †ueharis,
Iam roseis fera colla iugis submittit amator;
Post uulnus, post bella potens Gradiuus anhelat
In castris modo tiro tuis semperque timendus

251. 1 habere habere nummos *B* 2 est p pudor *A* est semper pauere *B* pauor *Lipsius* 3. 4 quam] tam *A* 252. 1 quodani *B* 2 quodanuis *AB* 253. Nepotiani *Wernsdorfius* de *om.* *A* 1 securus nonnumquam *A* 3 costode *A* 5 secura *A* 8 quid *Burm.* quod *A* quo *Oud.* 12 timēt *A* (timet *a*) uearis *A* 13 submittat *Burm.* 14 gradib; *A* 15 tyro *A*

Te timet et sequitur qua ducunt uincla mariti.
Ite precor Musae; dum Mars, dum blanda Cythere
Imis ducta trahunt suspiria crebra medullis
Dumque intermixti captatur spiritus oris,
Carmine doctiloquo Vulcani uincla parate,
Quae Martem nectant Veneris nec brachia laedant
Inter delicias roseo prope liuida serto.
Namque ferunt Paphien, Vulcani et Martis amorem,
Inter adulterium uel iusti iura mariti
Indice sub Phoebo captam gessisse catenas. *p. 129*
Illa manus duros nexus tulit, illa mariti
Ferrea uincla sui. quae uis fuit ista doloris?
An fortem faciebat amor? quid, saeue, laboras?
Cur nodos Veneri Cyclopia flamma parauit?
De roseis conecte manus, Vulcane, catenis!
Nec tu deinde liges, sed blandus uincla Cupido,
Ne palmas duro †co nodus uulnere laedat.
  Lucus erat Marti gratus, post uulnera Adonis
Pictus amore deae, si Phoebi lumina desint
Tutus adulterio, dignus quem Cypris amaret,
Quem Byblos coleret, dignus quem Gratia seruet.
Vilia non illo surgebant gramina luco;
Pingunt purpureos candentia lilia flores,
Ornat terra nemus. nunc lucos uitis inumbrat,
Nunc laurus nunc myrtus. habent sua munera rami.
Namque hic per frondes redolentia lilia splendent,
Hic rosa cum uiolis, hic omnis gratia florum,

16 qua di·cunt *A* marita *Oud.* *num* maritae? 17 cithere *A* cyt. *a* 18 traunt *A* 19 spiritus] sp̄s *A* 20 uulgani *A* 21 bracia *A* 22 diuitias *A*, *corr. Burm.* 23 feruin (nt) pa·fien *A* (*m. pr.*) 25 foebo *A* gesisse *A* 26 manu *Schrad.* 29 ueneris ciclopea *A* cyc. *a* parabit *A* 30 uulgane *A* 32 comodus *A* commotus *cod. Leid. in mg.* connodans *Oud.* nodus modo *α* 33 gradus *A* donis *A* 34 dictus *Wernsdorf* se fębi *A* 35 adulterii *A*, *corr.* *A*[1] 36 biblos colerit *A* q; *A* seruit *A* 38 cingunt *Oud.* purporeus *A* 39 locus *A* locos *A*[1] 40 rami] lauri *α* 41 pendent *A*. *correxi.* 42 rosas *A* flor× *A*

Hic inter uiolas coma mollis laeta hyacinthi.
Dignus amore locus, cui tot sint munera rerum.
Non tamen in lucis aurum, non purpura fulget:
Flos lectus, flos uincla toris, substramina flores;
Deliciis Veneris diues natura laborat.
Texerat hic liquidos fontes non uilis arundo,
Sed qua saeua puer conponat tela Cupido.
Hunc solum Paphie puto lucum fecit amori.
Hic Martem expectare solet. 'quid Gratia cessit,
Quid Charites? cur saeue puer, non lilia nectis? *p. 130*
Tu lectum consterne rosis, tu serta parato
Et roseis crinem nodis subnecte decenter!
Haec modo purpureum decerpens pollice florem
Cum delibuto suspiria ducat odore.
Ast tibi blanda manus [flores] sub pectore condat;
Tunc, [ne] purpurei laedat te spina roseti,
Destrictis teneras foliis constringe papillas.
Sic decet in Veneris luco gaudere puellas,
Vt tamen inlaesos Paphiae seruetis amores.
Vincula sic mixtis caute constringite ramis,
Ne diffusa ferat per frondes lumina Titan.'
His igitur lucis Paphie, dum praelia Mauors
Horrida, dum populos diro terrore fatigat,
Ludebat teneris Bybli permixta puellis.
Nunc uarios cantu diuum referebat amores
Inque modum uocis nunc motus forte decentes
Corpore laeta dabat, nunc miscens denique plantas,
Nunc alterna mouens suspenso pollice crura,
Molliter inflexo subnitens poplite sidit.

43 comas *A*, *corr.* *A*[1] iacinti *A* 44 sunt *Burm.* rer× *A.* *num* florum? 46 subtramine *A* 50 Hun *A* pafie *A* lucrum *A* 51 Hinc *A*, *corr.* *A*[1] cessat *Burm.* 52 carites *A* licia *edd.* 54 notis *A* deščenter *A* (d *in rasura*) 55 purporeum *A* decerpit *Burm.* 56 delibuto *et* odore *scripsi* diligatum *et* odorem *A* 57 telum *add. Burm.* penito *Oud.* flores *ego* 58 Hinc α ne *add. Burm.* purporei *A* 60 decit *A* lucos *A* 61 pafie *A* 63 difusa *A* serat *Wakefield* 64 igutur *A* pafię *A* 65 duroš *A* 66 permyxta *A* 68 motus] modus *A* 69 corpora lęda *A* 71 sidet *A*

Saepe comam pulcro collectam flore ligabat,
Ornans ambrosios diuino pectine crines.
Dum ludos sic blanda Venus, dum gaudia miscet,
Dum flet, quod sero ueniat sibi grata uoluptas,
Et dum suspenso solatia quaerit amori:
Ecce furens post bella deus, post praelia uictor
Victus amore uenit. cur gestas ferrea tela?
Ne metuat Cypris, comtum decet ire rosetis.
A quotiens Paphie uultum mentita furentis
Lumine conuerso serum incusauit amantem! *p. 131*
Verbera saepe dolens mentita est dulcia serto,
Aut ut forte magis succenso Marte placeret,
Admouit teneris suspendens oscula labris,
Nec totum effundens medio blanditur amore.
Decidit aut posita est deuictis lancea palmis
Et dum forte cadit, myrto retinente pependit.
Ensem tolle, puer, galeam tu, Gratia, solue;
Haec laxet nodos, haec ferrea uincula demat;
Soluite, Bybliades, praeduri pectora Martis
Loricaeque moras, uos scuta et tela tenete.
Nunc uiolas tractare decet. laetare, Cupido,
Terribilem diuum tuo solo numine uictum:
Pro telis flores, pro scutis myrtea serta
Et rosa! forte nocet, gladii quem iure tremescunt?
Iuerat ad lectum Mauors et pondere duro
Floribus incumbens totum turbarat honorem.
Ibat pulcra Venus uix presso pollice cauta,
Florea ne teneras uiolarent spicula plantas,
Et nunc innectens, ne rumpant oscula, crinem,
Nunc uestes fluitare sinens, uix laxa retentat,

73 ornan (s supra) ambrosius *A* 74 miscit *A*. *u.* 76 *ante* 75 *posuit Oud.* 76 flit *A* sera *A* uenit *A*, *corr. Schrad.* gratula *A* 78 redit *Burm.* 80 pafiens. uultu *A* 81 conuersu *A*, *corr.* *A*[1] 84 atmouet *A* obscula *A* 87 ed dum *A* 88 ense *A* tollet *A*, *corr.* *A*[1] 89 uinc. ferr. α tẽplet *A* (rumpat α), *correxi. an* temptet? 90 bibliates *A* byb. *a* 92 uolas (i supra) *A* decit *A* 93 solu *A* solo *A*[1] 97 incumbe(n)s *A* 100 osc] uincula α 101 sinũ *A*, *corr. Oudend.*

Cum nec tota latet, nec tota renudat amorem.
Ille inter flores furti uelamine tectus
Spectat hians Venerem totusque ardore tremescit.
Incubuit lectis Paphie. pro sancte Cupido,
Quam blandas uoces, quae tunc ibi murmura fundunt!
Oscula permixtis quae tunc fixere labellis!
Quam bene consertis haeserunt artubus artus!
Stringebat Paphiae Mauors tunc pectore dextram *p. 132*
Et collo innexam ne laedant pondera laeuam,
Lilia cum roseis supponit candida sertis.
Saepe leui cruris tactu conmouit amantem
In flammas, quas diua mouet. iam languida fessos
Forte quies Martis tandem conpresserat artus;
Non tamen omnis amor, non omnis pectore cessit
Flamma dei, trahit in medio suspiria somno
Et Venerem totis pulmonibus ardor anhelat.
Ipsa Venus tunc tunc calidis succensa uenenis
Vritur ardescens, nec somnia parta quieta.
O quam blanda quies! o quam bene presserat artus
Nudos forte sopor! niueis suffulta lacertis
Colla nitent, pectus gemino quasi sidere turget.
Non omnis resupina iacet, sed corpore flexo
Molliter, et laterum † qua se confinia iungunt.
Martem respiciens deponit lumina somno,
Sed gratiosa, decens. pro lucis forte Cupido
Martis tela gerit; quae postquam singula [sumpsit],
Loricam clipeum gladium galeaeque minacis
Cristas, flore ligat. tunc hastae pondera temptat

102 nudat *A*, *corr. Oud.* 103 uolumine *A*, *corr.* *α* 104 spectans thians *A* totoque *A*, *corr. Wakefield* 105 pafię *A* sc̄ę *A* saeue *Burm.* 106 q; tunc *A* 107 q; tun *A* 108 artibus artus *A* 109 pafię *A* 111 candita *A* 112 leue *A* comouit *A* 113 flamm$\overset{s}{ā}$ *A* 114 artus] arte *A* 116 trait *A* 118 suspensa *A*, *corr. Burm.* 119 parte *A*, *corr. Oud.* 121 nudus *A*. 124 *pro* qua *adiectiuum ponatur. aut post* 124 *uersus deest?* 126 proludit *Oud.* fortis *A* 127 gerit *scripsi* regens *A* q; *A* uidit *add.* *α*, sumpsit *ego* 128 clypeum gladius caleęq; minaces *A* 129 flores *A* aste *A* tẽtat *A*

Miraturque suis tantum licuisse sagittis.
Iam medium Phoebus radiis possederat orbem,
Iam tumidis calidum spatium librauerat horis.
Flammantes retinebat equos. pro conscia facti
Inuida lux! Veneris qui nunc produntur amores
Lumine, Phoebe, tuo! stant capti iudice tanto
Mars Amor et Paphie ramisque inserta tremescunt
Lumina nec crimen possunt te teste negare.
Viderat effusis Gradiuum Phoebus habenis *p. 133*
In gremio Paphiae spirantem incendia amoris.
O rerum male tuta fides! o gaudia et ipsis
Vix secura deis! quis non, cum Cypris amaret,
Praeside sub tanto tutum speraret amorem?
Criminis exemplum si iam de numine habemus,
Quid speret mortalis amor? quo uota ferenda?
Quod numen poscat, quo sit securus. adulter?
Cypris amat, nec tuta tamen. conpressit habenas
Phoebus et ad lucos tantummodo lumina uertit
Et sic pauca refert: ‘nunc tela sparge, Cupido,
Nunc nunc, diua Venus, nati deuicta sagittis
Da mihi solamen; sub te securus amaui.
Fabula, non crimen, nostri dicentur amores.’
Haec ait et dictis Vulcanum instigat amaris:
‘Dic ubi sit Cytherea decens, secure marite!
Te spectat lacrimans, tibi castum seruat amorem?
Vel si forte tuae Veneris fera crimina nescis,
Quaere simul Martem, cui tu modo tela parasti.’
Dixit et infuso radiabat lumine lucus

130 liguisse *A* 131 foebis *A* possedera (d *super* t *eraso*) 132 Dimidiis *conieci* calidus spatiis *et* horas *Burm.* 134 quid *Oud.* amore^{s} *A* 135 foebe *A* 136 pafię *A* incerta *Burm.* 138 infusis *A* foeb; *A* 139 pafie spirante *A* 142 presside *A* amare·t *A* 144 quo uota *Higtius* qua uoce *A* 146 habena^{s} *A* 147 foeb; *A* tantum puto *A*, *corr. Oud.* 148 sparge tela *A*, *corr. Higtius* 149 natis diuumue *A*, *corr. Oud.* 150 das *id.* sub] sine? 151 n̄ri *A* 152 He ait *A* 153 cyterca *A* 156. 155 *transpos. Wakkerus*

Inque fidem sceleris totos demiserat ignes.
Haeserat Ignipotens stupefactus crimine tanto.
Iam quasi torpescens (uix sufficit ira dolori)
Ore fremit maesto[que] modo gemit, ultima pulsans
Ilia et indignans suspiria pressa fatigat.
Antra furens Aetnaea petit. uix iusserat, omnes
Incubuere manus, multum dolor addidit arti.
Quam cito cuncta gerunt ars numen flamma maritus
Ira dolor! nam uix causam tunc forte iubendo *p. 134*
Dixerat, et uindex coniunx iam uincla ferebat.
Peruenit ad lucos, non ipsi uisus Amori,
Non Chariti: totas arti mandauerat iras.
Vincula tunc manibus suspenso molliter ictu
Inligat et teneris conectit brachia palmis.
Excutitur somno Mauors et pulcra Cythere.
Posset Gradiuus ualidos disrumpere nexus,
Sed retinebat amor, Veneris ne brachia laedat.
Tunc tu sub galea, tunc inter tela latebas,
Saeue Cupido timens. stat Mauors lumine toruo
Atque indignatur, quod sit deprensus adulter.
At Paphie conuersa dolet non crimina facti;
Sed quae sit uindicta sibi dum singula uoluens
Cogitat, hanc poenam sentit, si Phoebus amaret.
Iamque dolos properans decorabat cornua tauri,
Pasiphaae crimen mixtique cupidinis iram.

160 turpescens *A* 161 mestus *A*, mestu A^1 que *add. Burm. num* intima? 163 aetnea *A* 164 addedit *A* 165 cunta *A* nomen *A*, *corr. Oud.* 166 causa *A* 168 Venerat α ipsis uisos *A* 169 cariti *A* 170 suspensus *A*, *corr.* A^1 icto *A* 172 citere *A* y *sup. scr.* A^1 *ut uid.* 173 gradib; *A* 174 ledant *A* 175 iacebas *A*, *correxi* 176 stat *Burm.* stans *A* turbo *A* torbo A^1 177 adq; *A* 178 ad pafie *A* confessa *Higtius* 179 siui *A* dum] tum *Boissonadius* 180 hanc *uel* en *ego* et *A* penã *A* foeb; *A* 181 dolo pręparans *A*, *corr. Burm.* 182 passifę *A. cf. Serv. in Aen. VI* 14.

254
FLAVII FELICIS

B. ad Lux. 86.
M. 295

Postulatio honoris aput Victorinianum

XXI] Aspera dum quaterent humanas praelia mentes
Aut raperet uastum nigra procella fretum,
Cum dubiis fortuna suis penderet habenis
Torqueretque uagus stolida corda metus,
Anxia Phoebeis sanabant pectora templis
Et sacros tripodas nosse salubre fuit. p. 135
Nunc etiam saeuis agitat quos cura periclis
Atque inopi uexat dura labore fames,
Altera Parnasi currunt ad numina montis
Castalioque lacu uiscera maesta fouent.
Te nudi tristesque rogant, tibi flebile plangit
Auxilium poscens paupera turba tuum.
Tu mihi numen eris, Phoebeo munere plenus
Qui potes infirmos morte leuare manu.
17 Erige languentem, morbos depelle meroris
Et miserum melior factus Apollo iuua,
15 Quaeque meos domus est proauos miserata patremque,
Haec eadem natis praemia nota ferat.
19 Non ego litigeros cupio cognoscere fasces,
Nec mihi reddantur iura superba precor;
Triste forum nolo, uexat quod praemia pacis
Fraternisque odiis alea caeca subit;
Conflictus audire piget rixasque togarum,
Quas inter fictus concrepat ore furor,

254. Fl. Felicis · uiri · clarissimi · postulatio honori · aput · Victorianũ · ũ iñl · et primiscriniarium ∵ sunt̃ur XXXII *A* XXI *in mg. addidi* 1 dum] cum? gentes *L. Muell.* 3 furtuna[s]uis *A. num* leuis? 4 mtus *A* 5 foebeis *A* 6 sacro *A* 8 adq; *A* labores *A, corr. a* 10 foebunt *A, corr. α* 12 tuum] *an forte* melos? 13 foebeo numenereplenus *A, corr. Burm.* numine *α* 14 informes *A, corr. Burm.* labare *A* *u.* 15. 16. 17. 18 *A; transposui.* 15 merores *A m. pr.* 19 cognuscere *A* 21 *num* uexant quod praelia?

Iustitiam calcat seductus faenore praedae
  Et quas defendit partibus, arma parat;
Nec mihi qui pereant ulli poscuntur honores
  Aut auidus pompae maxima lucra peto:
Sit mihi fas audire sacros et cernere cultus,
  Ecclesiae spectans dona uenire mea.
Sic tibi Phoenicis transcendere congruat annos
  Incolumique aeuum coniuge laetus agas,
Sic thalamis prolem socies uideasque nepotes
  Prudentis gremio ludere semper aui,
Inclita sic celsi prouectus fata parentis *p. 136*
  Exsuperes meritis saeclaque longa geras;
Sic priscos uincas atauos clarosque parentes
  Et placido regi nuntius orsa feras:
Adnue poscenti, miserum sustolle ruinae;
  Clericus ut fiam, dum uelis ipse, potes.

255

B. I 174. M. 1611

Thema Vergilianum

'Nec tibi, diua parens'.

Dedecus o iuuenum turpisque infamia Teucrum,
Qui segnis per bella fores, †gens perfida et amens,
Non uirtute potens, non belli maximus auctor,
Ignauus tu semper eris semperque fuisti,
Naufragus atque miser segnisque in praelia ductor!
Nec non est aliud, quod maius crimen obibis.
Iamque tuo generi quia semper perfidus extas,
Non equidem miror. non est ex tempore natum;

25 iusticiam *A* seductos *A* praedo *α in mg.* 26 *num* defendat? 28 auitus *A* 29 cultos, *aut ex aut in* cultus *corr. A* 30 mihi? meae? 31—40: *cf. Ouid. Trist. II* 159—182. 31 fenicis *A* 32 coniuige lętu *A* 34 prundentis *A* 36 seclaq; *A u.* 37. 36 *cf. c.* 216, 3. 4. 39 ruinas *A*, *corr. Burm.*
255. Tema *A* uirgilianũ *A*. *Verg. Aen. IV* 365 *sqq.* 'Nec t. d. p. generis nec Dardanus auctor, Perfide' *sqq.* 2 signis *A* fores] *num* foues *an* furis *an* fugis? mens *Oud.* 3 uelli *A* 4 ignab; tus *A* 5 adq; *A* signisq; *A* 6 obibit *A*, *corr. Oud.* 7 quia *A* quod *α*

Antiquos imitaris auos, periuria patrum.
Nec non haut Veneris pulcra de stirpe crearis
Nec pater Anchises uestraeque aut Dardanus auctor .
Gentis, sed durae tigres lapidesque sinistri
Te genuere uirum, siluae montesque profani.
Vberaque tibi iam potum admouere malignum,
Quae tibi perfidiam mixto cum lacte dederunt.

256
VERGILI

B. II 68. M. 88

Nocte pluit tota, redeunt at mane serena.
Commune imperium cum Ioue, Caesar, agis.

257
EIVSDEM

B. II 69. M. 88

Hos ego uersiculos feci. tulit alter honorem.
Sic uos non uobis mellificatis apes.

258
EIVSDEM

B. III 270. M. 96

Pars tibi, Nise, datur Bacchi, pars deinde negatur: *p. 137*
Esse potes liber, non potes esse pater.

9 abos *A* 10 haut *scripsi* aut *A* et *α* 11 ancises *A. num* uestrae est? 12 sed daret *A* lapidisq; *A* 14 que] quae *A an* quin? iam *scripsi*] et *A* 15 perfidia myxto (o *ex* u *corr.*) *A* dederant *A*

256—264 *extant in A*; *in BV quibus* 258 262 264 *desunt; in C fol.* 2 *et* 121; 256, 160, 261, 257 in Paris. 8093 s. IX fol. 60 r. 261 *et* 264 *in Donati uita Verg.*, *in cuius uulgata etiam* 256 *et* 257. 256. Vergilii *V* Ipsius (*sc. Verg.*) ad augustum *C* 1 ad *AB* mane] me *B* redeunt spectacula mane *VC Donatus uulg.* 2 cū(com *B*)munem *AB* Diuisum *VC Don. uulg.* habes *C* habet *V Don.* 257. Item eiusdem *C*, *om. V. Distichon recte exhibent ABV.* honores *Scal. Ex* 'Virgilio in tetrastichis theatralibus' *u.* 2 *affert Aldhelmus p.* 309 *ed. Gil.* 1 fecit talit *C*, *qui post* 2 *addit*: Sic uos non uobis uellera fertis oues. *Donat. uulg. habet: u.* 1; Sic uos non uobis nidificatis aues; *u.* 3 *ex C*; *u.* 2; Sic uos non uobis fertis aratra boues. 258. Versus Virgilii *C* 1 ubi *C* bacci *A* necatur *A*

259

B. III 142. M. 91

EIVSDEM

Arretine calix, mensis decor ante paternis,
Ante manus medici quam bene sanus eras!

260

B. III 143. M. 99

EIVSDEM

Vmor alit segetem; segeti contrarius umor.
Quod iuuat, [hoc] dulce est; quod cogitur, altera mors est.

261

B. — M. 97

EIVSDEM

Monte sub hoc lapidum premitur Ballista sepultus:
Nocte die tutum carpe uiator iter.

262

B. — M. —

EIVSDEM

Si quotiens peccant homines, sua fulmina mittat *Ouid. Trist. II 33 sq.*
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

263

B. III 268. M. 95

EIVSDEM

Dum dubitat natura, marem faceretne puellam,
Natus es, o pulcher, paene puella, puer.

259. Item eiusdem *C* 1 Ab(Au *V*)ietine *ABV* Abtetine *C*, *corr. Scal.* decorate *libri*, *corr. Scal.* pat^r^entis *A* 2 man *V* 260. Item eiusdem *C*, *om. V* 1 Humor (*ex* Humur *A*) *libri* ale^t^ segitem segiti *A* humor *libri* 2 iubat *AV* hoc *add. edd.* est dulce *C* alter *B* alta *C* est *om. AV* 261. Eusdem *V* Disticon uirgilii factũ in basilitas latrones *C* Epitafion balliste latronii *Sangall.* 899 *s. IX.* 1 Montes *A* tegitur *C Don.* uallista *B* balista *VCDon.* balliste *Sang.* 2 carpet *A* uiatur *A*, *corr. A*[1] 262. Eiusdem *C*, *om. A.* 1 homines peccant *A* 263. Item *C*. Versus Virgilii *V* 1 natura marem dubitat *V* 2 es *om. B* pulcer *A* pene *BVC*

264

SEXTI PROPERTI
B. — M. —

De Vergilio

Cedite Romani scriptores, cedite Grai: *Propert.*
  Nescio quid maius nascitur Iliade. *III 32, 65 sq.*

265

PENTADI
B. I 139. M. 242

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat
  Laudabatque undas, cui pater amnis erat.
Se puer ipse uidet, patrem dum quaerit in amne,
  Perspicuoque lacu se puer ipse uidet.
Quod Dryas igne calet, puer hunc inridet amorem
  Nec putat esse decus, quod Dryas igne calet.
Stat stupet haeret amat rogat innuit aspicit ardet
  Blanditur queritur stat stupet haeret amat.
Quodque amat, ipse facit uultu prece lumine fletu;
  Oscula dat fonti, quodque amat ipse facit. *p. 138*

266

EIVSDEM
B. I 141. M. 244

Hic est ille, suis nimium qui credidit undis,
  Narcissus uero dignus amore puer.
Cernis ab inriguo repetentem gramine ripas,
  Vt per quas periit crescere possit aquas.

264. ꝑpertii *C* uirgilio *AC* 1 Cędide *A* grai *AC*, *Donati Regin. s. XI.* graii *Don. Bern. s. X.* 265. Pintadi *B* Explicit (*post Martial. XIV* 223) Pintadi *V* 1 annis *V* erat *om. A* 3 patrẽ q̄dũ *V* querat *B* ãnẽ *AV* 4 laus se *B* 5 Quo *a* drias *A* (y *add. a*) 6 Ne *A* drysas *A* ig*un* *V*, *corr. m. sec.* 7 stat] flet *Heins.* herit *A*, *corr. a* inuitat picit *A*, *corr. a* 8 herit *A* 10 quoque *A* 266. 1 Hoc *V* illa, *corr. m. sec.*, *V* suiis *A* creditur *ABV* 2 narcisus *V m. pr. B* 3 ripam *BV* uitam *Higtius* 4 puer *B* perit *V* poscit *B* posset *V*

267

B. I 165. M. 248 EIVSDEM

Chrysocome gladium fugiens stringente marito
Texit adulterium iudice casta reo.

268

B. III 88. M. 245 EIVSDEM

Crede ratem uentis, animum ne crede puellis;
Namque est feminea tutior unda fide.
Femina nulla bona [est], uel, si bona contigit una,
Nescio quo fato res mala facta bona est.

269

B. — M. — OVIDI

De aetate

Vtendum est aetate; cito pede labitur aetas, *Ouid.*
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.... *art. am. III* 65 *sq.*
Heu me nunc miserum! laxantur corpora rugis 73 *sq.*
Et perit, in nitido qui fuit ore, color!

270

B. III 38. M. 537 REGIANI

Quis deus has incendit aquas? quis fontibus ignes
Miscuit et madidas fecit decurrere flammas?
In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat!

271

B. III 28. M. 536 EIVSDEM

Ante bonam Venerem gelidae per litora Baiae.
Illa natare lacus cum lampade iussit Amorem.

267. 1 Crisoconte *A* y *sup. scr. a* (*an A*[1]?) trigente *A* 2 caste *A*, *corr. A*[1] 268. Eiud *V* Pentade *C fol.* 2 *r.* 'Ciceronis' *codex Bosii*, 'multi' *Scaligeri codices* 3 est *add. Scal.* ulla *Ca* una *ABV* 4 est *C*, *om. ABV* 269. Ouidius de sc̃da etate *C.* Ouidi de aetate *AB.* 3 Quam cito, me miserum! *Ouidius* 4 periit initido *B* ora *C* 270. 1 ds̃ *A* 2 discurrere *α* 3 hanelat *A* 271. Regiani *V.* 1 Ante *corruptum* litorara *A* 2 natarae *V* lacu *a* lapade *V*

Dum natat, algentes cecidit scintilla per undas;
Hinc uapor ussit aquas: quicumque natauit, amauit.

272
EIVSDEM

B. III 53. M. 538

Bellipotens Mauors, Veneri gratissime, furtum
Hic securus ama. locus hic amplexibus aptus. *p. 139*
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbra.

273
MODESTINI

B. I 31. M. 231

Forte iacebat Amor uictus puer alite somno
Myrti inter frutices pallentis roris in herba.
Hunc procul emissae tenebrosa Ditis ab aula
Circueunt animae, saeua face quas cruciarat.
'Ecce meus uenator', ait 'hunc' Phaedra 'ligemus!'
Crudelis 'crinem' clamabat Scylla 'metamus!'
Colchis et orba Procne numerosa caede: 'necemus!'
Dido et Canace: 'saeuo gladio perimamus!'
Myrrha: 'meis ramis', Euadne: 'igne crememus!'
'Hunc' Arethusa 'in aquis', Byblis 'in fonte necemus!' —
Ast Amor euigilans dixit: 'mea pinna, uolemus'.

274
PONNANI

B. II 71. M. 539

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi
Artifici formata manu. nam uiuere serpens

3 natata gentes *A*, *corr. a* algentens *V* scintillaš *A* 4 hunc *A* usit, *corr. m. sec.*, *V*

272. 1 Veneris *edd.* furto *Muell.* 2 ama securus *A* 3 proibitur *A. cf. c.* 202, 2. 273. *Inscr. et u.* 1 *om. B* 1 aside *A*, *corr. α* 2 fructices *B* erba *A* 4 sacra *α* facent *B* 5 alt *B* fedra *AB* 6 scillā etamus *A* squilla *B* 7 Cholchis *A* erba *B* progne *AB* 8 ait et *Oud.* per in manus *B* 9 Myrra *A* euhadnes *A* ramus eucha dñe signe *B* 10 arethus inquid biblis *B* aredusa in quit blibis *A* aq'.is *α* que *add. Oud.* 274. 1 farii *A* 2 artificis *A*, *corr. a*

Creditur et morsu gaudens dare fata papillae.
O quam uiuit opus, quam paene figura dolorem
Sentit et ex ipso moritur pictura ueneno!

275

B. III 261. M. —

MARTIALIS

Qualem, Flacce, uelim quaeris nolimue puellam? *Martial. I 57*
Nolo nimis facilem difficilemque nimis.
Illud quod medium est atque inter utrumque, probatur:
Nec uolo quod satiet nec uolo quod cruciet.

276

B. — M. 200

EIVSDEM

Nec uolo me summis Fortuna neque adplicet imis, *In Martiale non extat p. 140*
Sed medium uitae temperet illa gradum.
Inuidia excelsos, inopes iniuria uexat:
Quam felix uiuit, quisquis utraque caret!

277

B. III 281. M. 545

TVCCIANI

Cantica gignit amor et amorem cantica gignunt.
Cantandum est, ut ametur, et ut cantetur, amandum.

278

B. III 282. M. 546

EIVSDEM

Pallas tota Iouis patrio de uertice nata
In caelum cecidit . . . .

3 morsa *a* gandens *A*, *corr. A*[1] papilla *A*, *corr. Oud.* 4 poene *A* poenae, *om.* quam, *Burm.*
275. Martialis *A* Marciat *C fol.* 1 *u.* 1 Quam *A* qualem *C*, *Martialis* 2 dificilēq; *A* 3 adq; *A* 4 saciet *C* quod cruciat · · quod satiat *Martialis* 276. Item Marcialis *C*. Eiusdem *A* 1 Non *C* furtuna *A*, *corr. A*[1] applies *C* 3 excelsus *C* uexit *A*, *corr. A*[1] 4 utroque *AC*, *corr. Schneidewin* (*Mart. supposit.* 10, 6). *Post u.* 4 *add. C c.* 178, 5. 6 ('Item'). 277. Lucanus *C* Tucciani *A* 2 cantetur amandum *om. C* 278. *fragmentum*

279
VINCENTI
B. I 154. M 548.

Phaedra

Victe pudor, conpone preces! secreta duorum
Tertius ignoret; sit tantum littera testis
Inmensum locutura nefas. metus unicus urget,
Ne speret iuuenis lacrimas finxisse nouercam.
Hinc tamen incipiam. caeli regnator amauit
Et thalamos tenet una soror; nec crimine dignum est,
Quod mundus cum lege facit. Telluris alumnus
Vnus in orbe fuit: nulla est cognatio plebis?
Venimus ex uno mixti patre, matre, sorore.
Ne metuas facinus! 'non uult hoc scire Cupido.'
Pignus habes tabulas: rea sum semper, rea sola.
Sed si uirgineum suffundunt ora ruborem,
Vel negature ueni. liceat spectare negantem
Et fastus tolerare tuos. sequar ora superbi,
Oscula suspensis defigam singula plantis.
Me cruciet captiuus amor, nemus omne resultet
Hippolytum, secumque ferat uox ultima nomen.
Testor amoris onus Venerisque insignia nostrae:
Dum uolo, dum nolo, dum uincor scribo repugno,
Suspensos collo laqueos rogatura resolui. *p. 141*

280
BONOSI
B. — M. —

Vnde supra

Incestum si promiseris, petii;
Si negaueris, tu petisti.

279. fedra *A* 2 litera *A* 3 doctura *Oud.* medus *A* 6 talamos *A* una] *num* ipsa? ė *A* 7 rege *et* 8 multa *L. Muell. ann. philol.* 1867 *p.* 501. ? *addidi.* 11 semp et rea *A* semper rea sum et r. s. *L. Muell.* 13 sperare rogantem *A*, *corr. Muell.* 17 hyppolitum *A* 18 opus *Burm.* nr̄ę *A* 19 scriuo *A* 20 suspensus *A* laqueo *A*, *corr.* α 280. Honori *L. Muell.* 1 peti *A* petii α. 280 *sq. uersuum fines consonant, numeri nulli sunt.*

281

B. III 156. M. 924 **De funambulo**

Vidi hominem pendere cum uia,
Cui latior erat planta quam semita.

282

B. V 176. M. 1106 **De ursa aenea, in qua serpens fuit, ubi inscius puer manum misit**

Aere cauo falsam serpens impleuerat ursam,
Addidit et morsum et iubet esse feram
. . . .
†Inpleuit serpens quod minus artis erat.

283

B. V 183. M. 1113 **De pectine**

Crinibus ambrosiis Veneris decus addidit, ut se
Pulcram iactarent Pallas uel pronuba Iuno.

284

B. V 181. M. 1111 **De ancla**

Fundit et haurit aquas, pendentes euomit undas,
Et fluuium uomitura bibit. mirabile factum!
Portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas
Voluitur et ueteres haurit noua machina lymphas.

281. De funanbulo *A*. *Talia* 'Enigmata uulgaria', *uersuum consonantium arte ut nostrum partim composita Schenklius ber. d. k. akad. d. wiss.* 1863 *p.* 18 *profert e cod. Sangall.* 196 *s. X*; *e. c.* Vidi mulierem flentem Et cum quinque filiis currentem, Cuius semita erat uia Et pergebat ualde plana campestria. 282. inmisit *Burm.* 1 cabo *A*. *num* factam? 2 addedit *A* morsus *a* *post* 2 *nullum spatium A*; Cumque puer dextram committeret inscius ursae *Burm.* 4 *num* mŭnus? 283. 1 addidū se *A*, *corr. Burm.* 2 pulc̣ras *A* 284. De antlia *a*, *fort recte* 1 Pendit et aurit *A*, *corr.* *α* 2 uomitur · auuuit *A* 3 per undis *A*, *corr.* *A*[1] 4 aurit *A* macina limfas *A*

285

De conuiuiis barbaris B. V 161. M. 1092

Inter eils goticum scapia matzia ia drincan
Non audet quisquam dignos edicere uersus.
Calliope madido trepidat se iungere Baccho,
Ne pedibus non stet ebria Musa suis.

286

SYMPHOSII B. — M. —

Aenigmata

Praefatio

[XXII] Haec quoque Symphosius de carmine lusit inepto.
Sic tu, Sexte, doces; sic te deliro magistro.
Annua Saturni dum tempora festa redirent,
Perpetuo semper nobis sollemnia ludo.

285. conuiuis *A* 1 *edidi ut est in A* citȝ α madria jadrincam α. *Massmannus in Hauptii diario antiqq. german. I p.* 379 *sqq.* eils *salutem*, skapja *procuratorem peni uel* skap '*procura, praebe*', jah matjan jah drigkan '*et cibum et potum*' *interpretatur.* 2 audit *A* educere α uersos *A* 3 bacco *A* *u.* 3—4 *aliud carmen*, 4 sobria *L. Müller* 286. *B* = *prior*, *D* = *altera Symphosii recensio* (*cf. ephem. gymn. Austr.* 1868 *p.* 483 *seqq.*) *Vbi differunt*, *D in contextu*, *B sub eo affero. Ad B pertinent hi libri:* β (*cod. Sangall.* 196 *s. X*, *cont. Schenklius ber. d. kais. akad. d. wiss.* 1863 *p.* 11 *sqq.*). c (*cod. Anglicanus s. XV*, *cont. Heumannus*). *Ad D pertinent:* d = *Vossianus q.* 106 *s. IX—X* (*cont. Muellerus ann. philol.* 1866 *p.* 266 *sqq.*), α = *Sangall.* 273 *s. IX* (*ct. Schenkl.*) p *est ed. pr. Perionii*; *fluxit ex B*, *sed passim libere mutata* h = *cod. Westmonaster. E* 593 *s. X* (*Heumanni A*). w = *ibid. E* 919 *s. X* (*eiusdem B*) *inde a u.* 141. h *et Pithoeus cum D*, w *cum B plerumque ubi taceo consentiunt.* *A* = *Salmasianus.* s = *Parisinus* 4808 *s. IX* (*u.* 1—74), *cont. Kleinius mus. rh. XXIII p.* 526 *sq.*; *multa in eo euanuere. Vbi* c β d α p *cum sua quique recensione congruunt*, *eos non nomino. Accurate describam solos A* d α β. *De ordine aenigm. cf. Schenkl p.* 20; *dedi*, *ubi taceo*, *ex A.* Incipiunt (*om.* α) enigmatą Symphosii *D h c s* (simposii *s*), *om. A* Incipit praefatio enigmatum Simphosii β. Caelium Symphosium *Pithoeus dicit.* Symposium *primus Castalio* (*ed. a.* 1581) *nominauit.* XXII *in mg. addidi.* *u.* 1—2 *om. B A* simposius *s* ineptos *s* 2 delere α *m.pr.* diliro *s m.pr.* 3 Aurea annua *s* cum *Schenkl* rederent *A* 4 nec semp, *om.* nobis, *A* solemnia *A d* sollempnia *s*

Post epulas laetas, post pocula dulcia mensae
Deliras inter uetulas puerosque loquaces,
Cum streperet late madidae facundia linguae, *p. 142*
Tum uerbosa cohors studio sermonis inepti
Nescio quas passim magno de nomine nugas
Est meditata diu; sed friuola multa locuta est.
Nec mediocre fuit, magni certaminis instar
Ponere diuerse uel soluere quaeque uicissim.
Ast ego, ne solus foede tacuisse uiderer,
Qui nihil adtulerim mecum, quod dicere possim,
Hos uersus feci subito de carmine uocis.
Insanos inter sanum non esse necesse est.
Da ueniam, lector, quod non sapit ebria Musa.

I Graphium

De summo planus, sed non ego planus in imo.
Versor utrimque manu. diuerso munere fungor.
Altera pars reuocat, quidquid pars altera fecit.

II Harundo

Dulcis amica dei, ripae uicina profundae,
Suaue canens Musis, nigro perfusa colore,
Nuntia sum linguae digitis signata magistris.

B: 1. 2 *desunt.* 14 adtuleram 21 amica ripae, semper vicina profundis 23 magistri

5 lęticias *A* pucula *s* dulcia pocula *A* 6 deleras β 7 l. m.] latea madideuide *A* faecundia *d* 8 chors *A* inepto *A* 9 magnae β 10 fribula *s* 12 diuersos *p* diuersae *libri praeter d* quíque uicissem *d* 13 Est *d* foeda β fedet. hacuisset *A* foedi tecuisse *s* 14 adtulleriam *s* *A* = *B* possim (possum *α m. pr.*) *libri*, possem *edd.* 15 hoc β uersos *A* de] e *A* discrimine *Buenemann* Enigmata Symfosi scolastici. grafius *A* Incipiunt quidam uersus obscuri sensus. De grafio β. *titulorum diuersitates ex solo A uniuersas enotabo.* 19 utrimque *Aβs* utraque *αp* utrumque *dhc* et mun. α, *Pithoeus* diuersa et munera *ds* 20 quicquid *αβs* facit *A* Arundo β 21 *As* = *B* dei] de *α* 22 canis *Ads* praefusa *s* 23 sunt bilingue *A* lingua β digito signante *Schenkl* magistris *Ads* magistri *B*, *sed et α*

III Anulus cum gemma

Corporis extremi non magnum pondus adhaesi.
Ingenitum dicas; ita pondere nemo grauatur.
Vna tamen facies plures habitura figuras.

IIII Clauis

Virtutes magnas de uiribus affero paruis.
Pando domos clausas, iterum sed claudo patentes.
Seruo domum domino, sed rursus seruor ab ipso. *p. 143*

V Catena

Nexa ligor ferro, multos habitura ligatos.
Vincior ipsa prius, sed uincio uincta uicissim.
Et solui multos, nec sum tamen ipsa soluta.

VI Tegula

Terra mihi corpus, uires mihi praestitit ignis.
†Est domus in alto, sedes est semper in imo.
Et me perfundit, qui me cito deserit, umor.

VII Fumus

Sunt mihi, sunt lacrimae, sed non est causa doloris.
Est iter ad caelum, sed me grauis inpedit aër,
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse.

III cum gemma *desunt* 24 inhaesi 27 diuitibus offero parua 35 Et ego perfundor, sed me

cũ gemma (*ut in D*) *add. A*, *sed ad u.* 24: Cũ gemma corporis extremi digito. ñ magno pondus adhesi | Corporeo digito extremo non pondus inhęsi *A* Corporis extremi non digito corporeo digito extremo *s*. *s* = *B* 25 ingenuum *a* dicas grauatum (grauatus *s*) pondere tali *As* nemo grauatus *β* 26 figuris *s* 27 affero *etiam β* deuiribus diuitibus adoffero *A* diui . . . . dfero paruas *s* 28 domus *ds* sed claudo *B* (q; claudo *c*) *As* sed cludo *α* (concludo *m. sec.*) recludo *dh* 29 Seruor *A*, *corr. a* 30 legatos *A* 31 uincior *et* uicissem *s* 32 Set *αβ* Ad *s* Sed *rell.* Et *p* per sum nec tamen *s* Tegulae *β* 33 mihi] m *β* mihi uires *s* prestetit *A* 34 De terra nascor, sedes est semper in alto *A s fort. recte. Dedi ex libris rell. omnibus* (sedes est sed s. *h*). Alta domus quaero *p*. Estque domus tecto *Heum.* 35 *As* = *B* (praefundor *s*) sed *sqq. euanida in s* humor *αβ* 36 sunt *post* mihi *om. α*

VIII Nebula

Nox ego sum facie, sed non sum nigra colore
Inque die media tenebras tamen affero mecum.
Nec mihi dant stellae lucem nec Cynthia lumen.

VIIII Pluuia

Ex alto uenio, longa delapsa ruina.
De caelo cecidi medias transmissa per auras:
Sed sinus excepit, qui me simul ipse recepit.

X Glacies

Vnda fui quondam, quod me cito credo futuram.
Nunc rigidi caeli duris conexa catenis
Nec calcata pati possum nec nuda teneri.

XI Flumen et piscis *p. 144*

Est domus in terris, clara quae uoce resultat.
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes.
Ambo tamen currunt, hospes simul et domus una.

XII Nix *p. 143*

Puluis aquae tenuis modico cum pondere lapsus,
Sole madens, aestate fluens, in frigore siccus,
Flumina facturus totas prius occupo terras.

XIII Nauis *p. 144*

Longa feror uelox formosae filia siluae,
Innumeris pariter comitum stipata cateruis.
Curro uias multas, uestigia nulla relinquens.

41 lumen n. C. lucem 43 dimissa XI Fluminei pisces 55 Innumera . . . stipante caterua (*ex Aen. IV* 136)

40 inqua *s* dię *A* adfero *α β s* 41 *A* = *B*. *s* = *D*. cyintia *A* cinthia *β* 42 ueni *Schenkl* 43 dimissas *A* demissa *s* 44 Et sinu *A* excipit *As* simul] prius *Heum.* recipit *Asd* Glaties *β* 46 frigidi *A* connexa *d* 47 uel nuda *s* XII *ante* XI *ABPith.* Pisci(s) *s* 48 domis *s* q; uocis *A* 49 hospis *s* 50 tamen ambo *s* hospis *ds* 51 aqua *α* con ponere *β* (conposita *β m. sec., quam raro affero*) 52 madens *d* pluens *pc* rigore *s* 54—56 *om. s* 54 formunsae *D* 55 *A* = *D*, *nisi quod* innumeras *A*. *Hist. Ap. Tyr.* = *B* 56 multa *α m. pr. d* XIIII De pullo in oue *α* Pulli *β*

XIIII Pullus in ouo

Mira tibi referam nostrae primordia uitae.
Nondum natus eram nec eram iam matris in aluo.
Iam posito partu natum me nemo uidebat.

XV Vipera

Non possum nasci, si non occidero matrem.
Occidi matrem, sed me manet exitus idem.
Id mea mors patitur, quod iam mea fecit origo.

XVI Tinea

Littera me pauit nec quid sit littera noui.
In libris uixi nec sum studiosior inde.
Exedi Musas nec adhuc tamen ipsa profeci.

XVII Aranea

Pallas me docuit texendi nosse laborem.
Nec pepli radios poscunt nec licia telae.
Nulla mihi manus est, pedibus tamen omnia fiunt.

XVIII Cochlea

Porto domum mecum, semper migrare parata,
Mutatoque solo non sum miserabilis exul,
Sed mihi concilium de caelo nascitur ipso.

XVIIII Rana

Raucisonans ego sum media uocalis in unda, *p. 145*
Sed uox laude sonat, quasi se quoque laudet et ipsa.
Cumque canam semper, nullus mea carmina laudat.

Pullus 67 Nec telae 72 Rauca sonans

57 refferam *α* Pulleus siue anim/// *s* 58 Nondum natus fueram. nec fuerã matris dãnatus in aluo *A*. //////ram fueram damnatu// in aluo *s* iam (*sic c*, *om. αβ*, dã *A*) matris] genetricis *dh* 59 positu *A* 60 posso *A* 61 mane *A* 62 mea iã *A* 63 ne quid *A* litera *s* 65 mus *s* profici *A* Araneus *A* 66 labore *A* 67 *s*, *Aldhelmus* = *D*. Nec tela radio *A*. tela *h* poscho *α* tela *s* 68 est *om. α* Coclea *libri* (*et h*?) 69 seper marina per mirare parata *A* 70 exui *s* 71 consilium *s c p* conchylium *Castalio* 72 Raucae *s* Rauca sunans *A* 73 uelox *α* Sed non l. s. uox, quae se *Schenkl*, *fort. recte.* semper] *hic s desinit.* laudat in ipsa *d*

XX Testudo

Tarda, gradu lento, specioso praedita dorso;
Docta quidem studio, sed saeuo prodita fato
Viua nihil dixi, quae sic modo mortua canto.

XXI Talpa

Caeca mihi facies atris obscura tenebris.
Nox est ipse dies nec sol mihi cernitur ullus.
Malo tegi terra: sic me quoque nemo uidebit.

XXII Formica

Prouida sum uitae, duro non pigra labori,
Ipsa ferens umeris securae praemia brumae.
Nec gero magno simul, sed congero multa uicissim.

XXIII Musca

Inproba sum, fateor. quid enim gula turpe ueretur?
Frigora uitabam, quae nunc aestate reuertor;
Sed cito submoueor falso conterrita uento.

XXIIII Curculio

Non bonus agricolis, non frugibus utilis hospes,
Non magnus forma, non recto nomine dictus,
Non gratus Cereri non paruam sumo saginam.

XXV Mus

Parua mihi domus est, sed ianua semper aperta.
Exiguo sumptu furtiua uiuo sagina.

76 duro 79 ipsa 82 pro duro mense brumali 86 commoueor 88 Nec—nec 89 Nec—sed multa uiuo sagina.

75 grado lentů *A* *u.* 77. 76 *Schenkl* 76 seuo duro *A* seua *d* praedita *d? h* (*sed non α*) perdita *Heum.* 79 Non est *αd* *A = D* 80 mallo *A β* terra *om. A* uidebat *α β* 81 dura *β m. pr.* labore *A* 82 humeris *D β* umeris uel secure pr. br. *A* 83 multa cuncta uicissim *A* 84 improba *α* gylla *A* 85 reuertar *d* 86 submouear *α d* submoueor *A* Gurgulio *α β* 87 bonis *α* agriculis *β d* frugibus non *D β* (*an recte?*) non *om. A* utelis *A* hospis *Ad* 88 *A = B* non recto *β* nomina *A* 89 Ne gradus *A* sagenam *α*. *A = B.* 90 parum *A* est *om. A* 91 sumpto *A* sagaena *α*. *Aldhelmus = D*

Quod mihi nomen inest, Troiae quoque consul habebat.

XXVI Grus

Littera sum caeli penna perscripta uolantis,
Bella cruenta gerens uolucri discrimine Martis. *p. 146*
Nec uereor pugnas, dum non sit longior hostis.

XXVII Cornix

Viuo nouem uitas, si me non Graecia fallit,
Atraque sum semper nullo conpulsa dolore,
Et non irascens ultro conuitia dico.

XXVIII Vespertilio

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis.
Pluma mihi non est, cum sit mihi penna uolantis;
Sed redeo in tenebris nec me committo diebus.

XXVIIII Ericius

Plena domus spinis, parui sed corporis hospes.
Incolumi dorso telis conpletus acutis
Sustinet armatas sedes habitator inermis.

XXX Peduculus

Est noua nostrarum cunctis captura ferarum,
Vt si quid capias, id tu tibi ferre recuses,
Et quod non capias, tecum tamen ipse reportes.

92 Romae 97 Nomen habens atrum 101 non 103 confixus 104 segetes XXX Peducla

92 michi *A* *A*=*D*. *h*=*B* Gruis *A d* Crus β 93 pinnas *A* uolanti *Heumannus* 94 uolucris̩ *A* discrimina β 95 pugnans β longius *A* 96 fellit β 97 Vtraque *DA*. *A* = *B* + *D*. complexa β, *Castalio* 98 ult(r)o conuitia *A*. 99 Non (x) *d* 100 dum sint mihi pinnę *A* pinna *d* 101 sedeo *Pith.* prodeo *Schenkl* me in tebris *A* nec] non β*p* nec (meco) mitto bies *A* 103 incolomi *A*αβ *Ah*=*B* conplectus *d* completur α completus *Cast.* 104 *A* = *D* caedes *a* De peduculus *A* Peduclu(s) *d* 105 notarum *Heum.* cunctas β *m. pr.* captiua *A* 106 id] sed *AD* et *p* set β, *corr. Pith.* tu tibi] (ti)ubi *A* recusas *A*, *corr. A*[1]; α 107 quod *om. A* capies *d* reportas α

XXXI Phoenix

Vita mihi mors est; morior si coepero nasci.
Sed prius est fatum leti, quam lucis origo.
Sic solus Manes ipsos mihi dico parentes.

XXXII Taurus

Moechus eram regis, sed lignea membra sequebar.
Et Cilicum mons sum, sed mons sum nomine solo.
Et uehor in caelis et in ipsis ambulo terris.

XXXIII Lupus

Dentibus insanis ego sum, qui uinco bidentes,
Sanguineas praedas quaerens uictusque cruentos. p. 147
Multa cum rabie uocem quoque tollere possum.

XXXIIII Vulpes

Exiguum corpus, sed cor mihi corpore maius.
Sum uersuta dolis, arguto callida sensu,
Et fera sum sapiens, sapiens fera si qua uocatur.

XXXV Capra

Alma Iouis nutrix, longo uestita capillo,
Culmina difficili peragrans super ardua gressu,
Custodi pecoris tremula respondeo lingua.

XXXVI Porcus

Setigerae matris fecunda natus in aluo
Desuper ex alto uirides expecto saginas,

110 solos   116 mixtaque   122 pecorum

Fenix *Ad* Phenix *β*   108 cepero *αβ* cępero *A*   109 factum *d* loeti *β*   110 *h*, *β m. pr.* = *D*. *A α β m.* 2 *Pith.* = *B* duco *Pith*   111 męcus *A* mechus *α*   112 caelicum *d* sed mons sum] mons sum sunt · non sum *β m. pr.*   113 ueor *A* caelis et *Ahcp* caelo sed *αd* caelum sed *β* ambolo *A*   114 insanguis *d* uedentes *A*   116 multaq; *Ad* multoque *α* curaui *A*   Vulpis *A*   117 corporis exigui *glossa in h* corpere *A*   118 arguito *A* arguta *α*   119 fera rum *A*   121 deficile *A* (de facili *a*) difficili *d* nam facili *glossa in h* per. sup.] superagrans *β* saepe *Heynazius*   122 costodi pecori tremola *A* peccorum *β* lingua] uoce *d*, *Pith.*   123 foecunda *β*   124 exspecto sagenas *α*

Nomine numen habens, si littera prima periret.

XXXVII Mula

Dissimilis patri, matri diuersa figura.
Confusi generis, generi non apta propago.
Ex aliis nascor nec quisquam nascitur ex me.

XXXVIII Tigris

A fluuio dicor, fluuius uel dicitur ex me.
Iunctaque sum uento, uento uelocior ipso.
Et mihi dat uentus natos nec quaero maritos.

XXXVIIII Centaurus

Quattuor insignis pedibus manibusque duabus
Dissimilis mihi sum, quia non sum unus et unus.
Et uehor et gradior, qua me mea corpora portant.

XL Papauer

Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta.
Pes unus solus, sed pes longissimus unus.
Et me somnus amat, proprio nec dormio somno. *p. 148*

XLI Malua

Anseris esse pedes similes mihi, nolo negare.
Nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis;
Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.

XLII Beta

Tota uocor graece, sed non sum tota latine.

126 matri, patri 128 quidquam 131 maritum 141 Beta .. beta

126 patri matris *d* patri matri *α* patris matri *h* matri patri *Ap* matris patri *β* figurae *d* 127 confusa *A* generi *om. A* 128 *A* = *B* quicquam (*ut cp*) *α*, quisquam (*ut dh*) *β*, *nisi errat Schenkl.* Tygris *β* 130 uento uel.] uentoque uel. *β* que sum uel. *Ah* 131 natus *A* non *β* *Ah* = *B* 133 disimilis *A* sum non unus et unum *A* 134 ueor *A* qua *Pith.* quę *A* (quo *a*) quia *dβm.sec.* cum *βhp* mea] duo *αβhp* Papaber *A* 135 capud *d* est *om. α* sunt] sed *hp* 136 unus est solus *A* 137 probrio *A* non *β* Malba *A* 138 anseres *α* similis *A* mihi *om. d* 140 supinus *A* subpinos *α* 141 Beta uocor *A* sum tobeta *A*. *hw Castalio* = *B*

Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam
In terra nascor, lympha lauor, ungor oliuo.

XLIII Cucurbita

Pendeo, dum nascor; rursus, dum pendeo, nascor.
Pendens commoueor uentis et nutrior undis.
Pendula si non sim, non sum iam iamque futura.

XLIIII Cepa

Mordeo mordentes, ultro non mordeo quemquam;
Sed sunt mordentem multi mordere parati.
Nemo timet morsum, dentes qui non habet ullos.

XLV Rosa

Purpura sum terrae, pulcro perfusa rubore
Saeptaque, ne uioler, telis defendor acutis.
O felix, longo si possim uiuere fato!

XLVI Viola

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima uirtus.
Spiritus est magnus, quamuis e corpore paruo.
Nec mihi germen habet noxam nec culpa ruborem.

XLVII Tus

Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor,
Sed placet hoc superis, medios quod mittor in ignes:

142 Pauperibus semper proponor namque tabernis 143 terris 144 pendo, tumesco. 149 quia 150 colore 154 e] in 157 Et

142 *Aw* = *B*. *h*, *β m. 2*, *Pith.* = *D*. *Cast.* = *B* + *D*. 143 *A hw* = *B* limfa *A* limpha *αβ* labor *A* unguor *Aα* olibo *A* oliua *β* 144 rursum *d*. *Pith. Cast.* = *D*. *h w* = *B* dum pendeo teresco *A* (cresco *a*) 145 cummoueor *A* mentis *α* et] qui *d* 146 si non sum *d* 147 mordentem *α* 148 mordentes *A α* Sed multi sunt mordentem *β* 149 time *A*. *A* = *B* habeo *α*, *Pith.* ullus *A* 150 pulcro *A* pulchra *β*. pulchro *rell.* *A h w* = *B* *β m. 2* = *D* 152 si] sim *A* possem *hc u.* 150. 151. 155; 153. 154. 152 *Heumannus* 153 sed est *β* 154 e *D* in *B h Pith.* sim *A Cast.* magno *d*? 155 roborẽ *A* Thus *β* 156 flammaque fumore *α* 157 set *β*. *A* = *B* hic *d* superhis *A* mitor *α m. pr.* igne *A*

Nec mihi poena datur, sed habetur gratia dandi. p. 149

XLVIII Sucinum

De lacrimis et pro lacrimis mea coepit origo.
Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor.
Laetus honor frondis, tristis sed imago doloris.

XLVIIII Ebur

Dens ego sum magnus populis cognatus Eois.
Nunc ego per partes in corpora multa recessi.
Nec remanent uires, sed formae gratia mansit.

L Fenum

Herba fui quondam uiridi de gramine terrae;
Sed chalybis saeui duro praecisa meatu
Mole premor propria, tecto conclusa sub alto.

(LI Mola

Ambo sumus lapides, una sumus, ambo iacemus.
Quam piger est unus, tantum non est piger alter:
Hic manet inmotus, non desinit ille moueri.)

LII Farina

Inter saxa fui, quae me contrita premebant,
Vix tamen effugi totis conlisa medullis.

158 Cum mihi peccandi meritum natura negauit. XLVIII Murra 161 frondi 166 duro mollis . . . metallo

158 *A*, *Cast.* = *B* + *D* *h* = *D* *w Pith.* = *B*. mihi] in *A* pena *A α* habetuir *A* danti *Cast.* uitium natura negarit *Pith.* Sucinus *d*. *h* = *D*. *w Pith.* = *B*. *A in inscr.* = *B*, *sed* sucinū *post* De lacrimis *u*. 159 *irrepsit in A*. Myrra *β* 159 per lacrimas *Cast.* cepit *A* 160 occulis *β* 161 fr$\overset{o}{u}$ndi *A*. *h* = *B* magno *d* dolor$\overset{i}{e}$s *A* 163 corpore *A* 164 Non *h* Foenum *α β* 165 Uerba *α* uirides *A* uiridis *a* 166 Sed] Seu *α d* calybis *A* chalibis *α* calibus *D* saeui *scripsi* seu *D*. sum *add. d. A h w Pith.* = *B* 167 molle *A* proprio *d* tecta *α* conçlausa *β* inclusa *A* 168—170 *om. D* 169 unus. unus est non piger et alter *A* non piger et *β* sed non piger *h* tam uelox non piger *c* 170 desinet *A* mobeii *A* 172 effugio *d* collisa *α*

Et iam forma mihi minor est, sed copia maior.

LIII Vitis

Nolo toro iungi, quamuis placet esse maritam.
Nolo uirum thalamo: per me mea nata propago est.
Nolo sepulcra pati; scio me submergere terrae.

LIIII Amus

Exiguum munus ferri, mucronis adunci
Fallaces escas medio circumfero fluctu.
Blandior, ut noceam; morti praemitto saginam.

LV Acus *p. 150*

Longa sed exilis, tenui producta metallo,
Mollia duco leui comitantia uincula ferro,
Et faciem laesis et nexum reddo solutis.

LVI Caliga

Maior eram longe quondam, dum uita manebat.
Sed nunc exanimis lacerata ligata reuulsa
Dedita sum terrae, tumulo sed condita non sum.

LVII Clauus caligaris

In caput ingredior, quia de pede pendeo solo.
Vertice tango solum, capitis uestigia signo;
Sed multi comites casum patiuntur eundem.

173 nunc   177 corpus, flexi   LV Acula   LVII Clauus

173 Et iam mihi nunc forma *A. h*, *Pith.* = *B* miror *d* cupia *A*   174 thoro *α* marita *A* marito *α*   175 uiro *A α* thalamum *α* $\overset{s}{\text{e}}$t *A*, *om. α*   176 sepulchra *αβ* socio *α* Hamus *α*   177 munus. corpus flexi mugronis *A. hw Pith.* = *B.* ferri fluxu *α* flexi *A hw Pith.* = *D.* flexu *a* ferronis *β m.* 2 *d*   178 fallacis *A* fallices *β* fero *om. A* flauum *β m. pr.*   179 morte *d* sagina *A* sagenam *α*   Cocla *A* (cicula *a*) Acicula *p* Acula *c*, *sed* Acus *β*   181 leni *β*   182 inlaesis *α* sed *plerique* et *A* (*h w*?)   Callica *A* Caligo *α*   184 Ad *A* At *w β Pith.* reuolsa *A β m.* 2 refulsa *d*   Claus callicarius *A. w Pith.* = *B*   186 qui *h α β m. 2 p* que *β m. pr.*   187 capiti *A*   188 casus *A* paciuntur *α*

LVIII Capillus

Findere me nulli possunt, praecidere multi.
Sed sum uersicolor, albus quandoque futurus.
Malo manere niger: minus ultima fata uerebor.

LVIIII Pila

Non sum cincta comis et non sum †cincta capillis.
Intus enim crines mihi sunt, quos non uidet ullus.
Meque manus mittunt manibusque remittor in auras.

LX Serra

Dentibus innumeris in toto corpore plena
Frondicomam subolem morsu depascor acuto.
Mando tamen frustra, quia respuo praemia dentis.

LXI Ancora

Mucro mihi geminus ferro coniungitur unco.
Cum uento luctor, cum gurgite pugno profundo.
Scrutor aquas medias, ipsas quoque mordeo terras.

LXII Pons *p. 151*

Stat nemus in lymphis, stat in alto gurgite silua
Et manet in mediis undis inmobile robur.
Terra tamen mittit, quod terrae munera praestat.

LVIII Capilli 192 comta 195 sum 197 quae 198 uno 201 domus

Capillos *A* Capilli *βp* 189 Fendere *A* possunt sed *d* 190 uersicolores. albos *A* 191 mallo *A β* ïnultima facta, *om.* uerebor, *A* 192 comta comis *A*. *A hw Pith.* = *B* nuda capillis *hist. Apoll. Tyr., fort. recte* 193 crines ^{in}sunt *A* mihi crines sunt *β* mihi sunt crines *p* mihi] mei *d* uidit *A* 194 remittar *d* Serras *A* 195 *A h* = *B* 196 frondicolas subules *A* sobolem *αβ* depaco *A* 197 *h* = *B* Mando tamen focis quod spernunt dentes acuti *A* Anchora *Dβ*. *Hoc aen. in A B Pith. hic, in D edd. post u.* 317 *positum est.* 198 minus *A*, *corr. a.* *A Pith.* = *B*. *h w* = *D* 199. 201 iurgite *d* 200 scrudor *A* ipsos *α* 201 *A* = *D* nemo *α* limfis *A* limphis *αβ* siluas *α* 202 robor *A β* 203 munere *A* praestet *α*

LXIII Spongia

Ipsa grauis non sum, sed aquae mihi pondus inhaeret.
Viscera tota tument patulis diffusa cauernis.
Intus lympha latet, sed non se sponte profundit.

LXIIII Tridens

Tres mihi sunt dentes, unus quos continet ordo.
Vnus praeterea dens est et solus in imo.
Meque tenet numen, uentus timet, aequora curant.

LXV Sagitta

Saepta graui ferro, leuibus circumdata pinnis
Aëra per medium uolucri contendo meatu,
Missaque discedens nullo mittente reuertor.

LXVI Flagellum

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,
Obsequio cogens moderati lege doloris.
Nec uolo contemni sed contra nolo nocere.

LXVII Lanterna

Cornibus apta cauis, tereti perlucida gyro,
Lumen habens intus, diuini sideris instar,
Noctibus in mediis faciem non perdo dierum.

207 quos unus 212 descendens 214 obsequium reddens memorata

204 aqua *A* inherat *α* 205 tamen *d*?, *Cast.* patulis · · latet *om. α* patullis *A* cabernis *A* 206 limfa *A* sed se non *αβ* profundet *d* 207 quos *om. A* 209 numen *om. A* uentos *A* uetus *α* adurant *d* 210 Secta *A* Tecta *a* pennis *α* poennis *β* 211 uolocri tendo *A* 212 uisaque *d* *Aw* = *B* (discendens *β m. pr. A*) *h Pith.* = *D. num* nullo nitente? reuertā *D* 213 pecutis *A* peccudes *β* cuncta *d* 214 *Ahw Pith.* = *B* moderate *d* moderanti *Schenkl. A Pith.* = *B* oloris *A* 215 contempni *α β d* comtemni nec *A* noceri *α d* Lanterna *A*, *cod. Paris.* 8440 *s. X* Laterna *relt. ut uidetur* 216 apti *α* cabis *A* perlugita *A* giro *A α β* 217 syderis *A*

LXVIII Specular

Perspicior penitus nec luminis arceo uisus,
Transmittens oculos intra mea membra meantes.
Nec me transit hiems, sed sol tamen emicat in me. *p. 152*

LXVIIII Speculum

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura.
Fulgor inest intus radianti luce coruscans,
Qui nihil ostendit, nisi quod [se] uiderit ante.

LXX Clepsydra

Lex bona dicendi, lex sum quoque dura tacendi,
Ius auidae linguae, finis sine fine loquendi,
Ipsa fluens, dum uerba fluunt, ut lingua quiescat.

LXXI Puteus

Mersa procul terris in cespite lympha profundo
Non nisi perfossis possum procedere rimis,
Et trahor ad superos alieno ducta labore.

LXXII Tubus

Truncum terra tegit, latitant in †cespite lymphae.
Alueus est modicus, qui ripas non habet ullas.
In ligno uehitur medio, quod ligna uehebat.

LXVIII Vitreum 224 quid 229 profusis . . uenis 233 quae

LXVIII Uitriũ *A*, *qui* = *B* + *D*, *ita ut* Specular *u.* 219 *post* perspicio (*sic A*) *irrepserit.* *h* = *B* + *D*. *In A sequuntur u.* 219. 223. 224. 220. 221. 220 occulos *β* me *α* meantis *β sed corr.* 221 hiemps *α β d* hiem^s *A* Speculum] *deinde u.* 222. 225. 227 *A* 222 certe nulla *α* nulla per. *h w d* 223 radientia *A* radiata *β* radiante *d* corruscus *A*, *Pith.* 224 se *om. codd., add. hist. Apoll. Tyr. A = B.* uel quod quid *β* si quid *c* si quod *w* LXX *inscr. et numerum om. A*, *quare hinc ad* LXXVI *uno minores quam ego numeros exhibet.* Clepsidra *β* 225 lex sum bona *A* 226 *om. A* 227 fluant *α* aut *β* li^n gua *A* Put^h eus *d* 228 mensa *d* cispite limfa *A* limpha *αβ* 229 perfossis *et* uenis *A* riuis *Cast.* 230 Est *d* Et labor *Aαdh*; *ortum ex* labore *eod. uersu* Labor et *Cast.* Tubus ligneus *A* 231 cispide limphę *A. sed cf. u.* 228. 233 modico uehitur q; *A*

LXXIII Vter

Non ego continuo morior, dum spiritus exit:
Nam redit adsidue, quamuis et saepe recedit.
Nunc[que] mihi magna est animae, nunc nulla facultas.

LXXIIII Lapis

Deucalion ego sum crudeli sospes ab unda;
Affinis terrae, sed longe durior illa.
Littera decedat: uolucrum quoque nomen habebo.

LXXV Calx

Euasi flammas, ignis tormenta profugi.
Ipsa medella meo pugnat contraria fato:
Ardeo; de lymphis mediis incendor ad ignes.

LXXVI Silex

Semper inest intus, sed raro cernitur ignis.
Intus enim latitat, sed solos prodit ad ictus.
Nec lignis ut uinat eget, nec ut occidat undis.

LXXIII Follis 236 Et mihi nunc 239 uolucris 242 Infrigidor . . . . calidis . . ab undis. LXXVI Silex. Virtus magna mihi duro mollitur ab igne, | Cessantique foco intus mihi uirtus adhaeret. | Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

Vter follis *A* Vtrus *d* 234 sp̃s *A* 235 et] qui *d*, *om.* β, in *c* recedat α *edd.* *h*? 236 que *om.* *AD*, *add.* *Camerarius* *hw* *Pith.* = *B* est *om.* β non nulla facult$\overset{a}{u}$s α 237 crudelis *codd.* hospis *Ad* hospes *rell.* *corr.* *Heumann.* ab] in *hw* habundans α 238 afines *A* adfines β*d* 239 recedat *A* decedit^{a} *d* *Ahw Pith.* = *B* quoque *post* nomen α, *om.* *d* Calix *Ad* 240 turmenta *A* praefugi α 241 meoppugnant *A* mea α fatu *d* 242 *A* (*qui* Infrigitor) *w Pith.* = *B.* Frigesco ut *p.* *h* = *D* limfis *A* msis *d* limphis β nimphis α medios *d.* *h* = *D.* ab ignis α ab igne *h* ad ignes *d.* *AwPith.* = *B* LXXVI: *A* = *D* + *B.* *hwPith.* = *D.* Silex] Aliter (*sic*, *quamquam ante recensionem alteram*) *A* Silice α 243 in me *Pith.* 244 latidat sed solo *A* et *Schenkl* ictos d 245 nec occ. *d* Aliter] Silex *AB.* *tristichon*, *quod BA* (*p.* 153 *init.*) *habent*, *om.* *D* igni cessanteq; *A*β cernitus *A*

LXXVII Rotae p. 153

Quattuor aequales currunt ex a r t e sorores
Sic quasi certantes, cum sit labor omnibus unus.
Et prope sunt pariter nec se contingere possunt.

LXXVIII Scalae

Nos sumus, ad caelum quae t e n d i m u s, alta petentes,
Concordi fabrica, quas unus continet ordo,
Vt simul haerentes per nos †comitentur ad auras.

LXXVIIII Scopa

M u n d i m a g n a p a r e n s, laqueo conexa tenaci,
Vincta solo plano, manibus conpressa duabus
Ducor ubique sequens et me quoque cuncta sequuntur.

LXXX Tintinnabulum

Aere rigens curuo p a t u l u m conponor in o r b e m.
Mobilis est intus linguae crepitantis imago.
Non resono positus, sed motus saepe resulto.

LXXXI Lagena

Mater erat Tellus, genitor est ipse Prometheus
Auriculae[que] regunt redimito uentre cauato.
Dum c e c i d i s u b i t o, mater mea me l a n i a u i t.

246 parte 249 scandimus 252 In siluis genita et 255 patulo . . orbe 260 misere cecidi . . diuisit.

Scalę *ante* Rotę *A* Rotae IV α Rota *Cast.* 246 *h* = *B* 247 si *A* Scala *βp* 249 *AhwPith.* = *B* 251 Et *βp* nitantur *Bünemann.* nos connitamur *Schenkl* 250 tenet, 251 committuntur *hist. Ap. Tyr.* *post* 251: Quicumque alta petunt, per nos mittentur ad auras *hist. Ap. Tyr.* 252 et *om.* β *w Pith.* = *B.* *A h* = *D* connexa *d* complexa *w* 253 iuncta *libri praeter A d* complexa pressa *d* comprensa *h* 254 et *om. d* conta secuntur β sequntur *A* sequentur β*m.* 2*d* 'LXXX' *om. A* LXXXI Tintinabulus *A*, *qui hinc ad LXXXXV uno maiores quam ego numeros exhibet.* Tintinabulum α 255 reges β curbo patulos *A* urbem *A* orbem A^1. *w* = *B* 256 mouilis *A* crepitatis α 257—259 *om. dαh* 257 resonat (resonant β) *et* resultat *libri B*, *non A* sed motus *Schenkl* motus quoque *libri* saepe *B* longe *A* Laguena β. *incertum* e *an* o *in A*. *In A β hoc est loco; in c deest; in D est u.* 3 *hoc loco.* 258 prometeus *A* 259 que *om. Aβ* redimita β. cauata *A*. *w libere, ut saepe, mutat.* 260

LXXXII Conditum

Tres olim fuimus, qui nomine iungimur uno.
Ex tribus est unus, et tres miscentur in uno.
Quisque bonus per se; melior, qui continet omnes.

LXXXIII Vinum in acetum conuersum

Sublatum nihil est, nihil est extrinsecus auctum; p. 154
Nec tamen i n u e n i, quicquid prius ipse reliqui.
Q u o d f u e r a t, n o n e s t; c o e p i t, q u o d n o n e r a t, e s s e.

LXXXIIII Malum

Nomen ouis graece, contentio magna dearum,
Fraus iuuenis †functi, multarum cura sororum.
H o c u o l o, n e b r e u i t e r m i h i s y̆ l l a b a p r i m a l e g a t u r.

LXXXV Perna

Nobile duco genus magni de gente Catonis.
Vna mihi soror est, plures licet esse putentur.
De fumo facies, s a p i e n t i a d e m a r e n a t a e s t.

LXXXII Conditus potus 265 inuenio 266 Quod fueram, non sum; coepi, quod non eram, esse. 269 Excidium Troiae, [dum] bella cruenta peregi. 272 †de mari mihi sapor inhaesit.

gaudii *d* gaudiis *α* misera *A β h w* cęcidit *A* mea mater *β* laniabit *d* liniauit *α* *A h w* = *B*

Conditus *d* Conditum *A α, Pith.* *β w* = *B* 262 trebus *A* et *om. β* 263 quisquis *A*, *corr.* *A*[1] in se *d* Vinum uersum in acetum *β*, Vinum amarum *d*, *dedi ex A α p Pith.* 264 est *om. β* actū *A*, *deletum in d* *u.* 266. 265 *libri*, *transp. Heumann.* 265 *A w* = *B* cuiquid *A* relinqui *A* re//// *d* 266 *A w* = *B*. *h* = *D* cępi *A* quia *β* ęsşe non erat *α* 267 Nomen] Est mihi nomen *β p* nouis *β* N. habens graecum *Cast.* 268 functi · pulcrā *A* functi *rell. omnes* pulcri *Cast.* furtim *Schenkl* 269 *A* = *D* + *B*. *h* = *B* + *D* *w Cast. Pith.* = *B*. *Aldhelmus* = *D*. briuer *d* lega . . *d* lagatur *α* Exidium *A* dum *hw om. A β* 271 est *om. β* esse uidentur *A* 272 *A w Pith.* = *B* de mari *om. A. p libere mutat.*

LXXXVI Malleus

Non ego de toto mihi corpore uindico uires,
Sed capitis pugna nulli certare recuso.
Grande tamen caput est, totum quoque corpus in illo.

LXXXVII Pistillus

Contero cuncta simul uirtutis robore magno.
Vna mihi ceruix, capitum sed forma duorum.
Pro pedibus caput est: nam cetera corpore non sunt.

LXXXVIII Strigilis aenea

Rubida curua capax alienis umida guttis,
Luminibus falsis auri mentita colorem,
Dedita sudori, modico subcumbo labori.

LXXXVIIII Balneum

Per totas aedes innoxius introit ignis.
Est calor in medio magnus, quem nemo ueretur.
Non est nuda domus, sed nudus conuenit hospes.

LXXXX Tessera *p. 155*

Dedita sum semper fato non certa futuro.
Iactor in ancipites uaria uertigine casus
Non ego maesta malis, non rebus laeta secundis.

275 mihi . . . . . pondus in ipso est. LXXXVIII Strigilis. 279 Rubea 280 simulata metallo 285 uoto 287 Nunc . . nunc

Malleum *β* 273 Non mihi de totũ corpus ego. non ego de toto *sqq. A* 274 pugnum *d* 275 *h* = *D*, *A w Pith* = *B*, *nisi quod A Pith.* in illo, *quod in d euanuit* Pistulum *β* 278 corpora *libri* (corporis absunt *w*), *corr. Schenkl* aenea *A α* aerea *d*. Strigillae *β*. 279 *h* = *D*. *A w Pith.* = *B* curba *A* humida *libri* 280 fluminib; *A* aureo *β*. *A* = *B* + *D* colore *α* 281 que sucumbo *β* Balineum *d* 282 sedes *dw* 283 ueret *d* 284 nudus *om. A* nudus sed *β* hospis *d* *post* 284: Si luctum ponas, insons intrabis in ignes *add. hist. Ap. Tyr.* 285 *A* = *B* uoto *et α* fato *dh* futura *β* 286 ancipitis *A α d* ancipates *β m pr.* 287 *A* = *B* *Pith.* = *D* secundus *α*. *Num u.* 287. 286. *transponendi?*

LXXXXI Pecunia

Terra fui primo, latebris abscondita terrae;
Nunc aliud pretium flammae nomenque dederunt,
Nec iam terra uocor, licet ex me terra paretur.

LXXXXII Mulier quae geminos pariebat

Plus ego sustinui, quam corpus debuit unum.
Tres animas habui, quas omnes intus habebam:
Discessere duae, sed tertia paene secuta est.

LXXXXIII Miles podagricus

Bellipotens olim saeuis metuendus in armis
Quinque pedes habui, quod numquam nemo negauit.
Nunc mihi uix duo sunt; inopem me copia fecit.

LXXXXIIII Luscus alium tenens

Cernere iam fas est, quod uix tibi credere fas est.
Vnus inest oculus, capitum sed milia multa.
Qui quod habet uendit, quod non habet unde parabit?

LXXXXV Funambulus

Inter lucificum caelum terrasque iacentes
Aëra per medium docta meat arte uiator.
Semita sed breuis est pedibus nec·sufficit ipsis.

288 primum . . . . . diris 293 peregit LXXXXIII Miles. 295 Sex . . . quos 296 reddit LXXXXIIII Luscus alios uendens

288 primo *A* diris *A* 289 alio *A*, *corr. A*[1] precium *αβ* dederant *A* dedere *dw* 291 Mulier. *d* Geminos mulier quae cum gemitu parit *α*. *Dedi ex Aβ* (paribat *A*) 292 animus *α* inter *α* 293 discere *d* tercia *α* pena *A* poene *α* poena *β* *A* = *B* Miles potager *A* Eques podagricus *ad sententiam recte Pith.* *hw* = *B* 294 saeuis] semper *A* 295 *Cast. Pith.* = *D.* *Ahw* = *B.* Sexque *p.* 296 cupia *A* *Aw* = *B* alium tenens *α*, *nescio quid d* uindens *A*. *Aw* = *B* alium uendens *Pith.* 298 capitis *β* *m. pr.* 299 Quidquid *A* Qui id quod *α* uindit *Ad* parauit *Aαd* Funeambulus *Aβ* 300 luciferum *A*, *glossa in w* lucifluum *h* iacentem *α* 301 doctā. eat *A*

LXXXXVI

Nunc mihi iam credas, fieri quod posse negatur.
Octo tenes manibus, sed me monstrante magistro
Sublatis septem reliqui tibi sex remanebunt.

LXXXXVII Vmbra

Insidias nullas uereor de fraude latenti;
Nam deus attribuit nobis haec munera formae,
Quod me nemo mouet, nisi qui prius ipse mouetur.

LXXXXVIII Echo

Virgo modesta nimis legem bene seruo pudoris. *p. 156*
Ore procax non sum nec sum temeraria linguae.
Vltro nolo loqui, sed do responsa loquenti.

LXXXXVIIII Somnus

Sponte mea ueniens uarias ostendo figuras.
Fingo metus uanos nullo discrimine uero.
Sed me nemo uidet, nisi qui sua lumina claudit.

C Monumentum

Nomen habens hominis post ultima fata remansi.
Nomen inane manet, sed dulcis uita profugit.
Vita tamen superest morti post tempora uitae.

LXXXXVI *Aenigma deest.* 310 lingua 313 ueri

VII et remanent VI de VIII ut tollas *α in mg.* D // VII ut tollas VII ex III remanent *d. Hoc loco est in d, ap. Cast.; no.* 49 *in α,* 100 *ap. Pith.; deest AB* Quaternio *cod. Scaligeri.* 303 credis *α* credes *h Pith.* nagatur *α* 304 tenens *libri* 306 latentis *A Pith.* 307 adtribuit *β.* m$\overset{\text{ne}}{\text{u}}$ra *A* (ne *m. sec.?*) 308 me *om. β* qui *om. α* quid *A* quod *β* si *Schenkl* mobetur *A* 309 regem *β m. pr.* podoris, *corr., α* 310 nec] non *d? A = D. h, Aldhelmus = B* 311 loquendi *d* Somnium *Muellerus* 313 *A = B. h = D* 314 claudet *Ad* Sepulchrum *d* Monimentum *α* Monumatum *β.* 315 facta remansit *α* remanens *d* relinquor *A* relinquo *Cast.* 317 semperest *α* mortis *A* Nix. Candida supernis dilabor nubibus atris Paulatim adcrescens aceruos congero magnos Tacens terris cado ullo nec murmure reddo *add. α* Exp̃l. enigmata sinfosi *A, u. p.* 208. Finiunt enigmata simphosii philosophia m̃ *α*

B. VI 1–83.
M. 299—381

LVXORII
EPIGRAMMATON LIBER

287
Ad Faustum

[XXIV] Ausus post ueteres tuis, amice,
Etsi iam temere est, placere iussis,
Nostro Fauste animo probate conpar,
Tantus grammaticae magister artis,
Quos olim puer in foro paraui
Versus ex uariis locis deductos
(Illos scilicet, unde me poetam
Insulsum puto quam magis legendum),
Nostri temporis ut amauit aetas,
In paruum tibi conditos libellum
Transmisi memori, tuo probandos
Primum pectore; dehinc, si libebit, *p. 157*
Discretos titulis, quibus tenentur,
Per nostri similes dato sodales.
Nam si doctiloquis nimisque magnis
Haec tu credideris uiris legenda,
Culpae nos socios notabit index:
Tam te, talia qui bonis recenses,

Expl · enigmata sinfosi · | incip · liber · epi · gramaton · uiri · cl[ari] | luxori · et spectabilis · sunt ũr' | LXXXXVII *A*. *In re prosodiaca poeta nimium quantum neglegens est.* XXIV *addidi.*

287. Metro falecio. ad faustum *A* 2 tam *A* iam α 5 paui *A*, *corr. Heins. num u.* 5. 6 *transponendi?* 6 reductos *Burm.* 8 magis quam α 9 aestimauit *Burm.* 12 deinc si libibet *A* dehinc α deinde *Heins.* 13 discredos *A* 14 sudales *A* 16 credederis *A* 17 notauit *A* 18 tam te *Mey.* tantae *A* recensis *A*

Quam me, qui tua duriora iussa
Feci nescius, inmemor futuri.
Nec me paeniteat iocos secutum,
Quos uerbis epigrammaton facetis
Diuerso et facili pudore lusit
Frigens ingenium, laboris expers.
Causam carminis, unde sit uoluptas,
Edet ridiculum sequens poema.

288

Ad lectorem operis sui

Priscos cum haberes, quos probares, indices,
Lector, placere qui bonis possent modis,
Nostri libelli cur retexis paginam
Nugis refertam friuolisque sensibus,
Et quam tenello tiro lusi uiscere?
An forte doctis illa cara est uersibus,
Sonat pusilli quae laboris schemate,
Nullo decoris, ambitus, sententiae?
Hanc iure quaeris et libenter inchoas,
Velut iocosa si theatra pernotes.

289

Ad librum suum

Paruus nobilium cum liber ad domos
Pomposique fori scrinia publica
Cinctus multifido ueneris agmine, *p. 158*
Nostri defugiens pauperiem laris,

21 peniteat ocos securum *A* 22 quod *A*, *corr. Mey.* epigramathon facitis *A* 23 Deuerso? 26 Edet *ego* Egit *A* rediculũ *A* 288. Iam uici ad *sqq. A* operi sui *A* 1 probare *A* 3 *num* retexti? 4 tribulisque *A*, *corr. Mey.* 5 tyro *A* biscere *A* 6 An *ego* Et *A* si illa *A* 7 sona *A* q; *A* comutae *A* schemate *ego* 8 sententia *A* 9 Haec *puto* lure *A* luce *α* incoas *A* 10 teatra *A* 289. Asclepiadei ad *sqq. A* 1 parbus *A* 2 ponposique *A* publici *A* 3 hacminerue *A*, *corr. α* 4 diffugiens *A*

Quo dudum modico sordidus angulo
Squalebas, tineis iam prope deditus:
Si te despiciet turba legentium
Inter Romulidas et Tyrias manus,
Isto pro exequiis claudere disticho:
Contentos propriis esse decet locis,
Quos laudis facile est inuidiam pati.

290

Epigrammata parua quod in hoc libro scripserit.

. . . .
Si quis hoc nostro detrahit ingenio,
Adtendat modicis condi [de] mensibus annum,
Et faciles hiemis, ueris et esse dies;
Nouerit [in] breuibus magnum deprendier usum.
Vltra mensuram gratia nulla datur.
Hic mea concinno si pagina displicet actu,
Finito citius carmina clausa silent.
Nam si constarent libris longissima multis,
Fastidita forent plurima uel uitio.

291

De piscibus, qui ab hominibus cibos capiebant

Verna clausas inter undas et lacunas regias
Postulat cibos diurnos ore piscis paruulo,

5 sordidos *A* 6 saualebas *A*, *corr. Meyer.* deditos *A. an* delitus? 7 dispiciet *A* 9 exiquiis *A*, *corr. A*[1] claudere distico *A* 10 probriis *A* debit *A* 11 ludi *L. Mueller*
290. De epigramata *sqq. A* De eo, quod ep. *α* 1 Parua quod exiguo sint scripta epigrammata libro *suppl. Burm.* 2 in hoc *Burm.* detrait *A* 3 de *add. Burm.* concludi *Meyer.* mensibis *A* 4 graciles *Meyer.* uiris et esset *A*, *corr. α* 5 in *add. α* brebib; *A* dependere *A*, *corr. Meyer.* 6 altra *A*, *corr. a* 7 *num* Huic? 8 fenito *A* silet *A* licet *α* 9 constaret *A*, *correxi* 10 uel merito? 291. Trocaicũ de *sqq. A* cybos *A* 2 postula *A* piscẽ (s) *A* paruulu *A*, *corr. A*[1]

Nec manum fugit uocatus nec pauescit regiam.
Roscidi sed amnis errans hinc et inde margine
Odit ardui procellas et dolosi gurgitis,
Ac suum, quo liber esse, transnatat, solet, mare.
Sic famem gestu loquaci et mitiori uertice
Discit ille quam sit aptum uentris arte uincere.

292

De apro † missum in triclinio nutrito

Martis aper genitus iugis inesse montium, *p. 159*
Frangere horrisonum nemus ferocius solens,
Pabula porticibus capit libenter aureis
Et posito famulas furore temperat minas;
Nec Parios lapides reuellit ore spumeo
Atria nec rapidis decora foedat ungulis,
Sed domini placidam manum quietus appetens
Fit, magis ut Veneris dicatus ille sit sacris.

293

De auriga Aegyptio qui semper uincebat

Quamuis ab Aurora fuerit genetrice creatus
  Memnon, Pelidae conruit ille manu.
At te Nocte satum ni fallor matre parauit
  Aeolus et Zephyri es natus in antra puer.
Nec quisquam qui te superet nascetur Achilles:
  Dum Memnon facie es, non tamen es genio.

3 Hęci *A* pupescit regia *A*, *corr. Dübnerus* pudescit *Meyer.* 4 roscidis ed *A* margines *A* 5 *num* arduum? gurgites *A* 6 esset *et* colit *Duebn.* transnatans *A*, *corr. Meyer.* 7 *num* e mit. latice? 8 discos ille quem *A*, *corr.* α aptus *Mey.* 292. Arcilociũ de *sqq. A* missũ *A. num* mitissimo? *sed cf.* c. 230. 2 Fr. et *Mey.* et orrisonum *conicio.* ferotius *A* 4 fam.] *num* fremitus? 6 rapitis *A* rabidis *Muell.* fędat *A* 293. aurica *A* 1 ab *del. Mey.* 2 pellide *A* 3 at *Mey.* ut *A* 4 eolos *A* 5 nec] ne *A* nequiquam *L. Muell.* 6 Tu *idem* facies *A* facie es *Mey.* es *Burm.* et *A*

294

In grammaticum furiosum

Carminum interpres meritique uatum,
Cum leues artem pueros docere
Diceris uel te iuuenes magistrum
Audiunt uerbis ueluti disertum,
Cur in horrendam furiam recedis
Et manu et telo raperis cruentus?
Non es, in quantum furor hic probatur,
Dignus inter grammaticos uocari,
Sed malos inter sociari Orestas.

295

In aduocatum effeminatum

Execti species uiri,
Naturae graue dedecus,
Vsu femineo Paris,
Foedae cura libidinis: *p. 160*
Cum sis ore facundior,
Cur causas steriles agis
Aut corrupta negotia
Et perdenda magis locas?
Agnoui: ut uideo, tuo
Ori quid bene credier
Non uis, sed puto podici.

296

B. III 164 M. 944 **In clamosum Pygmaeum corpore et furiosum**

Corpore par querulis es uel clamore cicadis:
Hinc potior, quod te tempora nulla uetant.

294. Safficū in *sqq. A* 1 uadum *A* 4 audeant *A* audiunt *scripsi* 5 quur in orendā *A* descendis *α* 6 cruendos *A* 8 gramaticos *A* 9 sociarios orestas *A* 295. Gliconium in *sqq. A* 2 grabe *A* 3 uso *A* pares *A* 4 fere *A* foedae *Heins.* 6 qur *A* 9 ut] et *Mey.* 11 bis sed puro *A*, *corr. a*
296. pigmeum *ABV* corpore *om. BV* 1 per *BV* quaer[u]elis *V* es uel] et par *Scriu.* cicauis *A* 2 patior *B* potius *V* 2 uedant *A*

Dum loqueris, quaerunt cuncti, uox cuius oberret,
Atque sonum alterius corporis esse putant.
Miramur, tantum capiant quae membra furorem,
Cum sit forma leuis, clamor et ira grauis.

297

In moechum, quod ebriatus plorabat, cum coitum inplere non posset

Saepius futuis nimisque semper,
Nec parcis, nisi forte †ebriatus
Effundis lacrimas, quod esse moechus
Multo non ualeas mero subactus.
Plura ne futuas, peto, Lucine;
Aut semper bibe taediumque plange,
Aut, numquam ut futuas, uenena sume.

298

In spadonem regium, qui mitellam sumebat

Rutilo decens capillo
Roseoque crine ephebus
Spado regius mitellam
Capitis uelo †capit;
Proprii memor pudoris, *p. 161*
Bene conscius quid esset,
Posuit cogente nullo,
Fuerat minus quod illi.

299

In magum medicum

Tibi cum non sit diei panis,
Magicas artes inscius inples.

3 quaeř *V* cui obirent *B* aborret *V* 4 adq; *A* somnũ *B* 5 cupiant *B* quẽ *A* que *B* quae *V* 6 Cum *A* Vt *BV*
297. Falletium inme · cum quod debriatus *A* possit *A* 1 Iaeius *A*, *corr. cod. Leid. in mg.* 2 ne parces *A* debriatus *A*, inebr. *Burm.* 3 megus *A* 4 multa *A* 5 plura *scripsi* plora *A* fuduas *A* 6 et *A* aut *Mey.* uiuit odiuq; plangit *A*, *corr. Mey.*
298. 1 Ratio *A* Rutilo *ego* Raro *Heins.* 2 crines effoeb; *A. num* effetus? 4 uolo *A* uelo *α*. *num* capessit *uel* recepit? 5 probrii *A* 299. Anapesticum in magnũ medicum *A*

Ire per umbras atque sepulcra
Pectore egeno titubans gestis
Nec tua Manes carmina sumunt.
Fame dum pulsus Tartara cantu
Omnia turbas, aliquid credis
Dare quod possit super his Pluton,
Pauperibus quae puto quod †petus.
Egeas totum semper in orbem,
Mage, si poscis membra perempta.

300

In acceptorarium obesum et infelicem

Pondere detracto miseras, Martine, fatigas
Pressura crudelis aues. pinguedine tanta
Vt tu sis, frustra maciem patiuntur iniquam.
Debuerant (fateor) magis has tua pascere membra,
Vt numquam possent ieiuna morte perire.

301

In uetulam uirginem nubentem

Virgo, quam Phlegethon uocat sororem,
Saturni potior parens senecta,
Quam Nox atque Erebus tulit Chaosque,
Cui rugae totidem graues, quot anni,
Cui uultus elephans dedit cutemque,
Mater simia quam creauit aruis
Grandaeua in Libycis nouo sub orbe, *p. 16*
Olim quam decuit marito Diti
Pro nata Cereris dari per umbras:
Quis te tam petulans suburit ardor,

3 adq; 7 credis *Mey.* crederis *A* 9 quae *ego* q; *A* petus *A* petas *α*. *num* dentur? 300. 1 detracto *Dübnerus* uel facto *A* 2 haues *A* aues *cod. Leid.* 3 frustrã · aciem *A* 5 Vt unumquam *A* periret *A* 301. 1 flegeton *A* Phaethon uocet *L. Muell.* 2 senecte *A* senecta *ego* 3 tullit caosq; *A* 4 ruget *A* 5 elefans *A* 7 libicis *A* nouo *non intellego* 8 marto *A*, *corr.* *α* 10 pedulans *A*

Nunc cum iam exitium tibi supersit?
An hoc pro titulo cupis sepulcri,
Vt te cognita fama sic loquatur,
Quod stuprata uiro est anus nocenti?

302

In medicolenonem

Quod te pallidulum, Marine noster,
Cuncti post totidem dies salutant,
Credebam medicum uelut peritum
Curam febribus et manum pudicam
De factis logicae parare sectae
Aut de methodicis probare libris.
At tu fornice turpius uacabas,
Exercens aliis, quod ipse possis
Lenatis melius tibi puellis
Scortandi solito labore ferre.
Noui, quid libeat tuum, chirurge,
Conspectos animum uidere cunnos:
Vis ostendere te minus uirum esse,
Arrectos satis est mares uidere.

303

In diaconum festinantem ad prandium cauponis

Quo festinus abis gula inpellente, sacerdos?
  An tibi pro psalmis pocula corde sedent?
Pulpita templorum, ne pulpita quaere tabernae,
  Numina quo laudes, non phialas referas.

12 cupit sepulchri *A* 14 stubrata *A* noce^{i}nte *A m. pr.* 302. *Num* In medicum lenonem? 2 toditem *A* 5 fastis *Mey.* 6 metodicis *A* 7 aüt *A* tur. plus *A*, *corr. a* 11 nobi *A*. *num* cur? liberat *A*, *corr. Burm.* cirurge *A* 12 connos *A*, *corr.* *A*[1] 13 ℞ *A in mg.* 14 ularrectos *A*, *corr. Heins.* 303. De diacono festinante *V* In diconum festiuitatem *B* caponis *B* 1 Quid *A* abhis *A* guila *A*, *V in quo corr.* cuila *B* inpelente *V m. pr. B* 2 spalmis *B* procula *sed corr. V* codae *B* 3 palpita *V* palpita q̃rę *V* 4 Almina *A*, *om. BV*, *corr. a* quod *B ex corr.*, *V* cęli laudes *BV* ñ quae *V* fialas *A* filas *BV* reseras *A* referas *B* referes *V*

304

De turre in uiridiario posita, ubi se Fridamal aprum | pinxit occidere *p. 163*

Extollit celsas nemoralis Aricia sedes,
Sternit ubi famulas casta Diana feras;
Frondosis Tempe cinguntur Thessala siluis
Pinguiaque Nemeae lustra Molorchus habet;
Haec uero aetherias exit quae turris in auras,
Consessum domino deliciosa parans,
Omnibus in medium lucis ornata refulget
Obtinuitque nouo praemia cuncta loco.
Hinc nemus, hinc fontes exstructa cubilia cingunt
Statque uelut propriis ipsa Diana iugis.
Clausa sed in tanto cum sit splendore uoluptas
Artibus ac uariis atria pulcra micent,
Admiranda tuae tamen est uirtutis imago,
Fridamal, et stratae gloria magna ferae,
Qui solitae accendens mentem uirtutis amore
Aptasti digno pingere facta loco.
Hinc spumantis apri iaculo pos terga retorto
Frontem et cum geminis naribus ora feris.
Ante ictum subita prostrata est bellua morte,
Cui prius extingui quam cecidisse fuit.
Iussit fata manus telo nec uulnera sensit
Exerrans anima iam pereunte cruor.

305

De auibus marinis, quae post uolatum ad domum remeabant

Felix marinis alitibus Fridamal,
Felix iuuenta, prosperior genio,

304. uiridario *edd.* abR/ *A* 2 fabulas *A*, *corr.* *α* pauidas *a* feres *A* 3 cincuntur tesala *A* 4 pinquia bene nutulus · tramůlorcus *A*, *correxi* Benuenti *N. Heins.* bernuta *α* 5 ęterias *A* 6 dño. *A* 9 et structa *A*, *correxi* ciuilia *A* 10 probriis *A* 14 e statuę *A*, *corr. a* 16 optasti *Mey.* facia *A* 17 pos *A* post *α* retorta *A* 19 prostrate · sibellua *A* 20 prius prius *A*, *corr. a* 305. ad *om. edd.* dominum *α*

Quem sponte poscunt aequoreae uolucres;
Nec stagna grato frigida concilio *p. 164*
Pigris strepentes gurgitibus retinent;
Sed quo tuorum temperiem nemorum
Monstrent, uolatu praememores famulo
Pro te relictam non repetunt patriam.

306

In aurigam senem uictum crimina in populo iactantem

Te quotiens uictum circus, Cyriace, resultat,
Crimine uictores polluis et populos.
5 Sed quod in alterius diuulgas crimina nomen,
Cur non illa magis credis inesse tibi?
3 Non uisum quereris senio languente perisse,
Castigasque tuae tarda flagella manus!
7 Es meritis inpar, uirtute, aetate relictus:
Haec cum habeant alii, crimina uera putas.
Sola tamen falsis surgat tibi poena loquellis,
Vt uictus semper nil nisi crimen agas.

307

In podagrum uenationi studentem

Apros et capreas leuesque ceruos
Incuruus rapidis equis fatigat.
Tantum nec sequitur capitque quicquam.
Esse inter iuuenes cupit, uocari
Baudus, dum misero gemat dolore
Et nil proualeat. quid ergo gestit?
Mori praecipiti furit caballo,
Cum lecto melius perire possit.

3 egore *A* 4 grado frigiga *A*, *corr.* *α* Phrygica *Burm.* consilio *α* 6 numerum *A*, *corr. Schrader* 8 pro te *Mey.* prope *A* 306. 1 Cyriace *Burm.* quiriace *A* 2 set *A* *u.* 5. 6. 3. 4 *sic puto ponendos.* 6 quur *A* 3 Non *ego* Tunc *A. fortasse* Tune usum? 4 casticasq; *A* que] ue? 307. In potagrum uenatione studente *A* 1 lebesq; *A* 2 incurb; *A* 3 tantam *A* 6 praeualeat *Burm.* 7 prę̨cepiti *A* 8 posset *A*

308

In supra scriptum, quod multa scorta habuit et eas custodiebat

Zelo [agitas] plures, Incuruus, clune puellas,
Sed nulla est, quae te sentiat esse uirum.
Custodis clausas, tamquam sis omnibus aptus.
Est tamen internus Iuppiter ex famulis. p. 165
Si nihil ergo uales, uacua cur arrigis orche
Et facis ignauus mentis adulterium?

309

In medicum inpotentem, qui ter uiduam duxit uxorem

Post tot repleta busta
Et funerum cateruas
Ac dispares maritos,
Rugosa quos peremit
Fatis anus sinistris,
Tu nunc, chirurge, quartus
Coniunx uocate plaudis.
Sed uiuus es sepultus,
Dum parte qua decebat
Nil contines mariti.
Iam nosco, cui uidetur
Nupsisse Paula rursus.
Nulli! quid ergo fecit?
Mutare mox lugubrem
Quam sumpserat cupiuit
Vxor nefanda uestem,
Vt quartus atque quintus
Possit uenire coniunx.

308. In s̄s̄ quod multas scortos *A* supra scriptum *ego* sacerdotem *Burm.* *num* multas scortas? costodiebat *A* 1 Zelo *A* agitas *addidi* zelotypus *a* incurbas *A*, *correxi ex* 307, 2. plune *A* 3 costodis *A* partus *A*, *corr. a* 5 uacuo *A* uana *Muell.* a[r]igis oge *A* orge *Heins.* arte *Burm.* orche (ὄρχις) *ego* 6 ignarus *A*, *em. Muell.* 309. Anagretium in *sqq.* *A* uxuorem *A* 1 buta *A* 2 catebas *A* 3 hac *A* 4 rogosa *A* 6 circurge *A* 11 cur *Burm.* *errore ut uidetur* 14 lucubrē *A* 15 cupibit *A* 17 adq; *A*

310

In pantomimam pygmaeam, quae Andromachae fabulam frequenter saltabat et raptum Helenae

Andromacham atque Helenam saltat Macedonia semper,
Et quibus excelso corpore forma fuit.
Haec tamen aut breuior Pygmaea uirgine surgit
Ipsius aut quantum pes erat Andromachae.
Sed putat illarum fieri se nomine talem, *p. 166*
Motibus et falsis crescere membra cupit.
Hac spe, crede, tuos incassum decipis artus:
Thersiten potius finge, quod esse soles!

311

In ebriosum nihil comedentem, sed solum bibentem

Dum bibis solus, poterant quod omnes,
Saepe nec totis satiaris horis
Et tibi munus Cereris resordet
Ac nihil curas nisi ferre Bacchum,
Nerfa, iam te non hominem uocabo,
Sed nimis plenam et patulam lagenam.

312

De Fama picta in stabulo circi

Qualem te pictor stabulis formauit equorum,
Talem te nostris blanda referto iugis.
Semper et adsiduo uincendi munera porta
His, quorum limen fortis amica sedes.

310. pantominā pigmemi *B* pigmeā quę andromace *A* andromache *B* ęlene *A* hele *B* 1 Andromace adq; *A* Andromachem *B* 3 pigmea *AB* uirginē *A* 4 andromace *A* 5 illam *B* 6 montibus *AB* membr/////// *B* 7 credi *A* incasum *A* arte/// *B* 8 tersiten *AB* 311. 1 Dum bibet solos poteram *A* 4 curus *A* ferret *A* 5 Nerse *edd.* uocauo *A* 6 lacunam *A ex* lucunam 312. 4 sedis *A* tenes *Mey.*

313

Aliter

Verum, Fama, tibi uultum pictura notauit,
Dum uiuos oculos iuncea forma gerit.
Tu quamuis totum uelox rapiaris in orbem,
Pulcrior hoc uno limine clausa sedes.

314

In uicinum inuidum

Zeleris nimium cur mea, Marcie,
Tamquam si pereas, limina, nescio,
Cum sis proximior, una uelut domus,
Et nostros paries dimidiet lares.
Sed gratum ferimus: talis es omnibus,
Nec quemquam nisi te [uis] miser aspici.
Contingat (quesumus, numina) quod cupis,
Te solum ut uideas, Marcie, dum uiuis! *p. 167*

315

In gibberosum, qui se generosum iactabat

Fingis superbum quod tibi patrum genus,
Nunc Iuliorum prole te satum tumens,
Nunc Memmiorum Martiique Romuli,
Prodesse gibbo forte quid putas tuo?
Nil ista falso uerba prosunt ambitu.
Tace parentes, ne quietos moueas:
Natura nobis unde sis natus docet.

313. 1 notabit *A* 2 dum uigiles *Burm.* 3 totũ *sed* u *in* o *mutato A* 4 sedis *A* 314. 1 quur *A* marcię *A* 2 ne^{s}cio *A* 3 sit *A*, *corr. α* une *L. Muell.* domu *A* domus *Mey.* 5 feremus *A* 6 Ne *A* uis *add. a* 7 quęsumus nomina *A*, *corr. Mey.* 8 uiuis *A*, *fort. recte cum uitio prosodiae.* bibis *a* 315. gi^{b}berosum *A* genero subiactabat *A* (*sic*) 4 prodeesse *A* quod *Burm.* 5 ambito *A* 7 doces, s *super* t *eraso*, *A*

316

De eo qui se poetam dicebat quod in triuiis cantaretur et a pueris laudaretur

Conponis fatuis dum pueris melos,
Zenobi, et triuio carmine perstrepis
Indoctaque malis uerba facis locis,
Credis tete aliquid laudibus indere
Famamque ad teneros ducere posteros?
Hoc nostrae faciunt semper et alites:
Ni rite †incapies, sibila tum canunt.

317

In puellam hermaphroditam

Monstrum feminei bimembre sexus,
Quam coacta uirum facit libido,
Quae gaudes futui furente cunno,
Cur te † ceperit inpotens uoluptas?
Non das, quod pateris,† facisque cunnum.
Illam, qua mulier probaris esse,
Partem cum dederis, puella tunc sis.

318

Ad eum qui per diem dormiens nocte uigilabat

Stertis anhelanti fessus quod corde, Lycaon,
Exhorrens lucis munera parta dei,
Et tibi uigilias semper nox tetra ministrat, *p. 168*
Iam scio te nostro uiuere nolle die.
At si tale tibi studium natura parauit,
Viuas ad antipodas: sic uelut inde redis.

316. tribiis *A* 2 tribio *A* carmina *Burm.* 3 indocta atque *Mey. puto* indoctusque. iocis *L. Muell.* 5 fanamq; *A* 6 huc *A* rostro *Burm.* aliter *A* 7 Nih rite *A* Si *Mey.* institues *conieci* 317. ermafroditam *A* 1 Nostrum *A*, *corr. a* 4 quur te cępit *A* cum *Burm.* 5 des quo *A* 6 quam *A* 7 tuncis *A* 318. noctu *BV* que uigilat *V* 1 anelanti *AB* licaon *A* licaoni *B* licaom' *V* 2 exorrens *AV*, *corr. V m. sec.* exorent *B*. *num* die? dei *ABV* diei *Mey.* 3 uigilius, *sed corr.*, *V* trita *A* 4 scio] sua *V* nole *B* 5 ᵘat *V* aut *AB* at *Mey.* studⁱum *A* parabit *A* 6 Viuas *A* ui

319

De sarcophago, ubi turpia sculpta fuerant

Turpia tot tumulo defixit crimina Balbus,
Post superos spurco Tartara more premens.
Pro facinus! finita nihil modo uita retraxit,
Luxuriam ad Manes moecha sepulcra gerunt.

320

Item unde supra scriptum: ubi equi circi bibebant

Creuit ad ornatum stabuli circique decorem
Purior egregio reddita nympha loco,
Quam cingunt uariis insignia clara metallis
Crispatoque super scinditur unda gradu.
Excipit hanc patuli moles miranda sepulcri,
Corporibus uiuis pocula blanda parans.
Nec clam sarcophagus tristissima funera claudit,
Sed laetus dulci flumine conplet equos.
Fundit aquas duro signatum marmore flumen,
Falsa tamen species uera fluenta uomit.
Plaudite uos Musae diuersaque plaudite signa,
Quae circum docili continet arte decor;
Et dum palmiferis post praemia tanta quadrigis
Garrula uictores turba resoluit equos,
Praebete innocuos potus potusque salubres,
Vt domino proprius gaudia circus agat.

321

In cinaedum bona sua corruptoribus dantem

Diuitias grandesque epulas et munera multa,
Quod proavi atque ataui quodque reliquit auus,

BV uiuus *a* antipotas *A* astipodas *V* sic *Burm.* sis *ABV* uelud *BV* redis *ego* redi *ABV*

319. sarcofaco *A* sculpea *A* 4 luxoriam *A* mecum *A* moecha *a* 320. unde ss̃ *A* supra *Bur.* scriptum *ego* (*supra i. e. c.* 312 *sq.*) 1 crebit *A* 2 nimfa *A* 4 crispatumquę *A* gradu *A* gelu *Burm.* 5 oles *A* 7 Nec] Ne *A* sarcofatus *A* funere *A* 10 speciesuęs · uera *A* 12 qua *uel* qui *Mey.* circum *est aduerbium* 14 garula *A* 16 dño probrius *A* agit *A* 321. 2 adq; atabi *A* relinquid ab; *A* 4 *num* ille cupit?

Des licet in cunctos et spargas, Becca, maritos: *p. 169*
Plus tamen ille capit, cui dare saepe cupis.
Nescio quid miserum est, quod celas, Becca: talento
Vendere debueras, si bona membra dares.

322

De eo qui uxorem suam prostare faciebat pro filiis habendis

Stirpe negata patrium nomen
Non pater audis; castus adulter
Coniugis carae uiscera damnas,
Pariat spurios ut tibi natos
Inscios, quo sint semine creti.
Fuerant forsan ista ferenda
Foeda, Proconi, uota parumper,
†Scire uel ipsam si tuus umquam
Posset adultus dicere matrem.

323

De aleatore in pretio lenocinii ludente

Ludis, nec superas uictor ad aleam,
Nec quicquam in tabulam das, nisi virginem,
Spondens blanditias et coitus simul.
Hoc cur das aliis, quod poteras tibi?
An tali melius praemia grata sunt,
Aut prodest uiṭium tale, quod impetras?
Si vincas, ego te non puto uirginem
In luxum cupere, sed mage uendere.

322. suam *om.* α filios *A* 2 carus, 3 castae *A*; *mutaui.* 4 spurcos *A* spurios *a* 5 inscius quod *A* 7 fęda *A* progenii *L. Muell.* 8 ipsa *A* ipsam *Burm.* s'tus *A* filius *Burm.* ipse si tuus *L. Muell.* 323. ludentẽ *A* 1 ultor *A*, *correxi* superat alter *Muell. de r. m. p.* 165 2 tabula *A*, *corr. Muell.* uirginum *A*, *corr. id.* 3 coitu *A* 5 grada *A* An tabulae *A*, *corr. L. Muell.* 6 prodeest *A* imperas *A*, *em. Muell.* 7 reputo *A*, *corr. a* 8 se · din agine uindere *A*, *corr. Burm.* in agmine α

324

In nomen Aegyptii, quo equi circi infortunium capiebant

Icarus et Phaethon Veneto nolente uocaris
Atque agilis, pigro cum pede cuncta premas.
Sed tamen et Phaethon cecidit super aethera flammis,
Dum cupit insolitis nescius ire plagis; *p. 170*
Tu quoque confractis defectus in aequore pinnis,
Icare, Phoebeo uictus ab igne cadis.
Dignis ergo tibi praebentur nomina fatis,
Per te iterum ut pereant, qui periere prius.

325

De Romulo picto, ubi in muris fratrem occidit

Disce pium facinus: percusso, Romule, fratre
Sic tibi Roma datur. huius iam nomine culpet
Nemo te caedis, murorum si decet omen.

326

De eo qui amicos ad prandium clamabat, ut plura exposceret xenia

Gaudeo quod me nimis ac frequenter
Ambitu pascis, Blumarit, superbo.
Vnde sed pascor? mea sunt per omnes
Sparsa conuiuas bona. nec volebam,
Pasceres quemquam peteresque mecum,
Ne tibi quicquam detur, unde pascas.
Hoc tamen sed si uitio teneris,
Me precor numquam iubeas uocari.

324. infurtuniū *A*, *corr.* *A*[1] 1 fęton beneto *A* 2 adq; acilis *A* 3 feton *A* 4 insolutis *A* 6 foebeo *A* 8 perire *A*, *corr.* *a* 325. ubi] qui? 2 culpet *scripsi* culpa *A* culpat *Burm.* 3 si] sed *Muell.* *num* si accipit? 326 senia *A* 1 qod *A* 4 sparsas *A* 7 si tu *α*

327

De auriga elato frequenter cadente

Pascasium aurigam populi fortem esse fatentur,
Ast ego non aliud quam turgida membra notabo
Inflatumque caput populis et amica ruinis
Brachia, quae numquam recto moderamine frenant.
Mox cadit et cadit [et] rursum cadit, inde resurgit
Et cadit, ut miseris frangantur crura caballis.
Non iste humano dicatur nomine natus:
Hunc potius gryphum proprium uocet Africa circo.

328

De laude aurigae prasini

Iectofian prasino felix auriga colore,
  Priscorum conpar, ars quibus ipsa fuit. *p. 171*
Suetus equos regere, metas lustrare quadrigis
  Et quocumque uelis ducere frena manu.
Non sic Tantalides umero stat uictor eburno;
  Vna illi palma est, at tibi multa manet.

329

In eum qui foedas amabat

Diligit informes et foedas Myrro puellas;
  Quas aliter pulcro uiderit ore, timet.
Iudicium hoc quale est oculorum, Myrro, fateri,
  Vt tibi non placeat Pontica, sed Garamas!
Iam tamen agnosco, cur tales quaeris amicas:
  Pulcra tibi numquam, sed dare foeda potes.

327. aurigilato *A* lato *uel* inflato *Burm.* elato *ego* 1 fortasse *A*, *correxi* 2 turbida *A*, *corr. Burm.* 3 poc(u)lis *Dübner* plagis *Mey.* pronis *puto uel* propriis 4 quae *Duebner* quem *A* re^c^to *A* 5 et *add. Mey.* 8 grifum probriũ *A* uocat *α* 328. 1 Iectofianẗ *A m. pr.* 2 conparar · squib; *A* 3 ęquus *A* et *add. α* 5 humero *A* (*sic*) 6 palmę st *A* stat *α* 329. fędas *ex* fedas *corr. A* 1 pelas *A* 2 alitet *A* uident *A*, *corr. a* 3 indicium *A* hoc *om. edd.* fatere *A*, *correxi* 5 quur *A* 6 sed *A* se *Burm.* potest *a*

330

De simiis canum dorso inpositis

Reddita post longum Tyriis est mira uoluptas,
  Quem pauet ut sedeat simia blanda canem.
Quantum magna parant felici tempora regno,
  Discant ut legem pacis habere ferae!

331

De partu ursae

Lambere nascentis fertur primordia prolis
  Vrsa ferox, placido cum facit ore genus.
Expolit informes labris parientibus artus
  Et pietas subolem rursus amore creat.
Attrito truncum formatur corpore pignus,
  Dum sculpendo facit crescere membra faber.
Officium natura suum permisit amanti:
  Formam post uterum lingua magistra parit.

332

De laude horti Eugeti

Hortus, quo faciles fluunt Napaeae,
Quo ludunt Dryades uirente choro,
Quo subit teneras Diana Nymphas, p. 17
Quo Venus roseos recondit artus,
Quo fessus teretes Cupido flammas
Suspensis reficit liber pharetris,
Quo se †laconides ferunt puellae,

330. dorsum *A* 1 tiriis *A* 2 pauit *A* 3 quanto *A*, *corr. Mey.* felice (i superscr.) *A* (i A^1? *a*?) 331. 2 *num* placidum? 3 parentib; *A*, *corr. a* 5 atrito *A* 8 pos *A* pauit *A* 332. ortus *A* Euageti *Burm.* Euangeli *α*. *cf.* Oageis *infr. c.* 345. napeę *A* 2 driades *A* uiretque Chloris *α*, *Leid. mg.* 3 sobit *A* fouet *Heins.* nimfas *A* 4 quu *A*, *corr.* A^1 5 teredes *A* 6 suspensus *A* liber *A* puer *α*, *Leid. mg.* faretris *A* 7 quos elacodes (ni superscr.) (es *ex* is *corr.*) *A* quo sese Aonides *Burm.* ferunt se Heliconides *L. Muell. d. re metr.* 163. *Musarum locus hic nullus.*

Cui numquam minus est amoena frondis,
Cui semper redolent amoena uerni,
Cui fons perspicuis tener fluentis
Muscoso riguum parit meatu,
Quo dulcis auium canor resultat,
Quidquid per uarias refertur urbes,
Hoc uno famulans loco subaptat.

333

De tablista furioso quasi tesseris imperante

Ludit cum multis Vatanans, sed ludere nescit,
  Et putat imperio currere puncta suo.
Sed male dum numeros contraria tessera mittit,
  Clamat et irato pallidus ore fremit.
Tum verbis manibusque furens miserandus anhelat,
  De solitis faciens proelia uera iocis.
Effundit tabulam mensam subsellia pyrgum
  Perditaque Harpyacis aera rapit manibus.
Hic si forte unam tabulam non arte sed errans
  Vicerit aut aliam, nil bene dante manu,
Mox inflat uenas et †pallida guttura tendit
  Plusque furit uincens, quam superatus erat.
Non iam huic ludum sapientum calculus aptet

. . . .

334

De uenatore picto in manibus oculos habente

Docta manus saevis quotiens se praebuit ursis, *p. 173*
  Numquam fallentem tela dedere necem.

10 fr^{n}os *A m. pr.* fons *α* 11 riguus *A*, *correxi* salit *Burm.* prurit *α* 12 resultans *A* 13 per urias referret *A*. *corr a* 14 *num* Huic uni? ministrat *a*, subaptat *A*

333. inperantē *A* 1 Vatanas *Salmasius* 2 pudat *A* *num* cuncta? 3 mitte *A* 4 et] pt *A* 5 tuum *A* anelat *A* 7 effandit *A* mensa subselia pirgū *A* 8 arpia · cisera rapit *A* (*cf. Velius Long. p.* 2220. *Ribbeck proll. Verg. p.* 428) 13 huic cludum *A* *post* 13 *nullum interstitium in A* 334. habentem *A* 1 sebis quoties *A* 2 telated^{de}ere *A m. pr.*

Hinc etiam digitis oculos pictura locauit,
  Quod uisum frontis prouida dextra tulit.

335

Aliter unde supra

Venatori oculos manibus pictura locauit
  Et geminum egregia lumen ab arte manet.
Hic quocumque modo uenabula fulgida pressit,
  Signatum ueluti contulit exitium.
Naturae lucem uicerunt fortia facta:
  Iam uisus proprios coepit habere manus.

336

In aurigam effeminatum numquam uincentem

Praecedis, Vico, nec tamen procedis,
Et quam debueras tenere partem,
Hac mollis misero teneris usu.
Vmquam uincere possis ut quadrigis,
Corruptor tibi sit retro ponendus.

337

De paranympho delatore, qui se ad hoc officium omnibus ingerebat

Hermes cunctorum thalamos et uota pererrat
  Omnibus ac sponsis pronubus esse cupit.
Hunc quisquam [si] forte uelit contemnere diues,
  Mox eius famam rodit iniqua ferens.
Nec purum obsequium: notis famulatur amicis,
  Indicet ut potius, quae uidet, ille uolens.
Non sua sortitur, te qui facit auspice uota,
  Sed tua; cui multum conferet, ut taceas.

4 tullit *A* 335. ude supra *A* 2 *num* nitet? 4 contullit exidiũ *A* excidium *α*, *correxi* 5 nature *A* 6 proprius cępit *A* 336. 1 Procedis *Mey.* tamen precedis *A*, *correxi* 3 hac *α* ac *A* misera *A*, *corr. Burm.* 337. paranimfo *A* 2 ponsis *A* 3 si *add. α*, *Heins.* 6 uidit *A* 7 te *Heins.* ę *A* 8 taces *A*

338

De funere mulieris formosae, quae litigiosa fuit

Gorgoneos uultus habuit Catucia coniunx:
  Haec dum pulcra foret, iurgia saepe dabat. *p. 174*
Fecerat atque [suum] semper rixando maritum,
  Esset ut insano stultius ore tacens.
Et quotiens illam trepido cernebat amore,
  Haerebat, tamquam uera Medusa foret.
Defuncta est tandem, haec iurgia ferre per umbras
  Cumque ipsa litem reddere Persephone.

339

De duobus qui se conpedibus, quibus uincti erant, ceciderunt

Conpedibus nexi quidam duo forte sedebant
  Criminis ob causam carceris ante fores.
Hi secum subitae mouerunt iurgia rixae;
  Ebrietatis opus gessit iniqua fames.
Nec caedem pugnis aut calcibus egit uterque:
  Vincla illis telum, uincla fuere manus.
Nemo truces posthac debet pauitare catenas,
  Si reus e poenis ingerit arma suis.

340

De causidico turpi, qui concubam suam Charitem uocabat

Esset causidici si par facundia neruo,
  Impleret cuncti uiscera negotii.
At tamen inuigilat causis, quae crimina pandunt,
  Dum Veneris famulam iure Priapus agit.

338. 1 Gorgoneus *A* coniux *A* 3 adq; *A* suum *add.* α rixandũ mantũ *A* 5 quoties *A* illa *A* 6 mętusa *A* 8 persenecem *A* (necem *e glossa syllabarum* φονη *ortum puto*), *corr. Heins.* 339. 1 forti *A* 4 Et uirtutis opus *a* 5 eregit *A* 7 trucis *A* debit *A* 8 e pęnis *A*. *num* inuenit? 340. caritẽ *A* 1 causitici *A* 2 implere *A* 3 at α ut *A* 4 fabulã *A*, famulum *Burm.* -am *ego* priab; *A*

341

In ministrum regis, qui alienas facultates ui extorquebat

Bella die noctuque suis facit Eutychus armis
  Divitias cunctis e domibus rapiens.
Huic si forte aliquis nolit dare siue repugnet,
  Vim facit et clamat, regis habenda, nimis.
Quid grauius hostis, fur aut latrunculus implet,
  Talia si dominus atque minister agit?

342

De eodem aliter *p. 175*

Cum famulis telisque furens penetralia cuncta
  Eutychus inrumpit diuitiasque rapit.
Hunc nullus uetat ire parens, non forsan amicus;
  Deterior precibus redditus ille manet.
Quae sunt ergo manus aut ferrea tela ferenda,
  Quisue aries talem quodue repellat opus?
Huic si nemo potest ullas opponere uires,
  Obuia sint illi fulmina sola dei!

343

In eum qui, quod senior dici nollet, multas sibi concubas faciebat

Accusas proprios cur longo ex tempore canos,
  Cum sis phoenicis grandior a senio,
Et quotiens tardam quaeris celare senectam,
  Pellicibus multis te facis esse uirum?
Incassum reparare putas hac fraude iuuentam;
  Harum luxus agit, sis grauis ut senior.

341. 1 nocteq; *A* euticus *A* 2 cuncti sed omnib; *A* 3 sibiue *A*, *corr. a ut uidetur* 4 minis *a* nimis *A* 5 hostes fura · ut *A* 6 sic *A* adq; *A* 342. 2 euticius *A* diuias (ci *supra*) *A m. pr.* 7 nēo poest *A* 343. quod *ego* ut *A* faciebat et orrebat senex uocari *A* 1 probrius quur *A* 2 fenicis *A*. *num* phoenice? 4 pelicib; *A* 5 iubentã *A* 6 aut sen'or *A* ut *L. Muell.*

344

Item in supra scriptum, quod se mori numquam diceret

Quantum tres Priami potuissent uiuere mundo
  Aut quantum cornix atque elephans superest,
Tantam dum numeres longaeua aetate senectam,
  Te numquam firmas Tartara posse pati
Et credis Lachesim numquam tua rumpere fata
  Aeternoque putas stamine fila trahi.
Quamuis tarda tibi ueniet mors ultima tandem,
  Cum magis oblitus coeperis esse tui.
Nam poena est potius morbis producere uitam;
  Quod non semper habes, tristius, esse diu, est.

345

Epitaphion de filia Oageis infantula

  Heu dolor et magnis semper mors inuida fatis, *p. 176*
Quae teneros artus inimico sidere mergit!
Damira hic tumulo regalis clauditur infans,
Cui uita innocua est quarto dirupta sub anno.
Quam facile offuscant iucundum tristia lumen!
Nemo rosam albentem, fuerit nisi quae bona, carpit.
  Haec parvam aetatem cuncta cum laude ferebat.
Grata nimis specie, uerecundo garrula uultu
Naturae ingenio modicos superauerat annos.
Dulce loquebatur, quidquid praesumpserat ore,
Linguaque diuersum fundebat mellea murmur,
Tamquam auium uernare solet per tempora cantus.
  Huius puram animam stellantis regia caeli
Possidet et iustis inter uidet esse cateruis.
At pater Oageis, Libyam dum protegit armis,

344. Item iss̄ quod *sqq. A*; *correxi* (*cf. c.* 343) 2 adq; helefans *A* 3 longeba *A* 4 formas *A*, *corr. a* 5 lacessim *A* 6 stamina *A* trai *A* 8 ceperis *A* 10 tritius *A* 345. Epitafion *A*. *cf.* Eugeti *supr. c.* 332. 1 *num* dolor! est m.? 1 inuita *A* 2 artos *A* 3 Demira *Burm. errore* hoc *a* 5 tristicia *A* 8 ca^{r}rula *A* 9. 8 *puto transponendos.* 15 libiam *A*

Audiuit subito defunctam funere natam.
Nuntius hic grauior cunctis fuit hostibus illi,
Ipsaque sub tali fleuit Victoria casu.

346

De amphitheatro in uilla uicina mari fabricato

B. III 14. M. 916

Amphitheatrales mirantur rura triumphos
 Et nemus indigenas cernit adesse feras.
Spectat arando nouos agrestis turba labores
 Nautaque de pelago gaudia mixta uidet.
Fecundus nil perdit ager, plus germina crescunt,
 Dum metuunt omnes hic sua fata ferae.

347

De sigillo Cupidinis aquas fundentis

B. I 29. M. 587

Igne salutifero Veneris puer omnia flammans
 Pro facibus properas arte ministrat aquas.

348

De Neptuno in marmore calidas aquas fundente

B. I 16. M. 571

Quam melior Neptune tuo sors ista tridente est: *p. 177*
 Post pelagus dulces hic tibi dantur aquae!

349

De puteo cauato in monte arido

B. III 25. M. 176

Hunc quis non credat ipsis dare Syrtibus amnes,
 Qui dedit ignotas uiscere montis aquas?

346. anfiteatro *A* De amphitheatro uicino mari *S*, *rell. omissis. Petronio uindicant c.* 346—349 *edd. Bineto posteriores.* 1 Anfiteatrales *A* triumfos *A* 2 igneas *A* insignes *S* ingenitas *Heins.* indigenas *uel* ignotas *Burm.* 3 nobos *A* laborē *A* 4 iuxta *S*, *recte*? iusta *Pith.* uidit *A* 5 foec. *Bin.* 347. 1 solutifero *A* 2 proprias *S* probrias artes *A. corr. Heins.* propriis *Mey.* 348. calido *A*, *correxi* in marm. cal.] marmoreo *S* 1 tuos *A* tridenti *A* est *om. S* 2 heic *Bin.* (*S*?) 349. De puteo excauato in montis iugo *S* 1 Quis hunc *A* sirtib; *A* 2 uisere *S* uisceri *A*

350

De aquis calidis Cirnensibus (B. etiam III 32)

Ardua montanos inter splendentia lucos
Culmina et indigenis nunc metuenda feris,
Cum deserta prius solum nemus alta tenebat
Tetraque inaccessam sederat umbra uiam:
Qua uos laude canam quantoque in carmine tollam,
In quibus extructa est atque locata salus?
Hic etiam ignota stupet ad praetoria feruor,
Plenior et calidas terra ministrat aquas.
Quis sterilem non credat humum? fumantia uernant
Pascua, luxuriat gramine cocta silex.
Innocuos fotus membris parit intima tellus
Naturamque pio temperat igne calor,
Et cum sic rigidae cautes feruore liquescant,
Contemtis audax ignibus herba uiret.

351

De sententiis septem philosophorum

Solon, praecipuis fertur qui natus Athenis,
Finem prolixae dixit te cernere uitae.
Chilon, quem patria egregium Lacedaemona misit,
Hoc prudenter ait, te ipsum ut cognoscere possis.
Ex Mitylenaeis fuerat qui Pittacus oris,
Te, ne quid nimis ut cupias, exquirere d xit.
Thales ingenio sapiens Milesius acri

350. Cernensibus *A, corr. Meermannus* 3 cum *ego* quo *A* qua *Burm.* solo nemos *A* alta *uel* arua *ego* tutra *A* nemo lustra *α* antra tenebant *Burm.* 4 fecerat *Burm.* uiam *Burm.* uem *A* *num* inaccessa . . uia? 5 quas uos *A* 6 extruco est adq; *A* 7 haec *Oud.* ferbor *A* 8 et *a* ex *A* 9 qui *A* 10 culta *α* 11 potus *α* 13 rigite *A* ferbore *A* 14 erba *A* 351. sentenciis *C, in quo fol.* 2 *et* 114 *extat. Inscr. om. C* 114. philosoforũ *A* distici *add. A, om. C* 2. 1 praecipuus *C fol.* 2. 2 te] se *C bis* 3 cilon *A* cilo *C* 2 chilo *C* 114 patri. et egregiũ lacetemona *A* lacedemonia *C* 114 4 cognucere *A* 5 De *C* 114 mitileneis *AC bis* fueerat *A* pittagus *A* pitacus *C* 114 6 Tu ne *Burm.* 7 Tales *AC* 2 agri *AC* 2 agro *C* 114

Errorem in terris firmat non caelitus esse.
Inde Prienaea Bias tellure creatus p. 178
Plures esse malos diuina uoce probauit.
Vrbe Periander genitus, cui fama Corintho est,
Omnia constituit tecum ut meditando reuoluas.
Cleobolus, proprium clamat quem Lindia ciuem,
Omne, inquit, magnum est, quod mensura optima librat.

352

De Ianuario mense

Lucifer annorum et saecli, Sol, Iane, secundus
. . . .
Tu rota certa tui tecum sine fine laboris;
  Itque reditque tibi, quidquid in orbe uenit.
Omnia perpetuis praecedis frontibus ora;
  Quae necdum uenient quaeque fuere uides.

353

De Olympio uenatore Aegyptio

Grata uoluptatis species et causa fauoris,
Fortior innumeris uenator Olympie palmis,
Tu uero nomen membrorum robore signas,
Alcides collo scapulis ceruice lacertis,
Admirande audax uelox animose parate.
Nil tibi forma nocet nigro fuscata colore.
Sic ebenum pretio †sasue natura creauit,
Purpura sic †magno depressa in murice fulget,

8 terrorem *C bis* terris *A* 9 pirinea *A C* 2 prianea *C* 114 10 pluris *C* 114 malus *A* 11 periandres *A C* 2 periander *C* 114 chorinto *C* 2 corinto *A* 12 meditanda *C* 114 13 Cleubulus *Muell.* Clēŏbŏlus *Luxorius*! probriũ *A* lidia *AC* 2 cepem *A* Lydia *edd.* cidem *C* 114 14 omnem *A* inquid *A C* 2 m̃sura *C* 2 obtiṃa *A* 352. 1 saecli *ego* seclis *A* lane *A* nate α secundis *Burm.* *post* 1 *nullum spatium in A* 3 Tu] *puto* Est. 4 idq; *A* 6 queue *A* 353. olimpo *A* 1 grada *A* et] *num* est? faboris *A* 2 olimpię *A* 5 admirandi *A* 6 nihil *A* fugata *A*, *corr. L. Muell.* fucata α 7 ibenũ · pręciosas . uenatura creabit *A* pretiosa sibi α pretio carum? ℞ *A in mg.* 8 madido

Sic nigrae uiolae per mollia gramina uernant,
Sic tetras quaedam commendat gratia gemmas,
Sic placet obscuros elephans inmanis in artus,
Sic turis piperisque Indi nigredo placescit.
Postremum tanto populi pulcrescis amore,
Foedior est quantum pulcher sine uiribus alter.

354

In epitaphion supra scripti Olympii

Venator iucunde nimis atque arte ferarum *p. 179*
Saepe placens, agilis gratus fortissimus audax,
Qui puer ad iuuenes dum non adiunxeris annos,
Omnia maturo conplebas facta labore.
Qui licet ex propria populis bene laude placeres,
Praestabas aliis, ut tecum uincere possent.
Tantaque mirandae fuerant tibi praemia formae,
Vt te post fatum timeant laudentque sodales.
Heu nunc tam subito mortis liuore peremtum
Iste capit tumulus, quem non Karthaginis arces
Amphithëatrali potuerunt ferre triumpho!
Sed nihil ad Manes hoc funere perdis acerbo:
Viuet fama tui post te longaeua decoris
Atque tuum nomen semper Karthago loquetur.

355

De Chimaera aenea

Aeris fulgiduli nitens metallo
Ignes pertulit arte, quos mouebat,
Et facta est melior Chimaera flammis.

9 grauia *A* 10 conmendat *A* 11 elefans *A* in] an *A* 12 indigni credo placessit *A*, *corr. a* 13 pulcresis *A* 14 fędior *A* pulcer *A* 354. In epitafion s̄s olimpi *A* 1 adq; *A* arti *A* apte *L. Muell.* 2 sagillis gradus *A* 3 iubenes *A* adunxeris *A*. *num* adiungeris? 5 quę *A* populis *om. A*, *add. in mg. manu saec. fere XII* ('manu semiantiqua' *mg. cod. Leid.*) 8 laudesq; *A* 9 libore *A* 10 tumulos *A* harthaginis *A* 11 anfiteatrali *A* 13 uiuit *A* longeba *A* 14 adq; *A* carthago *A* 355. cymera *A* 1 fulgidi *A*, *corr. Burm.* 2 pertullit artes *A* ante *Burm.*, *fort. recte* 3 cymera *A*

356

De statua Veneris, in cuius capite uiolae sunt natae

Cypris † candenti reddita marmore
Veram se exanimis corpore praebuit:
Infudit propriis membra caloribus,
Per florem in statuam uiueret ut suam.
Nec mendax locus est; cui uiolae florent,
Seruabit famulas inguinibus rosas.

357

In caecum, qui pulcras mulieres tactu noscebat

Lucis egenus, uiduae frontis,
Iter amittens, caecus amator
Corpora tactu mollia palpat
Et muliebres iudicat artus, *p. 180*
Niuei cui sit forma decoris.
Credo quod ille nolit habere
Oculos, per quos cernere possit,
Cui dedit plures docta libido.

358

In philosophum hirsutum, nocte tantum cum puellis concumbentem

Hispidus tota facie atque membris,
Crine non tonso, capitis uerendi,
Omnibus clares stoicus magister.
Te uiris tantum simulas modestum
Nec die quaeris coitum patrare,
Ne capi possis lateasque semper;
Feruidus sed cum petulante lumbo
Nocte formosas subigis puellas.

356. 1 candidulo *a* 3 probriis *A* coloribus *A*, *corr. L. Muell.* 4 *num* in statua . . sua? 5 qui uiole forent *A*
357. nuscebat *A* 1 ęginus *A* 2 cęco *A* 6 illos *Mey.* 7 posset *A* 8 cui dat? 358. filosofum *A* 1 Ispidus *A* faciȩ adq; *A* 4 te] de *A* modetũ *A* 6 Nec capi *A* 7 feruitus *A*

Incubus fies subito per actus,
Qui Cato dudum fueras per artes.

359

De catula sua breuissima, ad domini sui nutum currente

Forma meae catulae breuis [est], sed amabilis inde,
Hanc totam ut possit concaua ferre manus.
Ad domini uocem famulans et garrula currit,
Humanis tamquam motibus exiliens.
Nec monstrosum aliquid membris gerit illa decoris,
Omnibus exiguo corpore uisa placet.
Mollior huic cibus est somnusque in stramine molli,
Muribus infensa est, saeuior atque catis.
Vincit membra leuis latratu fortia toruo;
Si natura daret, posset ab arte loqui.

360

De pardis mansuetis, qui cum canibus uenationem faciebant

Cessit Lyaei sacra fama nominis, *p. 181*
Lynces ab oris qui subegit Indicis.
Curru pauentes duxit ille bestias
Mero grauatas ac minari nescias
Et quas domarent uincla coetu garrulo.
Sed mira nostri forma constat saeculi,
Pardos feroces saeuiores tigribus
Praedam sagaci nare mites quaerere
Canum inter agmen et, famem doctos pati,

9 actũ *A*, *corr. Burm.* 10 artus *A*, *corr. Burm.* actus *α*
359. dñi *A* cañentẽ *A* (*sic fere*: CAÑENẌ), *corr. Burm.* 1 est *α*, *om. A* 2 concaba *A* 3 dñi *A* 4 montib; *A* 7 cyb; *A* 8 adq; cattis *A* 9 leuis *ego* animis *Duebn.* nimis *Mey.* imis *A* forcia turba *A* Phocida toruo *Duebn.* 10 dare *A* possit *A*, *corr. A*[1] 360. uenatione faciebat *A* 1 liei *A* 2 linces *A* 3 curra pabentes *A* 4 grabatas *A* agminari *A* ac min. *Mey.* 5 domaret *A* cetu gaʳrulo *A* 6 *num* fama? 7 seuiore *A* 8 Qui praedam *A* 9 famen *A*

Quidquid capessunt, ore ferre baiulo.
O quod magister terror est mortalium,
Diros ferarum qui retundit impetus,
Morsus repertis ut cibis non augeant!

361

In psaltriam foedam

Cum saltas misero, Gattula, corpore
Nec cuiquam libido est, horrida, quod facis,
Insanam potius te probo psaltriam,
Quae foedam faciem motibus ingraues
Et, dum displiceas, quosque feras iocos.
Credis, quod populos cymbala mulceant,
Nemo iudicium tale animi gerit,
Pro te ut non etiam gaudia deserant?

362

Item de ea quod ut amaretur praemia promittebat

Quid facis, ut pretium promittens, Gattula, ameris?
  Da pretium, ne te oderis ipsa simul!
Praemia cur perdis? cur spondes munera tanta?
  Accipe tu pretium, ne mihi dona feras!
Non est tam petulans pariterque insanus amator,
  Qui te non credat prodigiale malum.
Sed si forte aliquis moechus surrexit ab umbris, *p. 182*
  Cui talis placeas, huic tua dona dato.

10 capessent *A* 11 O quam *uel* quis *Mey. num*, His quod? 13 morsu repertis et cibis non audeant *A*, *correxi* repertos ut cibos non adpetant *Burm. uersum deesse putat Mey.*

361. In spaltriam fedam *A* 1 cattula *Duebn.* garrula *α* 2 libitum *Burm.* 3 spaltriã *A* 4 faciem · quę *A* ingrabas *A* ingrauas *edd.* 5 displices *A* 6 populo *A* populum *α* 7 talem *A* 8 ut *om. Burm.* 362. 1 Cui *L. Muell. num* Qui? pręcium *A* promitts *A*, *corr.* *A*[1] poscendo garrula *α* amens *A*, *corr. a* 2 uiderit ille *L. Muell.* 3 spondis *A* tantis *A*, *correxi* 4 pręcium *A* 5 pedulans *A* amat *A* or *add. a* 6 prodiale *A* (gi *add. a*) 7 mecus *A*

363

In ebriosam et satis meientem

Quod bibis [et] totum dimittis ab inguine Bacchum,
  Pars tibi superior debuit esse femur.
Potabis recto (poteris, Follonia!) Baccho,
  Si parte horridius inferiore bibas.

364

(B. etiam III 222)

In mulierem pulcram castitati studentem

Pulcrior et niuei cum sit tibi forma coloris,
  Cuncta pudicitiae iura tenere cupis.
Mirandum est, quali naturam laude gubernes,
  Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
Te neque coniugii libet excepisse leuamen,
  Saepius exoptas nolle uidere mares.
Haec tamen est animo quamuis exosa uoluptas:
  Numquid non mulier, cum paris, esse potes?

365

De eo qui cum Burdo diceretur filiae suae Pasiphaae nomen inposuit

Disciplinarum esse hominem risusque capacem,
  Quod nulli est pecudi, dixit Aristoteles.
Sed [cum] Burdo homo sit, uersum est sophismate uerum,
  Nam et ridere solet uel ratione uiget.
Surrexit duplex nostro sub tempore monstrum,
  Quod pater est burdo Pasiphaeque redit.

363. ebriosas *A* 1 et *add. a* demittis *Burm.* 2 supernor *A* 3 potaris *A* potabis *ego* potari *Mey.* potare ast *Burm.* Fullonia *α* 4 inferius horridiore *α* 364. castitatis *A* Item *inscr. S* (*post* 984—986 *Mey.*); *inscr. om. Petron. ed. Patisson p.* 164. 1 pulchrior *Bin.* 3 lege *Pat.* gobernes *A* 4 corpo-r$\overset{i}{e}$seas *A* corpore Cypris eas *S*, *man. recentior in mg. A* 5 excipisse *A* 6 exoptans *AS*, *em. Burm.* 8 cum *S* con *A* 365. passife *A* 2 es pecodus *A* 3 cum *a*, *om. A* sofismate uerus *A* 4 uel *A* et *Mey.* 6 passifęq; *A*

366

De laude rosae centumfoliae

Hanc puto de proprio tinxit Sol aureus ortu
  Aut unum ex radiis maluit esse suis.
Sed si etiam centum foliis rosa Cypridis extat,
  Fluxit in hac omni sanguine tota Venus.
Haec florum sidus, haec Lucifer almus in agris, *p. 183*
  Huic odor et color est dignus honore poli.

367

De statua Hectoris in Ilio, quae uidet Achillem et sudat

Ilion in medium Pario de marmore facti
Stant contra Phrygius Hector uel Graius Achilles.
Priamidis statuam sed uerus sudor inundat
Et falsum fictus Hector formidat Achillem.
Nescio quid mirum gesserunt Tartara saeclo:
Credo quod aut superi animas post funera reddunt
Aut ars mira potest legem mutare barathri.
Sed si horum nihil est, certus stat marmoris Hector
Testaturque suam uiua formidine mortem.

368

De muliere Marina uocabulo

Quidam concubitu futuit feruente Marinam.
  Fluctibus in salsis fecit adulterium.
Non hic culpandus, potius sed laude ferendus,
  Qui memor est Veneris, quod mare nata foret.

366. 1 orto *A* ortu *a*. *num* horto? 2 unam *A* malluit *A* 3 centu *A* centum etiam *α*, *fort. recte* 4 hanc *Mey.* omnis *A* omni *Boissonade* 5 almũ *A* 367. Illio *A* achillẽ *A* 2 frigius *A* 3 priamites *A*, *corr. a* 4 finctus *A m. pr.* 5 sello *A*, *corr. a* 6 superis *A*, *corr. Muell.* 7 potest *corr. ex* posst *A m. pr.* uaratri *A* 8 orum nichil *A* *num* est certum,? marmores lectos *A*, *corr. a* 368. 1 concubito *A* ferbente *A* 2 insulsis *A*, *corr. a*

369

De horto domni Oageis, ubi omnes herbae medicinales plantatae sunt

Constructas inter moles parietibus altis
  Hortus amoenus inest aptior et domino.
Hic uariae frondes uitali semine crescunt,
  In quibus est Genio praemedicante salus.
Nil Phoebi Asclepique tenet doctrina parandum:
  Omnibus hinc morbis cura sequenda placet.
Iam puto, quod caeli locus est, ubi numina regnant,
  Cum datur his herbis uincere mortis onus.

370

De pica, quae humanas uoces imitabatur

Pica hominum uoces cunctaque animalia monstrat
  Et docto externum perstrepit ore melos. *p. 184*
Nec nunc oblita est, quidnam prius esset in orbe:
  Aut haec Picus erat aut homo rursus inest.

371

De rustica in disco facta, quae spinam tollit de planta Satyri

Cauta nimis spinam Satyri pede rustica tollit,
  Luminibus certis uulneris alta notans.
Illam panduri solatur uoce Cupido,
  Inridens, parili teste †carere uirum.
Nil falsum credas artem lusisse figuris:
  Viua minus speciem reddere membra solent.

369. De orto *A* erbe *A* 2 ortus *A* 3 uarios frondis *A*. *num* uario . . uitales? 5 *Pro* Nil *desidero* Quod. febi *A* 6 secunda patet *L. Muell.* 7 cȩlicolus est (o *ex* u *corr.*) *A*, *corr. Mey.* regnat *A* 8 erbis *A* 370. piga *A* 2 doctas ternum *A*, *correxi* docto *Burm.* tenerum *L. Muell.* 3 orbẽ *A* 371. saturi *A* 1 spina saturi *A* 3 illum pandorii soletur *A*, *corr. Burm. num* pandurae? 4 parili *et* carere *Burm.* pariete *et* gemere *A* 5 figuras *A*, *corr. Burm.* 6 re^{d}dere *A* sol^{et} *A*

372

De colocasia herba in tecto populante

Nilus quam riguis parit fluentis,
Extendens colocasia †eorum
Ramos, per spatium uirens amoenum,
Haec nostris laribus creata frondet.
Naturam famulans opaca uertit,
Plus tecto ut uigeat, solet quam horto.

373

De eo qui podium amphitheatri saliebat

Amphitheatralem podium transcendere saltu
Velocem audiui iuuenem, nec credere quiui
Hunc hominem, potius sed auem, si talia gessit.
Et posui huic, fateor, me Dorica uina daturum,
Conspicere ut possim tanti noua facta laboris.
Aspexi uictusque dedi promissa petenti
Atque meo grauior leuis exstitit ille periclo.
Non iam mirabor sumtis te, Daedale, pinnis
Isse per aetherios natura errante meatus:
Hunc magis obstipui, coram qui plebe uidenti
Corpore, non pinnis, fastigia summa uolauit. *p. 155*

374

De Diogene picto, ubi lasciuienti meretrix barbam uellit et Cupido mingit in podice eius

Diogenem meretrix·derisum Laida monstrat
  Barbatamque comam frangit amica Venus.

372. erba *A*. *num* pullulante? 1 quam *Burm.* quod *A* 2 colocas eorum *A* ampliores *Burm.* *puto* illa florum 4 frondit *A* 5 *num* opella? 6 pluc *A* quam in *Burm.* orto *A* 373. Deͤo *A* potium amphiteatri *A* 1 Amphiteatralem *A* 3 podiũ·sed abem *A* geret *A* gessit *ego* gerat *a* uera *L. Muell.* Et] Sed *A* 5 possem *Mey.* 6 aspexit *A* 7 adq; *A* 8 mirabar *edd.* 9 hise per eterios *A* 10 pleue uidenti *A* 11 non *a* cum *A* 374. cui *a* lascibienti menetris *A* euellit *A* mingenti in codice *A*, *corr. a* 1 Diogene *A* densũ *A*

Nec uirtus animi nec castae semita uitae
Philosophum reuocat, turpiter esse uirum.
Hoc agit infelix, alios quo saepe notauit.
Quodque nimis miserum est: mingitur artis opus.

375

De catto qui, cum soricem maiorem deuorasset, apoplexiam passus occubuit B. V 163. M. 1094

Inmensi soricis cattus dum membra uorasset,
Deliciis periit crudior ille suis.
Pertulit adsuetae damnum per uiscera praedae;
Per uitam moriens concipit ore necem.

376
FLORENTINI
In laudem regis B. ad Lux. 85. M. 290

Regia festa canam sollemnibus annua uotis.
Imperiale decus Thrasamundi gloria mundi,
Regnantis Libyae; toto sed clarior orbe
Sed radiante micans cunctis super enitet astris.
In quo concordant pietas prudentia mores
Virtus forma decus animus sensusque uirilis
Inuigilans animo sollers super omnia †sensus.
Sed quid plura moror? uel quo me ad deuia ducam?
Solus habet, toto quidquid praefertur in orbe.
Parthia quod radiat sublimibus ardua gemmis,

4 filosofũ *A* turpe iter isse *L. Muell.* 5 quod *A* uocauit *A*, *corr. Muell.* 6 miseru *A*, *corr. a* pingitur *Muell.*

375. gatto *A* aplescia *A* occupuit *A* 1 gattus *A* 3 pertullit *A* 4 nece *A*, *corr. a*

376. Hi sunt uersus a florentino in laudẽ regis facto *A* (facti *a*) 1 solemnibus *A* 3 libię *A* 4 *puto* Et (Vel) radiante (*i. e. sole*). supereminet *α* 6 formã *A* norma *a* 7 solus *α* sensus] celsus? 8 miror *A*, *corr. a.* *fortasse* 8 *post* 18 *pertinet.* 10 partia *A*

Lydia Pactoli rutilas quod sulcat harenas,
Vellera quod Seres tingunt uariata colore,
Regnantum meritis pretiosa praemia dantes,
†Tegmine quod fulgent admisto murice uestes, p. 186
Africa quod fundit fructus splendentis oliui,
Et si quid tellus gignit laudata per orbem,
In regnis uenere suis, cui maximus auctor
Contulit et soli tribuit haec cuncta potiri.
  Te regnante diu fulgent Carthaginis arces,
Filia quam sequitur Alianas inpare gressu,
Nec meritis nec honore minor, cui plurimus ardens
Regnantis increuit amor, quam surgere fecit
Dilectisque locis claram [et] uitalibus auris,
Quae meruit celsum meritis sufferre regentem.
Hinc freta marmoreo resonant sub gurgite ponti,
Hinc telluris opes uiridanti cortice surgunt,
Vt maris et terrae dominus splendore fruatur.
  Nam Carthago suam retinet per culmina laudem,
Carthago regimen; uictrix Carthago triumphat,
Carthago Asdingis genetrix, Carthago coruscat,
Carthago excellens Libycas Carthago per oras,
Carthago studiis, Carthago ornata magistris,
Carthago populis pollet, Carthago refulget,
Carthago in domibus, Carthago in moenibus ampla;
Carthago et dulcis, Carthago et nectare suauis.
Carthago flores, Thrasamundi nomine regnas,
Cuius ut imperium maneat per saecula felix,
Optamus domino multos celebrare per annos
Annua, dum repetit fulgentia gaudia regni.

11 libia pactuli *A* arenas *A* 12 quo *Cuperus* 13 pręcios$\overset{a}{o}$ *A m. pr.* 14 tecmine *A* quo *Mey.* murite *A* 15 fundi *A* 16 si quae *Mey.* telus *A. Palaestinamne dicit?* 17 tuis *α* (suis *pro* eius) 20 inpari *A* 21 meriti *A*, *corr. Burm.* merito *a* 23 et *addidi* 24 regentis *A*, *correxi* 25 marmore · ore sonant *A* iurgite *A* 26 *num* uertice? 27 dñs *A* 28 charthago (32 cartago ornata; *rell. in locis recte*) *A* 29 regimen *scripsi* in regem *A* in rege *α* uitrix *A* 31 libicas *A* ora *A* 33 pollit *A* 34 moenib *A* 35 et neptere *A* 36 *num* numine? 37 ut *Cuperus* et *A* manet *A*, *corr. a* secula *A*

377

Versus balneorum

B. III 41. M. 384

In paruo magnas fecit manus ardua Baias,
Culmina distendit niueis suspensa columnis,
Curuauit cameris uario pro schemate conchas. *p. 187*
Marmora resplendent solida conpage decora,
Vnitum mentita decus sartura magistri [est].
Murmure raucisono fornacibus aestuat ardor,
In flammis dominantur aquae, furit ignis amoenus.
Stat tutus lautor multo circumdatus igne
Innocuas inter flammas (mirabile dictu),
Ignibus ut possit feruores uincere solis;
Inde petit latices glaciali fonte fluentes.
Hinc calor, inde niues reparant per membra salutem;
Discurrunt nymphae, piscinas flumina replent.
Vitrea crispatur labris refluentibus unda.
Haec tibi sunt monumenta; tibi natisque manebunt
Et decorabit auus claros per saecla nepotes.
Tu tamen excelsus per tempora longa fruaris.

378

CALBVLI

B. t. II p. 623. M. —

Versus fontis

A parte episcopi

Crede prius ueniens, Christi te fonte renasci:
Sic poteris mundus regna uidere dei.
Tinctus in hoc sacro mortem non sentiet umquam;
Semper enim uiuit, quem semel unda lauit.

377. Versus uualnearum *A* 3 curbauit *A* pero cemate concas *A*, *corr. a* 4 ressplendent *A* solita *A*, *corr. a* 5 mentet *A* mentita *Scriuerius* sartur *A* sarsura *Scriu.* est *addidi* 6 extuat *A* 7 aq; *A* igne caminus *Scriuerius* 8 statutus *A*, *corr. Burm.* 9 ducto *A* 11 laticis *A*, *corr.* A^1 fluentis *A* 12 repara *A* 13 nimfe *A* replent *A* conplent *α* 14 unda *Schrad.* umbra *A* 15 hę tibis monumenti tibi *A* 16 Et decoratam a claros *A*, *correxi* secla *A* 378. Hic sunt uersus fontis facti a calbulo gramatico a parte episcopi *A* 1 χρῖ *A* 2 dĩ *A* 4 lauất *A m. pr.*

Descensio fontis

Descende intrepidus: uitae fomenta perennis
Aeternos homines ista lauacra creant.

Ascensio fontis

Ascende in caelos, animam qui in fonte lauisti,
Idque semel factum sit tibi perpetuum.

Econtra episcopum

Peccato ardentes hoc fonte extinguite culpas.
Currite! quid statis? tempus et hora fugit. *p. 188*

Et in circuitu fontis

Marmoris oblati speciem noua munera supplex
Calbulus exhibuit, fontis memor, unde renatus
Et formam cerui gremium perduxit aquarum.

379

B. ib. M. — **Versus sanctae crucis**

Hinc crux sancta potens caelo successit et astris:
Dum retinet corpus, misit in astra deum.
Qui fugis insidias mundi, crucis utere signis:
Hac armata fides protegit omne malum.
Crux domini mecum, crux est quam semper adoro,
Crux mihi refugium, crux mihi certa salus.
Virtutum genetrix, fons uitae, ianua caeli,
Crux Christi totum destruit hostis opus.
Pax Domini tecum, puro quam pectore quaeris,
. . . .

5 uitei omenta *A* 7 fontẽ labisti *A* 8 idqui *A* 10 ora *A* 11 noba *A* 12 exibuit · fonti *A* unda *A* 13 *puto* In formam peluis 379. Hic sunt uersus scę̃ crucis *A* 1 sta *A* sancta *α* ista *a* 2 dm̃ *A* 5 dñĩ *A* 6 salu (s *supra*) *A m. pr.* 8 χρĩ *A* distruit *A* 9 dñĩ *A. post* 9 *nullum spatium in A*

Epigrãmaton · exp̄li. feliciter. | ĩñcip · calculus · dionisi · | episcopi · alexandrini · decem | nouemnalis | c. I *A*

380

p. 192 **DOMNI PETRI REFERENDARII** B. ad Lux. 88. M. 555

Versus in basilica palatii sanctae Mariae

Qualiter intacta processit Virgine partus
Vtque pati uoluit Natus, perquirere noli.
Haec nulli tractare licet, sed credere tantum.

381

[De Dulci]

Felices illos qui te genuere parentes, B. ib. M. ib.
Felicem solem qui te uidet omnibus horis,
Felicem terram quam tu pede candida calcas,
Felices fascias cingentes corpus amatae,
Felices[que] toros quibus Dulcis nuda recumbis!
Vt uisco capiuntur aues, ut retibus apri,
Sic ego nunc Dulcis diro sum captus amore.
Vidi nec tetigi: uideo nec tangere possum.
Totus in igne fui: non sum consumptus et arsi.

382

[Ad meretricem] B. ib. M. ib.

Post mille amplexus, post dulcia suauia penem p. 193
Confiniis laterum retortum suscipe, posco,
Viribus ut propriis mollem tu reddas, ab aluo
In aluum sumptura iterum, quem tempore certo,
Aetas si suffert, tertio supplere conabor.
Nec uolo plus cupias; nam me si cogis, iniquum est,
Vt tu uictorem superes. noctisque futurae
Incipiant tenebrae, numerum qua spondeo ternum!

380. c̃ II Versus domni *sqq. A* sc̃e *A u.* 1—3 *rubris litteris scripti sunt A.* 381. *Inscriptionem addidi.* 2 oris *A* 3 pedẽ candito *A* 4 fasciae *A, corr. Mey.* 5 que *add. Burm.* quis *Burm.* 6 uisquo *A* 382. Ad mer. *addidi. Carmen L. Muell. a* 381 *separauit rh. mus. XX* 361. 1 sauia *edd.* poenẽ *A* 2 detortum *Burm.* porro *Muell.* 3 probris *A, corr. Burm.* albũ *A* 5 sufferet *A* 7 noctesq; *A* 8 inquipiunt demere *A, corr. Muell.* qua *uel* cui *id.* que *A*

[CARMINVM LXX]
DE SINGVLIS CAVSIS *p. 273*
[QVAE SVPERSVNT]

383

B. V 172. M. 1102 **De alcyonibus**

Stat domus exerrans constructa lymphis et ulua.
Feruet amor lymphis, liquescunt oua tepore.
Exposito partu natus non cernitur ullus. *p. 274*
Albus in albo manens rursus succendor ab albo,
Miraturque nouos foetus consurgere ab undis
Alcyon, cui totus pelagus sunt paruoli nidus.

384

B. V 177. M. 1107 **De Iuuenale uenatore**

Excipit ingentem Iuuenalis fortior aprum.
Incumbens umero laeuo pede pronior instat
Et spumantis adhuc morsum de uulnere fraudat.

385

B. V 178. M. 1108 **Item de apro**

Inuadunt post terga suem. stat toruus in ira.
Creticus excutitur lunato dente rebellis,
Quem socius morsu auxilians defendit in hostem.

Apulei platonice·explicit. de remediis salutarib; feliciter. XVIII Incipit uersos de singulis causis sunt ũer LXX· de altionibus *A* 383. 1 limfis et ulba *A* ultra *Burm.* ulua *Mey.* 2 ferbet *A* limfis *A* oba *A* 5 fętus *A* 6 altion *A* pelacus *A* 384. In iubenale uenatore *A* 1 excepit *A* iubenalis *A* abrũ *A* 385. Item in apro *A* 1 pos *A* torbus *A* 2 lutato *A*, *corr.* A^1 3 in] ab *Burm.* hoste *A*, hostem *scripsi*

386

De Mandrite mimo

B. — M. —

Mandris notus olim felix fur, cautus et audax,
Quattuor in medio dicit peccasse colonas.
'Siue ego siue lupus', dixit, 'tollatur et anser'.

387

CATONIS

B. — M. —

Rex Hunerix, manifesta fide quem fama perennis
Incitat, ordinibus spargit memorabile factum,
Quod uerbo diuisit aquas molemque profundi
Discidit iussis semel [et] nudata natantum
Iugera calcat homo. pelagus fodisse ligones
Expauit natura maris. subducitur unda,
Tortilis anfractu liquidus contergitur imber
Oceanumque mouent manibus. mare cochlea sorbet.

388

B. I 124. M. 692

De Pegaso Bellerephonte et Chimaera

Vectum Pegaseo uolucri pendente caballo
  Conpita senserunt Bellerephonta deum.
Cuius iter uacuos et calcans ungula uentos

. . . .

Reliqua desunt.

386. De] In *A* 2 quatuor *A* 387. Carmen catonis *A* 1 hunc·rix *A* fides *A* fide *ego* 2 inclita *A*, *correxi. num* gurgitibus? 4 disceda *A*, *correxi* et *addidi* 5 calcet *A* pelacus *A* 7 conteritus *A*, *correxi* 8 molent *A* cocla *A* 388. De pegasu bellerefonte et cymera *A* 1 bectum *A* pendenti *A* pendere *Wakkerus* 2 bellerefonta *A* 3 sungula *A*

CARMINA
CODICIS PARISINI 8071
OLIM THVANEI

389

B. V 1.
M. 1024 sq.

In laudem solis

fol. 56 u.

Dum mundum Natura potens terramque dicaret,
Sol dedit ipse diem. horrentia nubila caelo
Dispulit et faciem roseo diffudit in orbe.
Pulcra serenigero fulserunt sidera motu.
Nam chaos est sine sole dies. tum discere lucem
Coepimus et croceum caeli sentire teporem.
Gurgite [de]†croceo surgunt ex more iugales:
Naribus elatis efflant e pectore lucem.
Sol rumpit tenebras, rutilo qui fulget ab ortu;
Spargit in aethereos flammantia lumina campos.
Hinc homines, armenta simul, e semine rerum, *fol. 57 r.*
Alitis hinc pecudum [et] uiuit genus omne natantum,
Quod caelum, quod terra tenet, quod sustinet aequor.
Hinc calor infusus, totum qui continet orbem,

389. Incipiunt uersos in laudem solis *B* (*cod. Thuan. s. IX—X*) 1 *num* parens? terramqui *B* 2 dien *B* 3 et] e *B* diffundit *B* 4 pulchra *B* 5 chahos *B* 6 roseum *Opitius. potius* calidum. 7 de *om. B* croreo *B*. *num* rorifluo? de cano? ab Oceano *Heins.* 8 narribus *B* 9 fulgit *B* 11 Haec *B* e *ego* et semina *B* ceu semine *Heins.* 12 Hinc auis hinc *Heins.* pecudes *B*, *corr. Mey.* et *addidi* 14 infususus *B*

16 Et siluae campique uirent et florea rura.
19 Hic regit imperium mundi, hic tempora sancit.
20 Fluctibus hic nitidum tollit caput aethera in altum:
15 Cuncta patent, quaecumque tacens nox clauserat atra.
21 Mox tamen alipedum gemmantia lora rigescunt:
17 Tunc placidum iacet omne mare et uernantibus undis
18 Flumina: per tremulos currit lux aurea fluctus.
22 Aureus † aequis inest currus, ardescit ab auro
S[ol, pro]prio fulgens emittitur lumine Phoebus.
[Hi]*c* solus uiget orbe deus, quem cernere nobis
. . . . per florea rura.
. . . . *o*pus quod flamma gubernat.
[Nec satis:] *igne suo* praestat cum lumine sensus,
[Defunctis] *hi*nc uita redit, hinc cuncta reguntur.
[Id]*que* docet Phoenix, istis reparata fauillis
[Omni]a Phoebeo uiuescere corpora tactu.
[Hin]c uitam de morte petit, post fata uigorem,
[Na]scitur ut pereat, perit ut nascatur ab igni.
[Vn]a cadit totiens surgitque ac deficit una;
Rupe sedet, capitur radiis et lumine Phoebi
Suscipit inmensum recidiua morte calorem.
Sol qui purpureo diffundit lumine terras, [1025]
Sol cui uernantem tellus respirat odorem,
Sol cui picta uirent fecundo gramine prata,
Sol speculum caeli, diuini numinis instar,
Sol semper iuuenis, rapidum qui diuidit axem,

16 Et *scripsi* Mox *B* (*cf. u.* 21) iurent *B* *u.* 15—21 *ordini suo reddidi.* 20 hac *B* aether *B* 15 quicumque *B* tamen *B*, *correxi.* ante *Heins.* clauserit *B* 22 ęquis *B* axis *et* curru *Burm. fortasse* Currus inest auratus equis. auro *ego* euro *B* *u.* 23—33 *initia uersuum igne consumpti sunt in B. Vncis inclusa suppleta sunt, typis oblique conscripta Pithoeus legit sed hodie euanuerunt.* 23 S . . . . . 9tio *B. an* emitatur *B*? foebi *B*, *correxi* Phoebe *Heins.* 24 uicit orbē ds̄ *B. possis supplere* 25 Per montes fluuiosque licet, 26 Quam bene semper cedit opus. 27 sua *Pith.* 28 nc *aut* ac *B* 29 phenix *B* busti *Heins.* 30 uiuiscere *B* 31 *an* Haec? 32 ////cscitur *B* 33 surgi atq; defecit *B* *u.* 36—58 *nouum carmen Burm. putat.* 36 perfundit *idem* 37 uernantur *B*, *corr. Opitius* 38 grammę *B* 39 nominis *B* 40 *num* rapidus? diuidis *B*

Sol facies mundi caelique uolubile templum,
Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Iuppiter ipse,
Sol † labor et ribice insunt cui nomina mille,
Sol qui quadriiugo diffundit lumina cursu;
Sol et Hyperboreo fulget matutinus in ortu, 45
Sol reddit cum luce diem, Sol pingit Olympum.
Sol aestas, autumnus, hiems, Sol uer quoque gratum,
Sol saeclum mensisque, dies, Sol annus et hora, 49
Sol globus aethereus, Sol est lux aurea mundi. 50
Sol bonus agricolis, nautis quoque prosper in undis,
Sol repetit, quaecumque potest transcendere, semper.
Sol cui sereno pallescunt sidera motu,
Sol cui tranquillo splendescit lumine pontus,
Sol cui cuncta licet rapido lustrare calore, 55
Sol cui surgenti resonat Libys unda canorem, 57
Sol cui mergenti seruat maris unda teporem, 48
Sol mundi † lucisque decus, Sol omnibus unus, 56
Sol noctis lucisque deus, Sol finis et ortus. 58

42 Liber et sol *B* arma *B* 43 et requies *Burm. fortasse* Sol Iuno et Cybele? *uel* Sol iubar aetherium? insunit *B* 44 curru *Heins.* 45 et per horeo fulgit *B* hortu *B* 46 conpingit *B* sol p. *Heins.* 47 hiemps *B* grat' *B* *u.* 48 *post* 57 *posui.* 49 annos errora *B* 50 aethereis haec est *B*, *correxi* 53 terreno *Heins.* 54 tranquillos *B* 55 lustra *B* colore *B*, *corr. m. pr.* 57 surgente *B* liba blanda *B*; L. u. *ego*, *cf. Catull.* 64, 269 *sqq.* tuba *Opitius* 48 sol cui merentis eruit maris undiq; leporem *B*, *corr. Burm.* 56 caelique *Burm.*, *fort. recte.* 58 decus ċ (*i. e.* deus) *B. uersus ordinaui.* Explicit *B*; *sequitur in B*:

Rara fides hominum: nulli me credere uellis.
Hoc mihi quod (i above o) oberit, si quis ibi uellit irasci,
Irascar minus ipse mihi ninusque (*sic*) doleuo (b above u).
Ad dñm codex nescit redire dimisus.
Nam si me crederis, dic: mihi (*lege* mi) codicelle, uoleto (*lege* ualeto). Explicit. *cf. praef.*

390

fol. 58 r. **EVCHERIAE** B. V 133. M. 385

Aurea concordi quae fulgent fila metallo
  Setarum cumulis consociare uolo:
Sericeum tegmen, gemmantia texta Laconum
  Pellibus hircinis aequiperanda loquor:
Nobilis horribili iungatur purpura burrae,
  Nectatur plumbo fulgida gemma graui:
Sit captiua sui nunc margarita nitoris
  Et clausa obscuro fulgeat in chalybe:
†Lenconico pariter claudatur in aere smaragdus,
  Conpar silicibus nunc hyacinthus eat:
Rupibus atque molis similis dicatur iaspis,
  Eligat infernum iam modo luna chaos:
Nunc etiam urticis mandemus lilia iungi,
  Purpuream que rosam dira cicuta premat:
Nunc simul optemus despectis piscibus ergo
  Delicias magni nullificare freti:
Auratam crassantus amet, saxatilis anguem,
  Limacem pariter nunc sibi tructa petat:
Altaque iungatur uili cum uulpe leaena,
  Perspicuam lyncem simius accipiat:

390. *M* = *cod. Valencen.* 387. *s. IX ap. Mabillon analect. I p.* 367, *qui quam curate contulerit nescio.* *V* = *Vindob.* 277 *s. IX* (*fol.* 55) *ap. Haupt. ed. Ouid. Halieut. p. VII* (*u.* 21—32). *P* = *Paris.* 8440 *s. X.; ipse contuli.* *Inscr. om. M.* It *P.* Versus

Eucheriae poetrie *B* 1 q: *BP* fila (o *supra* a) metalla *P* 2 secarum *B* sectarum *M* retarum *P m. sec.* consotiare *P* 3 tegmantia *P*, *corr. m. sec.* tecta *libri*, *em. Heins.* lacuum *B* 4 aequiperando *P* loquar *B* 5 horribilis *B m. pr.* byrae *M* 6 plumba *M* 7 fui nunt margareta *B* 8 clauso *P* obcuro *B* calibe *BP* calybe *M* 9 lingonico *P* lenconico *B*, *P in mg.* leuc. *M* zmaragdus *P* 10 compar *M* iac(ch *P*)inctus *BP* hiacynthus *M* (?) ·ẽ· *P m. 2* adest *M* 11 rupibus *M P m. 2* rupiq; *BP* 12 cahos *B* 14 Pre (Per *M*) spicuamque *MP; recte B* 15 dispectis *libri* despectis *Mey.* 16 dilicias *BP* diuitias *M* mellificare *M* nullifacere *P*, *corr. m. 2* 17 craxantus *P* trucca *B* 18 iungantur *B* leema *P* 20 prespicuam *P m. pr.* lincem *BP*

Iungatur nunc cerua asino, nunc tigris onagro,
  Iungatur fesso concita damma boui:
Nectareum nitient nunc lasera tetra rosatum
  Mellaque cum fellis sint modo mixta malis:
Gemmantem sociemus aquam luteumque barathrum,
  Stercoribus mixtis fons eat inriguus:
Praepes funereo cum uulture ludat hirundo,
  Cum bubone graui nunc philomela sonet:
Tristis perspicua sit cum perdice cauannus
  Iunctaque cum coruo pulcra columba cubet:
Haec monstra incertis mutent sibi tempora fatis:
  Rusticus et seruus sic petat Eucheriam!

B. — M. 874

391

Ceruus aper coluber non cursu dente ueneno
  Vitarunt ictus, Maioriane, tuos.

21 uili cum uulpe *iterum post* iungatur *B*, *sed erasum* 22 dama *MPV* damna noui *B* 23 bouitiet *B* uitiet *M* uiciet *VP* lausera *libri. corr. Ducangius* 25 sociamus, *sed corr.*, *V* baratrum *libri* 27 irriguus *M* 28 graui *om. B* filomela *BVP* 29 cauanus *M* 30 pulchra *BP* 31 incertis *BP* incestis *VM* (*dubito*) mutet *B* factis *M* 32 euceriam *BM* euoeriam *V*.

391. *Sidonio Apollinari a nonnullis sine causa adscriptum. In B et Vindob. extat post* 390 *et Ouidii Halieutica.* 2 icetus *B*

CARMINA

CODICIS VOSSIANI Q. 86

392

TRAIANI IMPERATORIS

Cod. V fol. 92 r.

e bello Parthico uersus decori

B. II 258. M. 210

Vt belli sonuere tubae, uiolenta peremit
Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce,
Oebalon ense, Clonon iaculo, Teuthranta sagitta.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Teuthras.
Plus puero Teuthras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.

In V post Auiani fabulas et c. 583. 285 *Mey.* (*Ausonii*, *cf. praef.*) *sequitur* 392. *Carminum* 392 *sq. imitationes aeuo medio factas uide ap. Burm. II* 259. *M.* 870 *et ab Hageno editam ann. philol.* 1868 *p.* 576. 392 *exhibeo ex V* (*saec. IX init.*), *G* (*Sangallensi* 899 *saec. IX; cf. Schenkl. nunt. acad. Vindob.* 1863 *p.* 69), *D* (*Bruxell.* 10859 *s. IX*, *contulit Th. Oehler*), *C* (*Paris.* 8069 *s. X—XI*). *Ex cod. Vatic.* 'uetere admodum' *ed. Maius class. auctt. V* 458. *Inscr. om. V dedi ex C.* e *ego* de *C* Ouidii Nasonis uersus *G.* De tribus mulieribus atque ab eisdem de totidem uiris interfectis *D et fere Maius.* Hadriani *Paris.* 6630 *s. XIII teste catalogo*, *ut et* 393 *et c.* 211 *Mey.* Adriani Imp. *Scaliger.* t *et* th *confusa in hoc et seq. omitto.* 1 Et *C* turbe *sed corr. V* 2 yppolite *VGDC* (ẏ *G*) teuthranticiolonon, c *ex* l *mutato*, *V* lice *GDC* 3 *cf. carmen de figuris uel schematibus* 167: Oebalon ense, Lycon ferit hasta, Pedason arcu (*ann. phil.* 1868 *p.* 575). donon *V* *u.* 6. 4. 5 *G* *u.* 6. 5. 4 *Burm.* 4 čru *C* adpedteùntras *V* 5 ad lonus *V* eros *D* 6 thetras *V*

Iphicli Teuthras, Dorycli Clonus, Oebalus Idae;
Argolicus Teuthras, Moesus Clonus, Oebalus Arcas.

B. II 257. M. 253

393

Almo Theon Thyrsis orti sub colle Pelori
Semine disparili: Laurente Lacone Sabino.
Vite Sabine, Lacon sulco, sue cognite Laurens!
Thyrsis oues, uitulos Theon egerat, Almo capellas,
Almo puer pubesque Theon et Thyrsis ephebus;
Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodes.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem;
Nisa rosas, Glauce uiolas dat, lilia Nais. *fol. 92 u.*

B. V 71. M. 1037

394

Versus de natura dierum singulorum mensium

Dira patet Iani Romanis ianua bellis.
  Vota deo Diti Februa mensis habet.
Incipe, Mars, anni felicia fata reducti.
  Tunc Aries Veneri lutea serta legit.

6 thetras *V* 7 Aephycly *V* &epicli *C* Aepicli *D* Epicli *G et fere Burmanniani* Aepidii *Mai.* Iphiclis *Scal.* Dorycli — Teuthras *om. C* Doryli *Scal.* dorus *V* doricli *D* toracli *G* Doracli *Mai. et fere Burm.* Dorycli *ego* ĩde *D* 8 teuthra *V* messus *V* mesus *GD* (i. e. Mysus) chlonon *V* archas *C*

393. *E codd. eisdem praeter G et Mai. Inscr. om. libri.* Citerii Sidonii Syracusani *Scaliger.* 1 imo *C* theo *V* lyrsis *C* ortei *V* monte *Scal.* polori *C* 2 sabina *VD* sabine *C* 3 sabina *VD* s$\overset{t}{u}$elsuae cognita aconita *D* cognita *VC* *u.* 5. 4 *DC* 5 teoy. k t$\overset{y}{e}$rsis efebus *C* at *Scal.* 6 stipulata *D* melodis *V*? melodus *D* (*V*?) *u.* 8. 7 *DC* 7 ama *V* almon *VD* Nisa] enna *V* teones *C* 8 Nasa *D* Nisit *D* dat *VD* at *C* olet *Hagenus* natis *C* *Sequitur in V c.* 1052 *M.* (*Ausonii, cf. praef.*), *deinde* 394: Item (Iterum *P*) uers̄ dēn̄ dierum *sqq. VP* (= *Parisinus* 7886 *saec. IX olim Puteani*) de numero *m* (*cod Meermanni a Burm. adlatus*) de natura *scripsi.* Catamonosticon interposito distico de mensibus et anni signis *uet. cod. Pithoei* 2 uata *V* faebroa *V* febroa *P* 3 reduci *libri* reducti *Heins.* reduce *Scal.* 4 lutea *Pm* lintea *V*

Dulcia, Maia, tuis ducis hexagona nonis.
 Arce poli Geminos Iunius ecce locat.
Iulius ardenti diuertit lumina Soli.
 †Aēre flammigero cuncta Leone calent.
Poma legit Virgo maturi mitia † solis.
 Fundit et October uina Falerna † lacis.
Aret tota soli species ui dura Nepai.
 Vde December, amat te genialis hiems.

395

B. V 72—83.
M. 1038—1049

Tetrastichon authenticum de singulis mensibus

Ianuarius

Hic Iani mensis sacer est: en aspice ut aris
 Tura micent, sumant ut pia tura Lares.
Annorum saeclique caput, natalis honorum,
 Purpureos fastis qui numerat proceres.

Februarius   *fol. 93 r.*

At quem caeruleus nodo constringit amictus
 Quique paludicolam prendere gaudet auem,
Daedala quem iactu pluuio circumuenit Iris,
 Romuleo ritu Februa mensis habet.

5 maia *VP* maiae *m* Maie *edd.* ducis *m* dulcia *VP* duces *Pithoeus* exagona *VP*(ŏ) 7 argenti diuertit *VP* numina *VP, corr. Scal.* solis *VP* soli *m*ꝭ 8 aereạ *P* aerea *V* aera *m. num* Vere *uel* Arida? flamigero *VP* leono *V*, *corr. m. sec. Post* 8 *in uet. cod. Pith. haec inserta sunt:* Feruet Titanis Augustus caumate mensis, September calido prosequiturque polo. 9 uitia, *sed corr.*, *V* solis] roris *Heins. num* suci? 10 lacu (*uel* lacus) *Heins.*, *fort. recte* 11 uis *Vinetus* duata *libri* dura *Scal.* 12 unde *VPm* munde *uel* ude *Scal.* inde *Vinetus* decimber *V* amat *P*, *om. V* hiemps *V*

395. Tetrasticon autenticum *sqq. VPm.* — *Versus ad picturas spectantes Ausonii esse puto* Iañ *V. inscrr. om. P* 2 pia dona *ego* laris *VP* 3 scť quae *V* secuťque *P* 4 purpureos *Scal.* purpureum *VP* Feb *V* 5 Ad *V* ad (t above) *P* 7 iacto *VP* iactu *m* cinctu *Scal.* 8 m̃sis *P*

Martius

Cinctum pelle lupae promptum est cognoscere mensem:
  Mars olli nomen, Mars dedit exuuias.
Tempus uer[num] aedus petulans et garrula hirundo
  Indicat atque sinus lactis et herba uirens.

Aprilis

Contectam myrto Venerem ueneratur Aprilis;
  Lumen ueris habet, quo nitet alma Ceres.
Cereus et dextra flammas diffundit odoras,
  Balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

Maius

Cunctas ueris opes et picta rosaria gemmis
  Liniger in calathis, aspice, Maius habet.
Mensis Atlantigenae dictus cognomine Maiae,
  Quem merito multum diligit Vranie.

Iunius

Nudus membra dehinc solares respicit horas
  Iunius ac Phoebum flectere monstrat iter.
Lampas maturas Cereris designat aristas
  Floralisque fugas lilia fusa docent.

Iulius

Ecce coloratos ostentat Iulius artus,
  Crines cui rutilos spicea serta ligat.
Morus sanguineos praebet grauidata racemos,
  Quae medio Cancri sidere laeta uiret.

9—24 *inscrr. om. V* 9 promtum *P* 10 exubias *VP* 11 uer *VP*, *corr. Scal.* garrulo *P* 12 atque *ego* et *VPm* senos *VP* senus *m* 13 mirto *V* uenerant *P* 14 uiris *VPm* turis *Vinetus* ueris *Scal.*, *Puteanus* Ceres *Vinetus*] tetris *V* tetis *P* thetis *m*. 15 odores *V*, *rell.* dodores *P* 16 des̃ *P* papiae *V* papie *P* 18 calatis *VP* 19 lentigene *VP* lantigenae *m* maius *VP* 20 uraniae *VP* 21 nuda *VPm* 23 aristis *VP* 24 fugans *VP* docens *VPm* 25 Iul' *V* coloratus *P*, *sed corr.*, *Vm* 26 rutilus *m* legat *VP* ligat *m* 27 moros *VP* 28 quem *VPm* sydera *VP*

Augustus

Fontanos latices et lucida pocula uitro
Cerne ut demerso torridus ore bibat
Aeterno regni signatus nomine mensis,
Latona genitam quo perhibent Hecaten.

September

Turgentes acinos uarias et praesecat uuas
September, sub quo mitia poma iacent,
Captiuam filo gaudens religasse lacertam,
Quae suspensa manu mobile ludit opus.

October

Dat prensum leporem cumque ipso palmite fetus
October; pinguis dat tibi ruris aues.
Iam Bromios spumare lacus et musta sonare
Apparet: uino uas calet ecce nouo.

Nouember

Carbaseos postque hunc artus indutus amictus
Memphidos antiquae sacra deamque colit,
A quo uix auidus sistro conpescitur anser
Deuotusque satis incola Memphideis.

December

Annua sulcatae †coniecti semina terrae
Pascit hiems; Pluuio de Ioue cuncta madent.
Aurea nunc reuocet Saturno festa December:
Nunc tibi cum domino ludere, uerna, licet.

u. 29—48 *om. VP, habent* ς (*codd. Burmanni*) 29 fontanas *m* uino *Scriuerius* 30 dimerso *cod. Scal.; Puteanus, qui in mg. P u.* 29—48 *adscripsit* 32 ecaten *Put.* 33 surgentes *libri, corr. Heins.* uarios *m* ς 36 nobile *cod. Scal.* 'mobile ludit opus' *Petron.* 80 37 prehensum *m* 38 pingues *m?* 39 am bromios *Put.* ambromius *m* ambrosios ς. sonare *Vinetus* manare ς sanare *m* 41 *Ego m* (*qui* postquam hunc) *et Puteanum sequor* Carbaseo surgens postque (post *Leid.*) hunc ind. amictu *cod. Scal., Leid.* 42 memfidos *Put.* mensis ab antiquis *cod. Scal., Leid.* 44 satis ubera fert humidis *cod. Scal., Leid.; m ignoratur.* sacris *et* memfideis *Put.* Memphi, tuis *Burm.* 45 coniecti *Put.* coniecta *cod. Scal.* et *add. m.* 2, *Leid.* en *add. Heins. m ignoratur.* 47 Annua *Scal.* reuocent *m* saturni *cod. Scal., Leid.* saturno *m, Put.* 48 licent *m*

396

B. III 151. M. 134 **Parcendum misero**

Occisi iugulum quisquis scrutaris amici,
  Tu miserum necdum me satis esse putas?
Desere confossum! uictori uulnus iniquo
  Mortiferum impressit mortua saepe manus.

397

B. II 48. M. 744 **Mors Catonis** *fol. 93 u.*

Inuictus uictis in partibus omnia Caesar
  Vincere qui potuit, te Cato non potuit.

398

B. II 49. M. 745 **[Item]**

Ictu non potuit primo Cato soluere uitam:
  Defecit tanto uulnere uicta manus.
Altius inseruit digitos; qua spiritus ingens
  Exiret, magnum dextera fecit iter.
Opposuit Fortuna moram uoluitque, Catonis
  Sciremus ferro plus ualuisse manum.

399

B. II 50. 51. M. 746 **[Item]**

Iussa manus sacri pectus uiolare Catonis
  Haesit et inceptum uicta reliquit opus.
Ille ait infesto contra sua uulnera uultu:
  'Estne aliquid, magnus quod Cato non potuit?
Dextera, nunc dubitas? durum est, iugulasse Catonem?
  Sed [iam] liber erit: iam puto non dubitas!

Sequuntur in V c. 236. 237. — 396. *Senecae tribuit Pithoeus.* 1 Occisum *V* u^{o}namici *V* 3 dessere, *sed corr.*, *V* 4 pressit *V* im *add. m. sec.* 397. 1 Inuictum *Burm.* 398. *inscr. om. V* 2 uita *V teste Burm.* 3 sps *V* 5 inuoluitque *V*, *corr. Pithoeus* 6 scires ut ferro *Scal.* 399. *inscr. om. V* 1 uiolasse *V teste Burm.* 2 *cf. Ouidius art. am. II* 78 'uidit et inceptum dextra reliquit opus'. 5—8: *Bur. II* 51. 5 nunc (*uel* mi) *scripsi* me *V* ne dubites *Heins.* 6 sed liber *V* iam *addidi* modo *Scal.*

Fas non est uiuo quemquam seruire Catone,
 Nedum ipsum: uincit nunc Cato, si moritur'.

400
Epitaphion Pompei[orum] B. II 26. M. 732

Magne, premis Libyam; fortes tua pignera nati
 Europam atque Asiam. nomina tanta iacent!

401
[Item] B. II 27. M. 733

Quam late uestros duxit Fortuna triumphos,
 Tam late sparsit funera, Magne, tua.

402
[Item] B.II 28 sq. M.734 sq.

Pompeius totum uictor lustrauerat orbem;
 At rursus toto uictor in orbe iacet:
Membra pater Libyco posuit male tecta sepulcro; [735]
 Filius Hispana est uix adopertus humo;
Sexte, Asiam sortite tenes. diuisa ruina est:
 Vno non potuit tanta iacere solo.

403
[Item] B. II 30. M. 736

Aut Asia aut Europa tegit aut Africa Magnum.
 Quanta domus, toto quae iacet orbe, †ruit!

404
[Item] B. II 31. M. 737

Maxima ciuilis belli iactura sub †ipso est:
 Quantus quam paruo uix tegeris tumulo!

7 catoni (i *ex* e *m. sec.*) *V* 8 ne\\dum *V* uincit *sic V*
Ad 400—404 *cf. Lucanus VI* 817 *sqq. et praecipue Martialis V* 74.
Pompei *V*, *corr. Scal.* 1 p̄mis lybiam *V* 2 quanta *Scaliger*
401. *inscr. om. V*, *ut in seqq.* 402. 2 rursus *corr. ex* russus
V 3—6 *edd. separant* 3 libico *V* sepulchro *V* 4 adaptus
V 5 sexte *corr. ut uidetur ex* secte *V* 6 tanto *V* tota *Pithoeus.*
loco *Francius* 403. 1 magń *V* 2 doḿ *V* ruit *V* fuit *Klotz*
404. 2 quant$\overset{u}{\underset{.}{a}}$s *V*. *num* Magnus?

405

B. III 152. M. 135

Ad amicum optimum

Crispe meae uires laesarumque ancora rerum,
  Crispe uel antiquo conspiciende foro,
Crispe potens numquam, nisi cum prodesse uolebas,
  Naufragio litus tutaque terra meo,
Solus honor nobis, arx et tutissima nobis
  Et nunc afflicto sola quies animo,
Crispe fides, dulcis placidusque, acerrima uirtus,
  Cuius Cecropio pectora melle madent,
Maxima facundo uel auo uel gloria patri,
  Quo solo careat si quis, in exilio est:
Antiquis iaceo saxis telluris adhaerens,
  Mens tecum est, nulla quae cohibetur humo.

406

B. II 35. M. 741

De sacris euocantis animas Magnorum

Fata per humanas solitus praenoscere fibras
  Impius infandae religionis †apes
Pectoris ingenui salientia uiscera flammis *fol. 94 r.*
  Imposuit; magico carmine rupit humum,
Ausus ab Elysiis Pompeium ducere campis.
  Pro pudor! hoc sacrum Magnus ut aspiceret!
Stulte, quid infernis Pompeium quaeris in umbris?
  Non potuit terris spiritus ille premi!

407

B. III 66—68. M. 907—909

De uita humiliori

'Viue et amicitias regum fuge'. pauca monebas:
  Maximus hic scopulus, non tamen unus erat.

405. *Senecae tribuit Pithoeus.* 1 lassarũq; anchora *V* 5 honora *V* ars *V* 7 placidiq. *V* placidusque *ego* Latiique *Burm.* placideque *Duebn.* 8 cecropeo *m. sec. V. cf. Martialis VII* 69,2 'cuius Cecropia pectora uoce madent'. 9 facundi *V teste Burm.* aui † *V* 11 An tu cui iaceo *V, correxi.* En hic qui iaceo *Pith.* 12 q. *V* 406. euocatis *V, correxi.* Magni *puto.* 2 infanda *V* relegionis apes *V* sacer *Pith.* Aper *aut* Sapor *Scal.* ope *conieci* 3 sapientia *V, corr. Scal.* flãmas, *sed corr.*, *V* 5 ab elybicis *V* 8 sp̃s *V* 407. *Ab editoribus in tria uel quattuo*

Viue et amicitias nimio splendore nitentes
 Et quidquid colitur perspicuum, fugito!
Ingentes dominos et famae nomina clarae [908]
 Inlustrique graues nobilitate domos
Deuita et longe uiuus fuge; contrahe uela
 Et te litoribus cymba propinqua uehat.
In plano semper tua sit fortuna paresque [909]
 Noueris: ex alto magna ruina uenit.
Non bene cum paruis iunguntur grandia rebus:
 Stantia namque premunt, praecipitata ruunt.

408

[Item] B. III 69. M. 910

'Viue et amicitias omnes fuge': uerius hoc est,
 Quam 'regum' solas 'effuge amicitias'.
Est mea sors testis: maior me afflixit amicus
 Deseruitque minor. turba cauenda simul.
Nam quicumque pares fuerant, fugere fragorem
 Necdum conlapsam deseruere domum.
[I] nunc et reges tantum fuge! Viuere doctus
 Vni uiue tibi; nam moriere tibi.

409

[De se ad patriam B. III 11. M. 128

Corduba, solue comas et tristes indue uultus,
 Inlacrimans cineri munera mitte meo.

carmina perperam discerptum. cf. Ouidius Trist. III 4, 4 *sqq.*
2 maxim' *V* non ten *V* (tam *suprascr. m. sec.*) 4 quicqd *V* conspicuum *Heins.* 6 domos *ex* domus *V* 7 longe uiuens *Scriu.* cautus *Cannegieter* fuge *Burm.* cole *V. fortasse* deuita longe et uiles cole? 10 foueris *Heins.* 11 guntur *V*, iun *suprascr. m. sec.* 12 p̄munt *V* 408. *inscr. om. V*, *add. Scal.* 1 cole *Scal.* 2 etfuge *V* 3 Et *V* mors *V*, *corr. Heins.* tetis *V* 5 fuerunt, *sed corr.*, *V* fuge *V* 7 I *add. Heins.* Nunc et non *Scal.* 8 moriare *V* 409. *Senecae tribuit Pithoeus.* 1. 3 Corduba *ut uid. m. sec. ex* Cordaba *V* 1 triste *V*, *corr. m. sec.* 2 et lacrimans *Bardili*

Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, uatem,
  Corduba non alio tempore maesta magis:
Tempore non illo, quo uersis uiribus orbis
  Incubuit belli tota ruina tibi,
Cum geminis oppressa malis utrimque peribas
  Et tibi Pompeius Caesar et hostis erat;
Tempore non illo, quo ter tibi funera centum
  Heu nox una dedit, quae tibi summa fuit;
Non, Lusitanus quateret cum moenia latro,
  Figeret et portas lancea torta tuas.
Ille tuus quondam magnus, tua gloria, ciuis
  Infigor scopulo! Corduba, solue comas
Et gratare tibi, quod te natura supremo
  Adluit Oceano: tardius ista doles!

410

B. III 153. M. 137

De custodia sepulcri

Quisquis es (et nomen dicam? dolor omnia cogit!),
  Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis
Et non contentus tantis subitisque ruinis
  Stringis in extinctum tela cruenta caput:
Crede mihi, uires aliquas natura sepulcris
  Attribuit: tumulos uindicat umbra suos.
Ipsos crede deos hoc nunc tibi dicere, liuor,
  Hoc tibi nunc Manes dicere crede meos:
Res est sacra miser; noli mea tangere fata:
  Sacrilegae bustis abstinuere manus!

3 longuinqua *V* 5. 9 alio *V* illo *Pith.* 5 uersi *Heins.* 7 utrũque *V*, *corr. Scal.* 10 uox *V teste Burm.* tibi] prope? 12 torta *Scal.* porta *V* 13 ciues *V* 14 infigar *V m. sec.* scupulo, *sed corr.*, *V* Corduba *m. sec. ex* Cordoba *V* 16 adnuit *Duebnerus* dolus *V* 410. sepulchri *V*. *Senecae tribuit Pithoeus* 1 et] en *uel* an *Burm.* om̃a *V* 5 sepul^{h}cris *V m. pr.* sepultis *Schrad. fort. recte* 9 sacra *Tollius* atra *V*

411

De Athenis B. III 2. M. 877

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas,
Quae ueteris famae uix tibi signa dabunt,
'Hasne dei' dices 'caelo petiere relicto?
Regnaque partitis haec fuit una deis?'
Idem Agamemnonias dices cum uideris arces:
'Heu uictrix uicta uastior urbe iacet!'
Hae sunt, quas merito quondam est mirata uetustas;
Magnarum rerum magna sepulcra uides!

412

fol. 94 u. **In eum qui maligne iocatur** B. III 154. M. 138

Carmina mortifero tua sunt suffusa ueneno
Et sunt carminibus pectora nigra magis.
Nemo tuos fugiet, non uir uon femina, dentes;
Haut puer, haut aetas undique tuta senis.
Vtque furens totas inmittit saxa per urbes
In populum, sic tu uerba maligna iacis.
Sed solet insanos populus conpescere sanus
Et repetunt notum saxa remissa caput.
In te nunc stringit nullus non carmina uates
Inque tuam rabiem publica Musa furit.
Dum sua compositus nondum bene concutit arma
Miles, it e nostra lancea torta manu.
'Bellus homo es': ualide capitalia crimina ludis
Deque tuis manant atra uenena iocis!

411. 1 cecropeas *V m. sec.* hospis *V*, *corr. m. sec.* 2 formae *Schrader.* 4 Rixaque *Hemsterhusius* h̃ *V* 6 H̃ *V* uictrix, c *super rasura*, *V* iaces *Scal.* 8 parua *Tollius* sepulchra *V* 412. *Senecae tribuit Pithoeus.* 1 s̃ *V* 2 at *Francius*, *fort. recte* 3 fagiet, *sed corr.*, *V* 4 aut *V* aut *V*. *corr. Scal.* 6 lacis, *sed corr.*, *V* 7 populos *V teste Burm.* 8 reppetunt *V* motum *V* notum *ego* 11 cōpositus n̄dū *V* 12 it *Burm.* et *V* et it *Heins.* 13 es *Vonckius* et *V* carmina *Scriuerius* ludit *V*

'Sed tu per[que] iocum dicis uinumque'. quid ad rem
  Si plorem, risus si tuus ista facit?
Quare tolle iocos: non est iocus, esse malignum.'
  Numquam sunt grati, qui nocuere, sales.

413

B. II 36. M. 742

De insepultis claris

Litore diuerso Libyae clarissima longe
  Nomina uix ullo condita sunt tumulo,
Magnus et †hoc homine maior Cato. quam procul a te
  Aspicis heu cineres, Roma, iacere tuos!

B. II 37. M. 77

414

P. TERENTII VARRONIS ATACINI

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato nullo,
  Pompeius paruo. credimus esse deos?

415

B. III 82. M. 932

De spe

(queritur per exempla.)

Spes fallax, spes dulce malum, spes una malorum
  Solamen miseris, qua sua fata trahunt,
Credula res, quam nulla potest fortuna fugare,
  Spes stat in extremis officiosa malis.

15 p totum *V*, *corr. Scal.* 16 ut plorem *Heins.* 17 iocos] iocus *V* ñ ē *V* 18 grates *V*

413. 1 Lytore *V* lybiae *V* 3 hoc homine *V* humano *Scal. cf. Ouid. Fast. II* 503. hoc magno *ego* quam *Pith.* q. *V* qui *Scal.* 414. Terentii Varronis Attacini *S* Varronis (Ciceronis *cod. Heinsii* Tyronis *Heins.*) *schol. Persii* 2, 36. *Inscr. om. V et schol. Cruq. Hor. A. P.* 301. 413—414, 2 *unum Atacini carmen est Scaligero p.* 185. 1 Lycinus *S* tumulo Licinus *schol. Cruq.*, *ed. pr. Fabricii* (*Romae p.* 216). ad *V* et *S* Cato paruo, Pompeius nullo *S*, *schol. Pers.* credimus *VS* quis putet *schol. Cruq.*, *schol. Pers.* (*ubi* credimus *mss. nonnulli*). *Solus S addit*: Saxa premunt Lycinum, leuat altum fama Catonem, | Pompeium tituli; cedimus esse deos. 415. queritur per exempla *V*, *delet L. Muell. mus. rh. XXIII* 97. *cf. Tibullus II* 6, 19 *sqq. Ouidius epp. ex Ponto I* 6, 29 *sqq.* 1 una *Mey.* sũma *V* 2 quos *Heins.* 3 res] spes? 4 perstat *Heins.*

Spes uetat aeternis mortis requiescere portis
  Et curas ferro rumpere sollicitas.
Spes nescit uinci, spes pendet tota futuris;
  Mentitur, credi uult tamen illa [sibi].
Improba, mentis inops, rebus gratissima laesis,
  Quas fouet et uerti fata subinde docet.
Sola tenet miseros in uita, sola moratur,
  Sola perit numquam nec uenit atque redit.
Saepe bono rursusque malo blandissima saepe [est];
  Et quos decepit, decipit illa tamen.
Instabilis, dubio †deuexa ad tempora motu,
  Audax et clausum quae putet esse nihil.
Omnia promittit nota leuitate deorum,
  Nil fixum et casus admonet esse leues.
Naufragus hac cogente natat per feta procellis
  Aequora, cum mersas uiderit ante rates;
Captiuus duras illa solante catenas
  Perfert et uictus uincere posse putat;
Noxius infami districtus stipite membra
  Sperat et a fixa posse redire cruce.
Spem iussus praebere caput paloque ligatus,
  Cum micat ante oculos stricta securis, habet.
Sperat et in saeua uictus gladiator harena,
  Sit licet infesto pollice turba minax;
Et cui descendit iugulato in pectora mucro,
  Spem, quamuis lecto iam referatur, habet.

5 &ernis *V* aeterno *et* portu *Schrad.* 7 tuta *Scioppius* futuri *V*, *corr. Scal.* 8 sibi *add. Scal.* 9 inobs reb. *V* lęssis, *sed prima* s *erasa*, *V* lassis *Heins.* 11 inuitos *Scal.* inuitans *Muell.* 12 uenit *V*] perit *Scal.* 'uenit atque redit' *i. e. solatur, deinde deserit.* usque *Francius* 13 saepe est *scripsi* semp *V* 14 decipit] decepit *V* 15 diuexo, *ut uidetur ex* diuexa, *V* diuersa *L. Muell.* 16 clausū~~sinn~~quae *V* 17 promitit, *sed corr. m. s.*, *V* mota *V*, *corr. Pithoeus* 18 nil *ex* nihil *V* admouet *V* breues *L. Muell.* 19 fęda ꝑcellas *V*, *corr. Scal.* foeda *Heins.* 21 durus *V* 22 perferret et uictos *V* et *om. V teste Muell.* uictus *Scal.* 23 destrictus *V* 24 redisse *V* 25 p̃bere *V* ligatos *V* 29 et qui decenti iugulo tinctoria moto *V*, *corr. Heinsius* muto *Salmas.* 30 referetur, *sed corr.*, *V*

Spem recipit carcer foribus praeclusus aenis,
  Spes et in horrendo robore parua manet.
Spes Marium mouit, turpi se credere limo
  Et tantum furto uiuere uelle uirum;
Haec illum Libyae penetrare in litora uictae
  Iussit; et, o superi, quis fuit ille dies,
Quo Marium uidit supra Carthago iacentem!
  Tertia par illis nulla ruina fuit. *fol. 95 r.*
Spes Magnum profugum toto discurrere in orbe
  Iusserat et pueri regis adire pedes.
Spes uni numquam potuit dare uerba Catoni
  Mendacisque deae non tulit ille dolos.
Quid non spes audet? Priamo post Hectora mansit;
  Spes fuit uxori, Protesilae, tuae.
Orpheus infernas sperauit tollere leges
  Tartareum et cantu flectere posse canem.
Spe duce per medias enauit Daedalus auras
  Et noua mirantes terruit ales aues.
Pasiphae (quid non homini sperare libebit?)
  Sperauit toruo posse placere boui.
Sperat qui curuo sulcos perrumpit aratro,
  Sperat qui uentis uela ferenda dedit.
Spes amis pisces, laqueo captare uolucres
  Erudit; haec orbem bella cruenta docet.
Spes sequitur grauibus rastris mala rura domantem,
  In noua se nulla cum ratione parat.
Semper adulatur, semper male fida uagatur
  Et populos urbes totaque regna capit.
Desertos medicis spes numquam deserit aegros,

31 p̃clusus aeuis *V* 32 spem et *V* 39. 40. 33—38 *ponendos puto* (*cf. u.* 38) 33 turpis se *V* 34 Et] A *Muell.* 35 libiae *V* uastae *Muell.* *num* uictum? 36 et o] io *Schrad.* quis *V* (s *m. sec.*). *cf. Ouid. am. III* 12, 1. 37 sup̊ cartago *V*, suppar *Burm.* superba *Francius* 38 parilis *V* 40 reges *V* 43 p̓ *V* 44 prosilea *V* 45 Horphaeus *V* 47 dedalus undas *V*, *corr. Heins.* 48 ales *V*, alis *m. sec.* 49 phassiue *V* (h *m. sec. in ras.*) 51 prumpat *V* 53 hamis *V* 55 dominantẽ *V* *u.* 59—62. 57. 58 *Muell.* 59 nũq *V* egres *V* egros *m. sec.*

Confessi numquam spem posuere rei.
Spes est, quae classes diuerso ex hoste coactas
Ducit; spes cupidos tollit in arma uiros
Et dicit 'dura! nec te praesentia tangant:
Fors uarias mutat mobilitate uices.
Incerto ludit casu Fortuna per orbem
Et semper contra, quam fuit ante, redit.'

416

Ad maliuolum

B. III 159. M. 941

Inuisus tibi sum: peream si, Maxime, miror.
Odi te et, si uis, accipe cur faciam.
Famam temptasti nostram sermone maligno
Laedere fellitis, inuidiose, iocis.
Contra rem nuper pugnasti, liuide, paruam:
Tu tamen in magna te nocuisse putas.
Hei peream, nisi sunt animi tibi, Maxime, causae:
Odi, nec mentem res magis ulla iuuat,
Inque uicem ut facias curo pereoque timore,
Ne minus inuisus sim tibi quam uideor.

417

Memoria litteras permanere

B. II 261. M. 187

Haec urbem circa stulti monumenta laboris
Quasque uides moles, Appia, marmoreas,
Pyramidasque ausàs uicinum attingere caelum,
Pyramidas, medio quas fugit umbra die,

60 defessi *V*, *corr. Scioppius* 61 classis *V* ex orbe *Heins.* coactus *V* 62 pellit *uel* trudit *Burm.* 63 Et] *num* Haec? duro *V* p̃sentia iungant *V*, *corr. I. Dousa* uincant *Heins.* pungant *Wernsdorf* 64 *num* uaria? nonuilitate *V* 66 Est *Scal.* quae fugit *V*, *corr. Muell.* atque *V* ante *Burm.*

416. 2 odi *V* dudi (audi?) *m. sec.* 4 //////tis *V*, uelitis *m. sec.* *corr. Pith.* inuidiore *V* 6 magnis *Pith.* 7 h̃ *V* nimiae *Heins.* tibi *scripsi* te maxima causa *V* 9 oro *Heins.* 417. *Puto* Memoriam litteris permanere. *cf. Propertius IV* 1, 57 (*III* 2, 17) *sqq.* 1 multi *Heins.* 2 queque *V* 3. 4 pyeramidas, *sed* y *erasa*, *V*

Et Mausoleum, miserae solacia mortis,
  Intulit externum quo Cleopatra uirum,
Concutiet sternetque dies, quoque altius extat
  Quodque opus, hoc illud carpet edetque magis.
Carmina sola carent fato mortemque repellunt;
  Carminibus uiues semper, Homere, tuis.

418

B. II 262. M. 851

[Item]

Nullum opus exurgit, quod non annosa uetustas
  Expugnet, quod non uertat iniqua dies,
Tu licet extollas magnos ad sidera montes
  Et calidas aeques marmore pyramidas.
Ingenio mors nulla nocet, uacat undique tutum;
  Inlaesum semper carmina nomen habent.

419

B. II 84. M. 762

Laus Caesaris

Ausoniis numquam tellus uiolata triumphis
  Icta tuo, Caesar, fulmine procubuit
Oceanusque tuas ultra se respicit aras:
  Qui finis mundo est, non erat imperio.

420

B. II 85. M. 763

[Item]

Victa prius [nulli], nullo spectata triumpho
  Inlibata tuos gens † iacet in titulos.
Fabula uisa diu medioque recondita ponto *fol. 95 u.*
  Libera uictori quam cito colla dedit!

5 solatia *V* 6 aeternum *V*, *corr. Heins.* 7 conti& *V*, *corr. m. sec.* qđque *V* 8 detque *V*, e *add. m. sec.* 418. *inscr. om. V* 1 exsurgit qđ *V* 4 eques *V* piramidas *V* 5 iacet *V*, *corr. Pith.* uacat *V*, *cf. Prop. l. c. u.* 60. uagat *Oud.* 419. 2 tua *V* 419—426 *sine interuallis et titulis cohaerent in V* 420. *Inscrr. om. V* 1 nulli *om. V* iāiā *post* nullo *V m. sec.; corr. Heins.* 2 patet *Cannegieterus* 4 quamerito collõ (˜ *m. sec.*) *V* iam modo *Pith.*, *corr. Scal.*

421

[Item] B. ib. M. ib.

Euphrates ortus, Rhenus secluserat Arctos:
Oceanus medium uenit in imperium.

422

[Item] B. II 86. M. 764

Libera, non hostem, non passa Britannia regem
Externum, nostro quae procul orbe iacet,
Felix aduersis et sorte oppressa secunda
Communis nobis et tibi, Caesar, erit.

423

[Item] B. II 87. M. 765

Vltima cingebat Thybris tua, Romule, regna:
Hic tibi finis erat, religiose Numa.
Et tua, Diue, tuo sacrata potentia caelo
Extremum citra constitit Oceanum.
At nunc Oceanus geminos interluit orbes;
Pars est imperii, terminus ante fuit.

424

[Item] B. II 88. M. 766

Mars pater et nostrae gentis tutela Quirine
Et magno positus Caesar uterque polo,
Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos!
Sol citra nostrum flectitur imperium.
Vltima cesserunt adaperto claustra profundo
Et iam Romano cingimur Oceano.

421 *a* 420 *separaui.* 1 eufrathes (h *erasa*) hortus renus *V* arctus *V* recluserat *V*, *corr. Cannegieter* 2 in *add. m. sec. V*
422. 1 brittania *V* 2 aeternum *V*, *corr. Heins.* 4 nouis *V*
423. 1 tybris *V* 2 erit *V* 3 dibe *V* tuum *V*, *corr. Heins.*
424. 1 quirinae *V* 3 bretannos *ut uidetur*, *sed corr. m. sec.*, *V* 5 adopto *V*, *corr. Heins.* 6 cingitur *V*, *corr. Heins.*

425

B. II 89 sq. M. 767 sq. **[Item]**

Opponis frustra rapidum, Germania, Rhenum;
  Euphrates prodest nil tibi, Parthe fugax;
Oceanus iam terga dedit, nec peruius ulli
  Caesareos fasces imperiumque tulit:
Illa procul nostro semota exclusaque caelo
  Alluitur nostra uicta Britannis aqua.

426

B. II 91. M. 769 **[Item]**

Semota et uasto disiuncta Britannia ponto
  Cinctaque inaccessis horrida litoribus,
Quam pater inuictis Nereus uelauerat undis,
  Quam fallax aestu circuit Oceanus,
Brumalem sortita polum, qua frigida semper
  Praefulget stellis Arctos inocciduis,
Conspectu deuicta tuo, Germanice Caesar,
  Subdidit insueto colla premenda iugo.
Aspice, confundat populos ut peruia tellus:
  Coniunctum est, quod adhuc orbis et orbis erat.

427

B. — M. — **De uoluptate adsidua per noctem**

Sic et ames, mea lux, et rursus semper ameris,
  Mutuus ut nullo tempore cesset amor.

425. 1 rerũ *V*, renù *m. sec.* 2 eufrates *V* nihil *V* parte *V* *u.* 5. 6 *uulgo a u.* 1—4 *separantur.* 6 brittannos *V* 426. 1 semoto *V* brittania *V* 2 cunctaq. *V*, *corr. Scal.* littorib. *V* 3 qua *V* uallauerat *Scal.* 4 falax *V*, *corr. m. sec.* esto *V* 6 acrtois *V* acrctois *m. sec.* in ocduis, *corr. m. sec.*, *V* 7 defictu *V* *em. Scal.* defixa *Heins.* germania *V* 8 subdedit, *sed corr.*, *V* insuetũ *V* p̃menda iugǒ *V* 9 tellus] Tethys *Heins.* 427. Voluntate de adsidua per noctem *V*. *cf. L. Muellerus ann. philol.* 1865 *p.* 829. *Quae omisi, sunt erasa; quae obliquis litteris distinxi, dubia et nonnulla adeo incertissima. Holderi et Muelleri conlationes inter se contuli.* 2 cessit *V*

Solis ad occasus, solis *sic* . ad *ortus*
Hesperus hoc uideat, Lucifer hoc uideat.
Si das saepe negas, si das saepe *nc* . . *mis*
Et pede pr*da tuo* . *atier rel* . *o* . *res*
Nox mihi tota data est *hite da*mp*na* per*ibunt*
Multa nimis debet timodius . . . *s*
Promittis, mea uita, semel non amplius una
. . . *lisi§·d* . . . *od* . . .
Dum iaceam tecum permixtus corpor*e* tot*o*
Tib . *futō* . . *re l* . . . . .
Nempe *q* . *ad* . . . . . . *mi*lle
m . . l . . . . ti
Lentus . . . . p . . . . *ar*te
Fe*mina cara* semel, sed sine fine semel.
O certe numero uinces me . *rcra* . *ι ā*
. . . . . . *l* . *l* . *sem*per ego.

428

De tribus amicis bonis B. II 248. M. 843

Serranum Vegetumque simul iunctumque duobus
Herogenem, caros aspice Geryonas.
Esse putas fratres, tanta pietate fruuntur.
Immo neges: sic est in tribus unus amor.
Triga mihi paucos inter dilecta sodales,
Triga sodalicii pars bene magna mei!

429

fol. 96 r.

Quod non seuera carmina scribat B. III 192. M. 965

Iam libet ad lusus lasciuaque furta reuerti.
Ludere, Musa, iuuat; Musa seuera, uale!

3 sic rursus *conieci* testor *Muell.* 6 preda *Muell.*, *negat Hold.* 7 Nox *olim* Nec *fuisse uidetur.* 11 *an* tota *V*? 13 Nemphe (h *erasa*) *V* 428. 1 uinctūq; *V* 2 hetogenen *V* 3 fas̃ *V* 4 *cf. Ouid. epp.* 9, 92. 6 par *V* 429. seuera *Scal.* uera *V* 1 liuet allussus (s *prima erasa*) lasciuiaq; *V* 2 *Martialis VIII* 3, 2 'Ludere, Musa, iuuat'.

Nunc mihi narretur tumidis Arethusa papillis
Nunc astricta comas nunc resoluta comas;
Et modo nocturno pulset mea limina signo
Intrepidos tenebris ponere docta pedes,
Nunc collo molles circum diffusa lacertos
Inflectat niueum semisupina latus,
Inque modos omnes, dulcis imitata tabellas,
Transeat et lecto procubet illa meo.
Nec pudeat quidquam, sed me quoque nequior ipso
Exultet toto non requieta toro.
Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret:
Ludere, Musa, iuuat; Musa seuera, uale!

430

B. III 228. M. 996 **Liber IIII**

O sacros uultus Baccho uel Apolline dignos,
Quos uir, quos tuto femina nulla uidet!
O digitos, quales pueri uel uirginis esse
Vel potius credas uirginis esse deae!
Felix, si qua tuum conrodit femina collum,
Felix, quae labris liuida labra facit,
Quaeque puella tuo cum pectore pectora ponit
Et linguam tenero lassat in ore suam.

431

B. III 193. M. 966 **Excusatio seuerioris materiae**

Esse tibi uideor demens, quod carmina nolim
Scribere patricio digna supercilio?

3 aret(h)usa *V* capillis *V*, *corr. Ruhnken* 5 ut *Burm.* modo nunc turno *V* pulsans *V*, *corr. Burm.* 8 Etflectat *V*, *corr. Francius. cf. Ouidius a. am. III* 788. semesupina *V* 9 dulces *V m. sec.* 10 lateri *Toupius* pendeat *V* procubet *ego* 11 pudeant qcq *V* q̃q *V* ipso *ex* ipse *V* 12 exultat *V* 14 senera *V* sonora *m. sec.* seuera *in mg.* 430. De puero amato *Scal.*, *edd. Inscripsi ut V*, *cf. p. XXXIX.* 1 bachoc (c *erasa*) *V*. *cf. Ouidius metam. III* 421. 3 *num* tenerae uel? 5 Ffelix si quantũ *V*, *sed corr. m. pr.* 6 libida *V* 431. Excussatio sihoris materie *V*, *corr. Scal. an* maioris? 1 qđ crimina *V*, *corr. Scriuer.*

Quod Telamoniaden non aequo iudice uictum
 Praeteream et pugnas, Penthesilea, tuas?
Quod non aut magni scribam primordia mundi
 Aut Pelopis currus aut Diomedis equos?
Aut [ut] Achilleis infelix Troia lacertis
 Quassata Hectoreo uulnere conciderit?
Vos mare temptetis, uos detis lintea uentis:
 Me uehat in tuto parua carina lacu.

432

De sepulcro Catonis B. II 53. M. 748

Ne mirere sacri deformia busta Catonis:
 Visuntur magni parua sepulcra Iouis.

433

De bono uitae humilioris B. III 60. M. 906

Est mihi rus paruum, fenus sine crimine *paruum;*
 Sed facit haec nobis utraque magna quies.
Pacem animus nulla trepidus formidine seruat
 Nec timet ignauae crimina desidiae.
Castra alios operosa uocent sellaeque curules
 Et quidquid uana gaudia mente mouet.
Pars ego sim plebis, nullo conspectus honore,
 Dum uiuam, dominus temporis ipse mei.

434

Excusat quod amoribus seruiat B. III 194. M. 967

Insanus uobis uideor. nec deprecor ipse,
 Quominus hoc uidear. cur tamen hoc uideor?

3 equo *V* 4 pentesilea *V* 5 ñ *V* 6 equuos *V* 7 ut *add. Scal.* 8 conderit *V*, *corr. m. sec.* 10 tutos *V* lacus *V*, *corr. Francius* 432. sepulchro *V* 1 miserere *V* 2 sepulchra *V* 433. humiliori *V* 1 *post* crimine *add. m. sec.* paruum *V* 2 nouis *V* 3 trepidas *V* trepidans *Burm.* seruāt *V* 4 timeat ignauiae *V* dissidiae *V* dess. *m. sec.* 5 silleq. rurales *V*, *corr. Scal.* 6 quicquid *V* grandia *et* mouent *V*, *corr. Scal.* 7.8 *post inscr. sequentem* *V* 434. *num* Excusatio? ãmorib; *V* 1 Insanis, *corr. m. sec.*, *V* nouis *V* depc̄or *V* 2 quo mihus *V* uidear *Francius* uideo *V* tam̃ *V*

Dicite nunc: ‘quod semper amas, quod semper amasti’.
Hic furor, hic, superi, sit mihi perpetuus!

435

B. III 195. M. 968

[De ea quae amat]

Quaedam me si credis amat. sed dissilit, ardet
Non sic, non leuiter, sed perit et moritur.
Dum faciet gratis quaedam, simul atque rogaui,
Ostendam, quam non semper amatus amem.

436

B. III 223. M. 994

De cretata facie

Cum cretam sumit, faciem Sertoria sumit.
Perdidit [ut] cretam, perdidit et faciem.

437

B. II 16. M. 703

Morte omnes aequari

Quisquis adhuc nondum fortunae mobile regnum
Nec sortem uarias credis habere uices,
Aspice Alexandri positum memorabile corpus.
Abscondit tantum putris harena uirum! *fol. 96 u.*

438

B. II 25. M. 731

[Item]

Iunxit magnorum casus fortuna uirorum:
Hic paruo, nullo conditus ille loco est.
Ite, nouas toto terras conquirite mundo:
Nempe manet ‘magnos’ paruula terra duces.

3 qđ *V* quod *V* cur *uel* quid *bis Burm.* 4 hec superi *V* ppetuum *V*, *fort. recte* 435. *inscr. om. V*, *add.* (quae] quam) *Scal.* 2 sic] cito *Burm.* 3 figiet *V*, fugiet *m. sec.* faciet *ego* rogauit *V* rogabit *Scal.* rogaui *ego* 436. creta *V* 1 Dum *Binetus* 2 ut *add. Heins.* 437. De morte *sqq. V* 1 fortunam *Francius. sed suppl.* esse. mouile *V*, *corr. m. sec.* 3 (miserabilė!) *Burm.* uenerabile *Muell.* 438. *inscr. om. V* 1 Iu^{n}xit *V* 2 ille] illo *V* 3 nouos *V* 4 nemphe *V*, *corr. m. sec.*

439

De puero amato B. III 227. M. 995

Quid saeuis, Cypare? domiti modo terga iuuenci
Quid premis et tenerum currere cogis equum?
Dum stupet ac nouus est et adhuc non nouit amorem,
Parce: premendus erit, cum ueteranus erit.

440

De bono quietae uitae B. III 65. M. 913

Ante †rates Siculo discurrent aequore pisces
Et deerit Libycis putris harena uadis,
Ante niues calidos dimittent fontibus amnes
Et Rhodanus nullas in mare ducet aquas,
Ante mari gemino semper pulsata Corinthos
Confundet fluctus peruia facta duos,
Ante feri ceruis submittent colla leones
Saeuaque dediscet proelia toruus aper,
Medus pila geret, pharetras Romana iuuentus,
Fulgebit rutilis India nigra comis,
Quam mihi displiceat uitae fortuna quietae
Aut credat dubiis se mea puppis aquis.

441

De fratris filio paruulo B. III 155. M. 139

Sic mihi sit frater maiorque minorque superstes
Et de me doleant nil nisi morte mea;
Sic illos uincam, sic uincar rursus amando,
Mutuus inter nos sic bene certet amor;

439. 1 cypare *V* Sybari *Scal.* 3 dum tumet *Lachmannus ad Propert. p.* 58 440. 1 rates *V* rate ex *Scal.* uage *uel* uagi *Oudend.* freto e *Mey.* 2 libicis turpis *V* 3 demittent *Scal.* oms *V* 4 rodanus nullus *V* ducit *V* 7 summittent *V* 9 gerit *V* 10 rutulis *V* crocis *V*, *corr. Scal.* 11 dispiceat *V*, dispiciat *m. sec.* 12 An credit (a above i) dubiis (*ex* dubius) *V* 441. *Senecae tribuit Pithoeus.* 2 doleat *V*

Sic dulci Marcus qui nunc sermone fritinnit,
  Facundo patruos prouocet ore duos.
. . . .
  . . . .

442

cf. B. II 12. M. 186 **De monte Atho**

Xerxes magnus adest. totus comitatur euntem
  Orbis. quid dubitas, Graecia, ferre iugum?
Mundus iussa facit: solem texere sagittae,
  Calcatur pontus, fluctuat altus Athos.

443

B. III 70. M. 911 **De diuitiis et inhonesto animo**

Quod tua mille domus solidas habet alta columnas,
  Quod tua marmoreo ianua poste nitet,
Aurea quod summo splendent laquearia tecto,
  Imum crusta tegit quod pretiosa locum,
Atria quod circa diues tegit omnia cultus:
  Hoc animos tollit nempe, beate, tuos?
Aedibus in totis gemmae licet omnia †claudant,
  Turpe est, nil domino turpius esse suo.

444

B. III 93. M. 250 **De eodem**

Non est (falleris) haec beata, non est,
Quam uos creditis esse, uita; non est,
Fulgentes manibus uidere gemmas

6 fecundo *V*, *corr. m. sec.* *Finem deesse uidit Lipsius.* 442. *cf. supra c.* 239. 1 Terres *V* Perses *Scal.* 4 luctuat *V* 443. diuitiis *Burm.* uitiis *V* 1 tu *V* domos *V* 2 marmorea *V* 3 laquearea *V*, *corr. m. sec.* 4 locum *V*, solum *Heins.* 5 citro diues tenet *Heins.* 6 nemphe, *corr. m. sec.*, *V* u$\overset{e}{a}$tate *V* 7 claudant *V* condant *Burm.* clarent *Wakefield*, *fort. recte.* 444. *Pentadio tribuit Pithoeus.* 1 beata] ueat *V* 2 quam *Heins.* quos *V* quod *Scal.* non est *sc. uita beata.*

Aut testudineo iacere lecto
Aut pluma latus abdidisse molli
Aut auro bibere et cubare cocco,
Regales dapibus grauare mensas
Et, quidquid Libyco secatur aruo,
Non una positum tenere cella:
Sed nullos trepidum timere casus
Nec uano populi fauore tangi
Et stricto nihil aestuare ferro.
Hoc quisquis poterit, licebit illi,
Fortunam moueat loco superbus.

445

De amico mortuo

B. II 249. M. 136

Ablatus mihi Crispus est, amici,
Pro quo si pretium dari liceret,
Nostros diuiderem libenter annos.
fol. 97 r. Nunc pars optima me mei reliquit,
Crispus, praesidium meum, uoluptas,
Pectus, deliciae: nihil sine illo
Laetum mens mea iam putabit esse.
Consumptus male debilisque uiuam:
Plus quam dimidium mei recessit.

446

B. III 204. M. 976

De diuite formosa generosa inpudica

Formosa es, fateor, diues generosa uenusta:
  Confitear, si uis, omnia. redde uicem.
Nempe parum casta es, nempe es deprensa. negabis:
  Res uenit ad lites. 'rursus et illa nego.'

4 lecto toro *V* 8 quidqui^{d} *V* d *add. m. sec.* lybico *V* auro *V* *u.* 11. 10 *V*, *transp. Scal.* 11 uanos *V* magni *V*, *corr. Scal.* 12 haestuare *V* 13 ille *V*, *corr. m. sec.* 445. *Inter Senecae carmina habet Scriuerius.* 1 amici] amihi *V* 4 par *V* 6 delitiae nil *V* 7 putauit *V* 8 consũptus iam male *V* 9 Postquam *Pith.* dimedium *V*, *corr. m. sec.* 446. diuite] uite *V* 1 *cf. Iuuenalis* 6, 161. uetusta *V* 3. 5 nemphe *quater*, *corr. m. sec.*, *V* 3. 6 dephensa *V* 4 nega *Scal.*

Dic potius: 'sed nempe semel, sed nempe puella;
Et cum deprensa quis nisi frater erat?'
Frater erat? 'nihil est, fecit quia Iuppiter illud.'
Sed quod non fecit Iuppiter, hoc facitis!

447

B. III 1. M. 876

De Graeciae ruina

Graecia bellorum longa succussa ruina
Concidit, inmodice uiribus usa suis.
Fama manet, fortuna perit: cinis ipsa iacentis
Visitur et tumulo est nunc quoque sacra suo.
Exigua ingentis retinet uestigia famae
Et magnum infelix nil nisi nomen habet.

B. III 191. M. 964

448

. . . .

Sic tua sit, quamcunque tuam uis esse puellam,
Sic quamcunque uoles mutuus ignis edat,
Sic numquam dulci careant tua pectora flamma
Et sic laesuro semper amore uacent.

449

B. III 84. M. 933

De uino et laetitia

Vince mero curas et, quidquid forte remordet,
Comprime deque animo nubila pelle tuo.
Nox curam, si prendit, alit: male creditur illi
Cura, nisi a multo marcida facta mero.

6 fr̃ *V* 7 frat̃ *V* quia] quod *Scal.* 7. 8 ioppiter, *corr. m. sec.*, *V* 8 qui non fec̄ *V* 447. De Troiae ruina *V* 1 Graecia *V* succissa runa *V*. *num* succisa? 3 iacenos *V* . 5 formae *Oudend.* famae *V* 6 ñm *ex* ñu *V* 448. De uino et laetitia *V* 1 quācūq; *V* 2 quacūq; *V* 449. *inscr. hic om. V* 1 corda *Heins.*

450

De silentio amoris B. III 196. M. 969

Iuratum tibi me cogis promittere, Galla,
Ne narrem. Iura rursus et ipsa mihi,
Ne cui tu dicas (nimium est lex dura; remittam),
Praeterquam si uis dicere, Galla, uiro!

451

De initio et fine amoris B. III 197. M. 177

Nescio quo stimulante malo pia foedera rupi.
Non capiunt uires crimina tanta meae.
Institit et stimulis ardentibus inpulit actum
Siue fuit fatum, seu fuit ille deus.
Arguimus quid uana deos? uis, Delia, uerum?
Qui tibi me dederat, idem et ademit: amor.

452

De tinnitu auris B. III 202. M. 974

'Garrula, quod totis resonant mihi noctibus aures,
Nescio quem dicis nunc meminisse mei?'
'Hic quis sit, quaeris? resonant tibi noctibus aures:
Et resonant totis: Delia te loquitur.' —
Non dubie loquitur me Delia: mollior aura
Venit et exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter sècreta silentia noctis
Submissa ac tenui rumpere uoce solet,
Non aliter teneris collum complexa lacertis
Auribus admotis condita uerba dare.

450. 1 Iratum *V* 3 nec ui *V* 4 gallo *V* 451. 1 molo, *corr. m. sec.*, *V* 3 timulis, *corr. m. sec.*, *V* actu *V*, *num recte*? 452. 1 quod *scripsi* qđ *V* quid *Scal.* resonas *V*, *correxi. Dialogum constitui.* 2 num *et* 3 Hem *Lachmannus ad Propert. p. 54* 4 Et] *num* Si? 5 Nunc *V*, *corr. Scal.* Nunc dubitem? *Burm.* 6 murmore *V m. sec.*, *recte m. pr.* 8 summissa *V* *u.* 9—14 *carmini* 453 *postpositi in V.* 10 *num* candida? daret *Burm.*

Agnoui: uerae uenit mihi uocis imago,
Blandior arguta tinnit in aure sonus.
Ne cessate, precor, longos gestare susurros!
Dum loquor haec, iam uos opticuisse queror.

453

B. III 198. M. 970 **De zelotypa**

Sic me custodi, Cosconia, neue ligata
Vincula sint nimium neue soluta nimis.
Effugiam laxata nimis, nimis aspera rumpam,
Sed neutrum faciam, commoda si fueris. *(fol. 97 u. uacuum est)*

454

B. II 32. M. 738 **De tumulis Magnorum** *fol. 98 r.*

Alter Niliaco tumulo iacet, alter Hibero,
Tertius Eois partibus occubuit.
Omnis habet Magnos mundi plaga. dis [ita] uisum est:
Partem quisque suam nunc quoque uictus habet.

455

B. II 33. M. 739 **[Item]**

Patria, diuerso terrarum litore Magnos
Spectas compositos heu sine nominibus,
Europa[que] Asiaque simul Libyaque sepultos.
Victores uicta sic potiuntur humo.

456

B. II 34. M. 740 **[Item]**

Diuersis iuuenes Asia atque Europa sepulcris
Distinet; infida, Magne, iaces Libya.

11 uere *V* uoces *V*, *corr. m. sec.* 13 garrire *Lachm.* 14 hec *V* se///ras *V* securas *m. sec.* queror *Tollius* 453. De zelotipa *V* 1 ne uigilata *V* 3 pūpā *V*, pōpā *m. sec.* 4 fuerint *Burm.* 454. 3 ita *add. Scal.* 4 n͞c q͞q *V* 455. *inscr. om. V* 1 diuersos *V teste Burm.* cōpositos *V* 3 que *add. Scal.* libiaq. *V* 456. *inscr. om. V* 1 diuersi *V* sepulcris (h *supra*) *V* 2 iacens libia *V*

Distribuit Magnos mundo Fortuna sepultos,
  Ne sine Pompeio terra sit ulla suo.

457

De Cascis fratribus

B. IV 1. M. 1144

Occidere simul Cascae, simul occubuere,
  Dextra quisque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fouere, locus quoque uulneris idem;
  Partibus afflictis uictus uterque iacet.
Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati,
  Et tumulus cinerem paruus utrumque tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine uatum,
  Vna si fierent parte minus gemini!

458

B. III 199. M. 971

Interdum et neglectam formam placere

Semper munditias, semper, Basilissa, decores,
  Semper dispositas arte decente comas
Et comptos semper cultus unguentaque semper,
  Omnia sollicita compta uidere manu,
Non amo; neglectam, mihi se quae comit amica,
  Se det: inornata simplicitate ualet.
Vincula nec curet capitis discussa soluti
  Nec decoret faciem: mel habet illa suum.
Fingere se semper non est confidere amori.
  Quid, quod saepe decor, cum prohibetur, adest?

459

[Ad eandem]

B. III 200. M. 972

Ante dies multos nisi te, Basilissa, rogaui
  Et nisi praemonui, te dare posse negas.

3 Istribuit *V* 4 tuo *V* 457. *inscr. om. V* 2 dextera *V* 4 affructis *et* latet *V*, *corr. Scal.* 6 utq. tergit *V* 458. formi luci *V* formam placere (lucere? decere?) *scripsi* 1 munditia *V* 2 compositas *Scal.* 3 uultus *Burm.* 4 cōta *V* 5 neglectim *Scal.* 6 ornate *V*, *corr. Tollius* et ornatus *Colomesius* 8 nec decoret *scripsi* et coram *V* nec cura *uel* nec cera *Scal.* 'at decorant'. facies *Iacobs* suam *V* 9 amor *V* 459. *inscr. om. V*

Vt subito creuere, solent ex tempore multae
Quam scriptae melius cedere deliciae.

460

B. III 201. M. 973

[Item]

Cur differs, mea lux, rogata, semper?
Cur longam petis aduocationem?
Primum hoc artificis scelus puellae est,
Deinde est difficile et laboriosum
In ten*tigine* tam diu morari.
Nil est praeterea, p*uel*l*a*, *nil* est,
Deprensa mel*ius fututione.*

461

B. II 13. M. 188

De Atho monte

Hic, quem cernis, Athos inmissis peruius undis
Flexibus obliquis circumeundus erat.
Accepit magno deductum Nerea fluctu
Perque latus misit maxima uela suum.
Sub tanto subitae sonuerunt pondere classes,
Caeruleus cana sub niue pontus erat. —
Idem commisit longo duo litora ponte
Xerxes, et fecit per mare miles iter.
Quale fuit regnum, mundo noua ponere iura!
'Hoc terrae fiat, hac mare' dixit 'eat'.

462

B. II 131. M. 820

De malo belli ciuilis

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem
Et coniuncta suis Parthica signa gerens,

3 natae *Tollius* 460. *inscr. om. V* 1 defers *V* 3 sceleris puella ẽ *V* 5 *sqq. quae obliquis litteris distinxi, in V erasa sunt.* 5 *restituit Scal.* 6 ꝑuella *legit Holder* nichil *uel* nihil *V teste Muell. ann. phil.* 1865 *p.* 828. 7 *restituit L. Muell.* 461. Item de *sqq. V* 1 psius *V* 3 fluctu uultu *V* 4 missit, *sed corr., V* uela *Schrader* bella *V* 6 canas *V* 7 cōmissit, *sed corr., V* 8 Terses *V* et effecit *V*, *corr. Scal.* milis *V* 10 terra *V* terrae *Scal.* Hic — fiant *Toupius* ac *V* dixit: erant *I. F. Gronouius.* 462. *cf. Augustinus de ciu. dei II* 25. 1 eo *m. sec. in rasura V* 2 suisuis *V*

Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo.
  Hinc Capitolino sistra minata Ioui,
Hinc inuicta deo fidebat Caesare Roma,
  Quae tunc paene suo pondere lapsa fuit.
Deserta est tellus, classis contexerat aequor,
  Omnia permixti plena furoris erant. *fol. 98 u.*
Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos
  Impia sors belli fataque saeua iubent.
Hic generum, socerum ille petit, minimeque cruentus
  Qui fuit, [is] sparsus sanguine ciuis erat.

Maeuius, a castris miles melioribus, ausus
  Hostilem saltu praecipitare ratem,
In damnum felix et uictor, ut impius esset,
  Nescius occiso fratre superbus erat.
Dum legit exuuias hostiliaque arma reuellit,
  Fraternos uultus oraque maesta uidet.
Quod fuerat uirtus, factum est scelus. haeret in hoste
  Miles et e mánibus mittere tela timet.
Ille ferox: 'quid, lenta manus? nunc denique cessem?
  Iustius hoste tibi qui moriatur adest.
Fraternam res nulla potest defendere caedem;
  Mors tua sola potest; morte luenda tua est.
Scilicet ad patrios referens spolia ampla penates
  Ad patrem uictor non potes ire tuum.
Sed potes ad fratrem: nunc fortiter utere telo!
  Impius hoc telo es, hoc potes esse pius.
Viuere si poteris, potuisti occidere fratrem!
  Nescisti: sed scis: haec mora culpa tua est.
Viximus aduersis, iaceamus partibus isdem.'
  Dixit, et in dubio est, utrius ense cadat.

4 Et *L. Muell.* Ictapitolino *V* Hic capit. *V m. sec.* 6 ruit *Heins.* 11 ille *Scal.* q. *V* ue *Oud.* 12 is *add. L. Muell.* adspersus *Heins.* erit *V* 13 meuius *V* 14 saltus *V* 15 et inp. esse *Mey.* 17 exunus *V* 19 in aste *V* (arte *m. pr.*?) 20 e *Scal.* a *V* 21 *num* Inde ferox? *sic et Muell.* cessas *Lips.* cesses *Burm.* 24 luenda *Burm.* leuanda *V* 25 referes *L. Muell.* pen//es *V* re-pendes (n *supra*) *m. sec. corr. Scal.* 27 ñ (c *supra*) *V* tel//i *V* (o *in ras.*?) 29 si *V* sic *Scal.* 31 idem *V*

'Ense meo moriar, maculato morte nefanda?
  Cui moreris, ferrum quo moriare dabit.'
Dixit et in fratrem fraterno concidit ense.
  Victorem et uictum condidit una manus.

463

B. II 132. M. 821

[Item]

Sicine componis populos, Fortuna, furentis,
  Vt uinci leuius, uincere sit grauius?
Occisum credens gaudebat Maeuius hostem:
  Infelix fratris uulnere laetus erat.
Nec licuit non nosse † nefas; dum membra cruenti
  Nudat, in exuuias incidit ipse suas.
Et scelus et fratrem pariter cognouit et amens
  'Hoc age', ait, 'maius nunc tibi restat opus.
Vincere uictorem debes, defendere fratrem.
  Cessas? ad facinus quam modo fortis eras!
Terram, iura, deos, bellum iam polluis ipsum:
  Quod ciuile fuit, sic quoque culpa grauis.
His manibus patriae tu iam pia signa requiris
  Miles, in Antoni dignior ire rates?
Eripuit uirtus pietatem, reddere uirtus
  Debet: qua rapuit, hac reparanda uia est.
Quid moror absolui?' Dixit, gladioque cruento
  Incubuit, iungens fratris ad ora suum.
Sic, Fortuna, regas semper ciuilia bella,
  Vt uictor uicto non superesse uelit!

33 me *V* iaculatus *V* maculato *Scal.* sorte *L. Muell.* 34. memoreris *V* 36 uictam *V* conficit *Burm.* 463. *inscr. om. V* 1 Scine *V* fuẹrentis *V* 5 scelus *uel* nefas *Heins.* se nex *V.* *puto* necem. cruenta *Scal.* 8 aut *V* 10 at, facinus! *L. Muell.* 11 polluit *V*, *corr. Müller* 12 qđ *V* sit *Scal.* 13 iam] tā *V.* *fortasse* requires. 14 antonii *V* ratos *V* 15 pietatē ~~pietatē~~ *V* (*corr. m. sec.*) 16 hec *V* 18 suo *V* sua *Scal.* 20 ñ *V* ne *Heins.*

464—479. *Petronio tribuit Scaliger in Catalectis, nisi quod* 471 474 477 478 *in notis manu scriptis tantum; cf. ad* 466 *et* 476. — Item *omnibus inscr. V*

464

Item B. III 122. M. 148 Petron. ed. Buech. fg. 35

Inueniat, quod quisque uelit. non omnibus unum est,
Quod placet. hic spinas colligit, ille rosas.

465

Item B. M. — Buech. 38

Iam nunc ardentes autumnus abegerat umbras
Atque hiemem tepidis spectabat Phoebus habenis,
Iam platanus iactare comas, iam coeperat uuas
Adnumerare suas defecto palmite uitis.
Ante oculos stabat, quidquid promiserat annus.

466

[PETRONII]

Item B. III 119. M. 145 Buech. 27

Primus in orbe deos fecit timor, ardua caelo
Fulmina cum caderent discussaque moenia flammis
Atque ictus flagraret Athos; mox Phoebus ad ortus
Lustrata deuectus humo, Lunaeque resectus
Et reparatus honos. hinc signa effusa per orbem.
Et permutatis disiunctus mensibus annus
Proiecit uitium. tunc error iussit inanis
Agricolas primos Cereri dare messis honores,
Palmitibus plenis Bacchum uincire, Palemque *fol. 99 r.*

464. Item *sic V* 1 inueniet *V* uelet, *corr. m. sec., V* 2 collegit, *corr. m. sec., V* 465. 1 tunc *puto* argentes *V* regerat *V*, *correxi. num* auras? 2 expectabat *V* auenis *V* 3 platenus *V*, *corr. m. sec.* ceperat *V* 4 desecto *Scal.* 466. Petronii *add. Scal.*: *cf. adnot. ante* 464 *et ad u.* 1. 1 *Statius Theb. III* 661 'Primus . . timor'. *Eadem uerba Fulgentius Myth. I 1 p. 31 eumque secutus Lactantius schol. Statii l. c.* Petronio *tribuunt: cuius scilicet hemistichium notum Statius usurpauit. Aliter Buechelerus.* 2 Maenala *Peerlkampus* flãmas *V*, *corr. m. sec.* 4 ad undas *Iacobsius* deiectus *V*, *corr. Heins.* senectus *V*, *correxi.* 5 reparatos *V* 6 disiunctis *V* distinctus *puto* 7 uitium hoc *edd.* proiectum uitium hinc *Scal.* tunc *scripsi* atque *V* 9 bachum uincere *V* palenque *V*

Pastorum gaudere manu. natat obrutus omni
Neptunus demersus aqua, Pallasque tabernas
Vindicat. et uoti reus et qui uendidit orbem,
Iam sibi quis[que] deos auido certamine fingit.

467

B. III 120. M. 146. Buech. 33]

Item

Nolo ego semper idem capiti suffundere costum
  Nec noto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere ualle
  Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
  Quod permutatis hora recurrit equis.

468

B. III 121. M. 147. Buech. 34

[Item]

'Vxor legitimus debet quasi census amari'.
  Nec censum uellem semper amare meum.

469

B. III 124. M. 150. Buech. 37

Item

Linque tuas sedes alienaque litora quaere,
[O] iuuenis: maior rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis: te nouerit ultimus Hister,
Te Boreas gelidus securaque regna Canopi,
Quique renascentem Phoebum cernuntque cadentem.
Maior in externas Ithacus descendat harenas.

10 nutat obruptus omis *V*; *fortasse* amni. 11 pallidasq. tabnas *V* 12 orbum *Barth.* urbem *Pith.* 13 quisque *Scal.* quis *V* 467. 2 toto *V*, *corr. Palmerius* sollicitare *Iacobs.* 4 ciuis *V* 5 austu, *corr. m. sec.*, *V* 6 pmultatis ora *V* pernoctatis *Barthius* àequis *V* 468. Item *om. V* 1 legis inus *V* 469. Ĩt *V* 2 O *add. Scal.* 3 hist̃ *V* 4 securaquae *V* capi (no) *V m. pr.* iacentẽ *V*, *corr. Dousa* 6 itacui *V*, *corr. Palmerius* ita qui *Francius.*

470

Item B. III 123. M. 149. Buech. 36

Nam nihil est, quod non mortalibus afferat usum.
Rebus in aduersis, quae iacuere, iuuant.
Sic rate demersa fuluum deponderat aurum:
Remorum leuitas naufraga membra uehit.
Cum sonuere tubae, iugulo stat diuite ferrum;
Barbara contemptu praelia pannus habet.

471

Item B. III 61. M. 142. Buech. 50

Paruula securo tegitur mihi culmine sedes
Vuaque plena mero fecunda pendet ab ulmo.
Dant rami cerasos, dant mala rubentia siluae
Palladiumque nemus pingui se uertice frangit.
Iam qua diductos potat leuis area fontes,
Corycium mihi surgit olus maluaeque supinae
Et non sollicitos missura papauera somnos.
Praeterea siue alitibus contexere fraudem
Seu magis inbelles libuit circumdare ceruos
Aut tereti lino pauidum subducere piscem,
Hos tantum nouere dolos mea sordida rura.
I nunc et uitae fugientis tempora uende
Diuitibus cenis! me si manet exitus, idem
Hic precor inueniat consumptaque tempora poscat.

472

Item B. III 133. M. 181. Buech. 32

Non satis est, quod nos mergis, furiosa iuuentus,
Transuersosque rapit fama sepulta probris?

470. It̃ *V* 2 nocuere *Tollius* 3 deprensa *Iacobs* uulfum *V* aurẽ *V* 6 contempnit *V* contemtu *Dousa*. Raraque contemptus *Reiskius* habet *V* hebes *Scal.* 471. 2 facunda *V* u. 3. 2 *Buech.* 4 pinguis euertice *V* 5 portat *V* 6 coricium *V* spinę *V*, *corr. m. sec.* 8 Siue alitib; fraudem c̃texere p̃terea *V*, *transposuit Oudend.* si uero *et* opertam *Scal.* 9 Heu *V* 12 ñc *V* fugiendis *V* uendae *V* 13 mę *V* 14 praecor *V* inueniar *et* poscar *Pith.* 472. Item *add. m. sec. V* 1 mergit *Buech.* 2 Roma *Iacobsius*

An[ne] etiam famuli cognata faece † sepulti
  †In testa mersas luxuriantur opes?
Vilis seruus habet regni bona, cellaque capti
  Deridet Vestam Romuleamqae casam.
Idcirco uirtus medio iacet obruta caeno,
  Nequitiae classes candida uela ferunt.

473

B. — M. — Buech. 39

Item

Sic et membra solent auras includere uentris,
Quae penitus mersae cum rursus abire laborant.
Verberibus rimantur iter; nec desinit ante
Frigidus, adstrictis qui regnat in ossibus, horror,
Quam tepidus laxo manauit corpore sudor.

474

B. III 62. M. 143. Buech. 51

Item

O litus uita mihi dulcius! o mare felix,
  Cui licet ad terras ire subinde meas!
O formosa dies! hoc quondam rure solebam
  †Iliadas armatas sollicitare manus.
Hic fontis lacus est, illic sinus egerit algas,
  Haec statio est tacitis fida Cupidinibus.
Peruici: neque enim fortuna malignior umquam
  Eripiet nobis, quod prior hora dedit.

3 An *V* ne *add. Scal.* cognataq; fece *V* suborti *uel tale quid legendum* 4 merassas luxantur *V* mersae *Clauerius* 'luxuriantur opes' *Cornelius Seuerus ap. Diomed. p.* 378 *K.* 6 festã *V, corr. Barth.* 7 coeno *V* 473. It *V* 1 ut auras *m. sec. in rasura V* uentis *V, correxi* 2 russus *an* rursus *incertum V u.* 4. 3 *V, transpos. Pith.* 3 net *V* definit *V* 4 Et frigidus strictis *V, corr. Reiskius* 474. *Hoc in V bis extare dicit Buech.* 1 dulcior *V* 3 quies *Heins.* hac *V* 4 Phyllidos *Scal.* Iliadas *V* Iliadum *Pith.* hamatas *Heins.* Iliada armata s. manu *Christius* 5 locus *an* lacus *V* Hic fons, hic *Heins.* 6 hĩ *V* uicta *V, corr. Pith.* (*an* apta?) dicta *Heins.* 7 peruixi *V, corr. Pith.* 8 nob̄ *V* prior adedit *V, corr. Scal.* 7—8 *alii carmini tribuit Buech., fort. recte*

475

Item B. — M. — Buech. 40

Haec ait et tremulo deduxit uertice canos
Consecuitque genas; oculis nec defuit imber,
Sed qualis rapitur per uallis improbus amnis, *fol. 99 u.*
Cum gelidae periere niues et languidus Auster
Non patitur glaciem resoluta uiuere terra,
Gurgite sic pleno facies manauit et alto
Insonuit gemitu turbato murmure pectus.

476

[PETRONII]

B. III 125. M. 178 Buech. 28

Item

Nam citius flammas mortales ore tenebunt
Quam secreta tegant. quidquid dimittis in aula,
Effluit et subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est, uulgasse fidem. cumulatius exit
Proditionis opus famamque onerare laborat.
Sic commissa ferens auidus reserare minister
Fodit humum regisque latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonos calamique loquentes
Inuenere Midam, qualem narrauerat index.

477

Item B. ad III 62. M. ad 143. Buech. 51

Illic alternis depugnat pontus et aer,
  Hic riuo tenui peruia ridet humus.

475. 1 Haec & ait & *V* 2 geń, *corr. m. sec.*, *V* debuit *V*, *corr. Scal.* 3 annis *V* 4 haust̃ *V* 6 faciem *V* 7 insenuit *V*, *corr. Scal.* turbatum *Scal.* p& *V* 476. Petronii *add. Scal. cf. adnot. ante* 464 *et ad u.* 6. 1 ora tenebt̃ *V* 2 quicquid *V* in aurem *Francius. num* in auras? 3 rubitis *V* 4 simulatius *Scal.* 5 *incertum an* onorare *V* *u.* 6—9 *Fulgentius myth. III 9 p. 126* 'Petronius Arbiter ait: sic . . . index'. 6 uerens *Fulg.* seruare minist̃ *V*, *corr. Burm. ex Fulg.* 8 C̃cepit *V*, *Fulg.* excepit *Scal.* 9 inuenerem idẽ *V* incinuere *Salmasius* conceperat *Fulg.* 477. Id̃ *V*. *Iam Scaliger carmini* 474 *adiunxit* 2 redet *V*, *corr. m. sec.* ridet, *deinde* redit.

Illic diuisas conplorat nauita puppis,
Hic pastor miti perluit amne pecus.
Illic inmanes mors obuia soluit hiatus,
Hic gaudet curua falce recisa Ceres.
Illic inter aquas urit sitis arida fauces,
[Hic] . . . .
[Illic] . . . .
Hic dat periuro basia multa uiro.
Nauiget et fluctus lasset mendicus Vlixes:
In terris uiuit candida Penelope!

478

B. III 63. M. 144. Buech. 52

Item

Qui non uult properare mori nec cogere fata
Mollia praecipiti rumpere fila manu,
Hactenus iratum mare nouerit. ecce refuso
Gurgite securos subluit unda pedes,
Ecce inter uirides iactatur mytilus algas
Et rauco trahitur lubrica concha sono.
Ecce recurrentes qua uersat fluctus harenas,
Discolor attrita calculus exit humo.
Haec quisquis calcare potest, in litore tuto
Ludat et hoc solum iudicet esse mare.

479

B. III 224. M. 182. Buech. 31

Item

Non est forma satis, nec, quae uult bella uideri,
Debet uulgari more placere sibi.

3 illi *V* diffissas *Handius* 4 mitis *V* omne *V* 5 oblita *V*, *corr. Heins.* horrida *Oudend.* abdita *Wernsd.* *num* uoluit? iatus *V* saeuit hiatu *Oudend.* 6 *num* candet *uel* ridet? recissa *V* *u.* 8. 9 *excidisse puto.* 10 da *V* securo *Burm.* perluto *Iacobs* percaro *Wernsd.* bassa *V* amica *Burm.* 12 uiuet *V*, *corr. Heins.* 478. 1 maluit (moluit *m. pr.*) pro parc *V*, *corr. Tollius* pro parte *Scal.* facta *V* 4 adluit *Heins.* obluit *V* subluit *scripsi* 5 mytilus agas *V* 6 conca *V* sono *Klotzius* sinu *V* 7 arenas *V* 9 toto *V* 10 luda *V*. *post u.* 10 *L. Muellerus fortasse recte c.* 477 *adnectit ann. philol.* 1867 *p.* 511. 479. 2 placare *V*

Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
  Vincunt, naturae candidioris opus.
Condit enim formam, quidquid consumitur artis;
  Et nisi uelle subest, gratia nuda perit.

* * *

480

fol. 116 r.

De pedibus

B. — M. —

Pes est spondius, longa qui constat utraque.
Hunc contra pariambus erit gemina breue iunctus,
Longa breuique pedem faciet praelata trocheum.
At praelata breuis longae concludet iambum.
Dactylus ex longa ueniet breuibusque duabus.
Idem anapaestus erit, breuibus si coeperit ante.
Cum breuis una duas distinguit syllaba longas,
Creticus est. . . . .

3 dicti *V* 5 quicquid c̃sũmit' *V* 6 nisi cultus adest *L. Muellerus* nuda] tota *Scal.*

Deinde sequuntur in V: excerpta ex Martiale IV—XIV (inter quae fol. 100 *r. c.* 26 *anthol.), anthol. c.* 265. 266. 268. 303. 318. 263; *excerpta ex Martial. a lib. spectaculorum ad lib. IV; c.* 397—408 *Mey.; anthologiae carmina* 33 *in A extantia; carmina XII sapientum (praeter c.* 397—408 *Mey.), quae e codice principali C edam; deinde* 480. *cf. p.* XXXIX. 480. De pedibus Lib. IIII· *V* 1 pondius *V* constrat *V* 2 brede, *corr. m. sec., V* iunctis *V* 3 breuisq; *V* p̓lata *V* 4 iamboni *V* 5 dactylos *V* *post u.* 8 ΛROSITREOM· ELIΛE | FL *V*, *deinde* Incipit prologus Alchimi epi ad Apollinarem epm *V*. *Sequitur Alcimus Auitus.*

AENIGMATA
CODICIS BERNENSIS 611

481
De lucerna

. . . .
. . . .
. . . . dere possunt,
Patulo sed flammas ore produco coruscas.
Nullus me contingit imber nec flamina uenti.
Sum amica lucis, domi † delector in umbras.

De sale

Me pater ignitus, ut nascar, creat urendo
Et pia defectu me mater donat ubique.
Is qui dura soluit, hic me constringere cogit.
Nullus me solutum, ligatum cuncti requirunt.
Opem fero uiuis opemque reddo defunctis.
Patria me sine mundi nec ulla ualebit.

De mensa

Pulchra mater ego natos dum collego multos,
Cunctis trado libens, quicquid in pectore gesto.
Nullae sicut mihi pro bonis mala redduntur.

B = *codex, saec. VIII. fol.* 73 *r.* — 80 *u.* De lucerna *hic om. B; sed index codicis, saec. VIII scriptus, fol.* 93 *r. exhibet*: XVIII de olla. de lucerna. de sale. de mensa. de calice. de litteris .. *sqq. Ineditum est.* 1 dire *B* nullum me continget *B* 4 Dum *B* delegor *Hagenus* et umbris? *an* deleo umbras? 6 me *B* mi *Par.* (*Paris.* 8071) gignit *Hag.* 7 His *Par.* duram *Par.* constringire *B* coget *Par.* 8 solutam legatam *B* legatum *Par.* 10 fine *Par.* 12 cuctis *B* quicquid libens *BPar.*, *corr. Hag.* *u.* 15. 13. 14 *sic Hag.* 13 oscola *B.*

13 Oscula nam mihi prius qui cara dederunt,
Vestibus exutam turpiter me modo relinquunt.
Quos lactaui, nudam pede per angulos uersant.

De calice

Nullius ut meam lux solam penetrat umbram
Et natura uili miros postpono lapillos.
Ignem fero nascens: natus ab igne fatigor.
20 Nulla me putrido tangit nec funera turbant:
Pristina defunctus sospes in forma resurgo.
Et amica libens oscula porrigo cunctis.

De ouo

Nati mater ego: natus ab utero mecum.
Prius illo non sum, semper qui mihi coaeuus.
25 Virgo nisi manens numquam concipere possum.
Sed intacta meam infra concipio prolem.
Post si mihi uenter disruptus ictu patiscit,
Moriens uiuentem sic possum fundere fetum.

De mola

Senior ab aeuo, Eua sum senior ego.
30 Et senectam grauem nemo currendo reuincit.
32 Milia prosterno, manu dum uerbero nullum.
31 Vitam dabo cunctis, uitam si tulero multis.
Satura nam uictum, ignem ieiuna produco
Et uno uagantes possum conprehendere loco.

De grano

35 Mortem ego pater libens adsumo pro natis
Et tormenta simul, cara ne pignora tristem.
Mortuum me cuncti gaudent habere parentes
Et sepultum nullus paruo uel funere plangit.

14 Turp. ues. ex. *Hag.* 17 nullus *B* Nulli sicut *Hag.* sola *Par.* 18 et naturali uili miri *Par.* miror *B* 19 faticor *Par.* 21 pristinam defunctis *Par.* p^{r}istina *B* suspis *B* sospes *Par.* 22 oscola *B* porrego *BPar.* 23 *sq.* Nati — ego, semper — coaeuus. Prius — sum: natus — mecum *Hag. fort. recte.* 25 concipire *B* 26 intra *Hag.* 27 patiscit *B* 28 fundire *B* 30 ^{re}uincit *B* u. 32. 31 *Hagenus* 34 uacantes *B*, *corr. Hag.* conpraehendire locum *B* 36 tristent *B*, *em. Hag.*

Vili subterrena pusillus tumulor urna,
Sed maiore possum post mortem surgere forma.

De uite

Vno fixa loco longinquis porrigo uictum.
Caput mihi ferrum secat et brachia truncat.
Lacrimis infecta plura per uincula nector,
Simili damnandos nece dum genero natos.
Sed defuncti solent ulcisci liberi matrem,
Sanguine dum fuso lapsis uestigia uersant.

De naue

Mortua maiorem quam uiuens porto laborem.
Dum iaceo, multos seruo; si stetero, paucos.
Viscera si mihi foris detracta patescant,
Vitam fero cunctis uictumque confero multis.
†Bestia defuncta quae nulla . . . memordit,
Et onusta currens uiam nec planta depingo.

De oliua

Nullam ante tempus lustri genero prolem
Annisque peractis superbos genero natos,
Quos domare quisquis ualet industria paruus,
Cum eos marinus iunctus percusserit imber,
Asperi nam lenes sic creant filii nepotes,
Tenebris ut lucem reddant, dolori salutem.

De palma

Pulchra semper comis locis consisto desertis.
Ceteris dum mihi cum lignis nulla figura,
Dulcia petenti de corde poma produco
Nulloque de ramis cultore confero fructum.
Nemo qui me serit de meis fructibus edit.

. . . .

39 tumolor *B* 40 surgire *B* 41 porrego *B* 43 uincla *B* 44 simeli damnanda *B*, *corr. Hag.* 47 uiuens quam *B* 49 patiscant *B* 51 bestea *B* defunctam quam (*potius* me) n. dente m. *Hag.* 55 donare B paruos *B*. *em. Hag.* 56 iunctis *B* cunctos *Hag.* 57 asperrimam *B*, *corr. Hag.* filio *B*, o *in ras.* 58 doloris
celeris
B. *lacunam post* 59 *Hag.* 60 dum *B*, *corr. Hag.* 62 nullumque *B*

De cribro

Patulo sum semper ore nec labia iungo.
Incitor ad cursum frequenti uerbere tactus.
Escae mihi ullae manu si forte ponantur,
Has amitto currens minuto uulnere ruptas.
Maiora cuncti mihi nam uilia seruant
Vacuumque bonis inane cuncti relinquunt.

De scopa

Florigeras gero comas, dum maneo siluis,
Et honesto uiuo modo, dum habito campis.
74 Sed acta uili solo depono capillos.
73 Turpius me nulla domi uernacula seruit.
Cuncti per horrendam me terram puluere iactant.
Sed amoena domus sine me nulla uidetur.

De pice

Dissimilem sibi me mater concipit infra,
Et nullo uirili creata de semine fundor.
Dum nascor sponte, gladio diuellor a uentre.
Caesa uiuit mater: ego nam flammis aduror.
Nullum clara manens possum concedere quaestum;
Plurimum fero lucrum, nigro si corpore mutor.

De melle

Lucida de domo lapsus diffundor ubique;
Et quali dimissus modo, non inuenit ullus.
Bisque natus . . . inde utero cretus
Qualis in conceptù, talis in partu renascor.
Milia me quaerunt, ales sed inuenit una
Cereamque mihi domum depingit ab ore.

De apibus

Masculus qui non sum, sed neque femina, coniux

67 Extat, 68 ruptus, 70 inanem *B*: *corr. Hag.* 67 nulla, 68 Quas, 69 Meliora cunctis *et* seruans *B*, *correxi.* De scupa *B* 74 uile *B* 73 turpius me *B* *u.* 74. 73 *posui.* 75 horrenda *et* terra *B*, *corr. Hag.* puluire *B* 77 concepit *B* intra *Hag.* 78 uirile *B* 79 a matre *Hag.* 81 null *B* concedire *B* 82 lugrum *B* 84 Set *Hag.* 85 B. ego natus bino de ut. c. *id.* 86 concepto *B* parto *B* 87 alis *B*, *em. Hag.* 88 cireamque *B* 89 mascolus q: *B*

Filios ignoto patre parturio multos.
Vberibus prolem nullis enutrio tantam,
Quos ab ore cretos nulla de Venere sumsi.
Nomen quibus unum natisque conpar imago,
Meos inter cibos dulci conplector amore.

De oue

Exigua mihi uirtus, sed magna facultas.
Opes ego nulli quaero, sed confero cunctis,
Paupera quae multum ipsos nam munero reges.
Modicos operans cibos egena requiro
Et ieiuna saepe cogor exsoluere censum.
Nullus sine meo mortalis corpore constat.

De igne

Durus mihi pater, dura me generat mater: 101
Verbere nam multo huius de uiscere fundor.
Modica prolatus feror a uentre figura,
Sed adulto mihi datur inmensa potestas.
Durum ego patrem duramque mollio matrem,
Et quae uitam cunctis, haec mihi funera praestat.

De membrana

Manibus me perquam reges et uisu mirantur. 111
Lucrum uiua manens toti nam confero mundo 107
Et defuncta mirum praesto de corpore quaestum,
Vestibus exuta multoque uinculo tensa.
Gladio sic mihi desecta uiscera pendent,
Miliaque porto nullo sub pondere multa.

De litteris

Nascimur albentibus locis sed nigrae sorores.
Tres unito simul nos creant ictu parentes.
Multimoda nobis facies et nomina multa,
Meritumque dispar, uox et diuersa sonandi.

91 tant× *B* 92 nullo//// de uentre *B*, *em. Hag.* 94 ci/// bos dulce *B* *u.* 100. 97—99 *ego* pauper ego *Hag.* quem *B* 97 aegena *B* 98 exsoluire *B* 102 uerbera *B* uiscire *B* 111 *ante* 107 *posui.* postquam *B*, *em. Hag.* uiso *B* 107 lugrum uitam *B* 110 si *Hag.* 114 icto *B*

Numquam sine nostra nos domo detinet ullus
Nec una responsum dat sine pari roganti.

De sinapi

Me si uisu quaeras, multo sum paruolo †paruus,
Sed nemo maiorum mentis astutia uincit.
Cum feror . . . parentis umero uectus,
Simplicem ignari me putant esse natura.
Verbere correptus saepe si giro fatigor,
Protinus occultum produco cordis saporem.

De papiro

Amnibus delector, molli sub cespite cretus,
Et producta leui natus columna uirdesco.
Vestibus sub meis nequeo cernere solem,
Aliena tectus possum producere lumen.
Filios profundo, dum fio lucis amicus.
Sic qui uitam dedit †mater et lumina tollit.

De speculo

Vterum si mihi praelucens texerit umbra,
Proprios uolenti deuota porrigo uultus.
Talis ego mater uiuos non genero natos,
Sed petenti uanas diffundo uisu figuras.
Exiguos licet mentita profero fetus,
Sed de uero suas uidenti dirigo formas.

De piscibus

Nullo firma loco manens consistere possum
Et uagando uiuens nullo conspicere quemquam.
Vita mihi mors est, mortem pro uita requiro
Et uolanti domo semper amica delector.
Numquam ego lecto uolo iacere tepenti,
Sed uitalem mihi torum sub frigore condo.

117 nisi (ne *superscr.*) *B* detenet *B* 119 *num* minor? 120 astucia *B* 125 cispite *B* 126 leue *B* uirdisco *B* 127 cernire *B* 128 alieno *B* producire *B* 129 profundi *B*, *em. Hag.* 130 pater ipse *id.* fior *B*, *fort. recte* 132 uolente *B*, *corr. Hag.* *num* uidenti? porrego *B* 135 faetos *B* 137 consistire *B* 138 conspicire *B* 139 est et *B* 142 uictale, c *deleta*, *B. corr. Hag.* sub figura *B*, *corr. Hag.*

De spungia

Dissimilem sibi dat mihi mater figuram.
Caro nulla mihi, sed uiscera uacua latebris.
Sumere nihil possum, si non absorbuero matrem.
Et quae me concepit . . postquam manu capta
Leuis grauissimum . . manu . . demissa
Et quae sumsi libens, mox cogor reddere sumtum.

De rosa

Pulchra in angusto me mater concipit aluo
Et hirsuta barbis quinque conplectitur ulnis.
Quae licet parentum paruo sim genere sumta,
Honor quoque mihi concessus fertur ubique.
Cum nascor, matri . . rependo decorem
Et parturienti nullum infligo dolorem.

De lilio

Nos pater occultus‸conmendat patulae matri
†Et mater honesta coniux porrigit hasta.
Viuere nec umquam ualemus tempore longo,
Set leuiter tactos incuruat aegra senectus. 159
Reddimus candentes flauentia . . . labris, 158
Oscula si nobis causa figantur amoris.

De croco

Paruulus aestiuas latens abscondor in umbras
Et sepulto mihi membra sub tellure uiuunt.
Frigidas autumni libens adsuesco brumas
Et brumae propinqua miros sic profero flores.
Pulchra mihi domus manet, sed pulchrior infra
Modica in forma clausus aromata uinco.

144 uaga *Hag.* uasta *ego* 145 sumire *B ante* si *rasura B* 148 reddire *B* 149 concepit *B* 150 $\overset{\text{quin}}{\text{que}}$ *B* 151 parent× paruus in *B*, *em. Hag.* 152 fertor *B* 153 pulchrum repando *Hag.* 154 nullo *B* 156 porregit *B* matri honestam . . hastam *puto* 157 uiuire *B* 159. 158 *transpos. Hag.* 159 Set *id.* Et *B* tactus *B* 158 candantes *B* oscula *suppl. Hag.* 160 oscola *B* 161 paruolus *B* 162 tellore *B* 164 sic] cito? 165 intra *Hag.* 166 modicos *B* clausos *B*

. . . . . .

. . . .
. . . .
. . . .
. . . . reddo sororem.
Quotquot illa suo gignit ex utero partus,
Cunctos uno reddo tectos de peplo nepotes.

De igne

170 Prohibeor solus noctis uidere tenebras
Et absconse ducor longa per auia fugiens.
Nulla mihi uelox auis inuenta uolatu,
Cum uidear nullas gestare corpore pinnas.
Vix auferre praedam me coram latro ualebit.
177 Corpore defecto uelox conprehendo senectam.

De rota

176 Assiduo multas uias itinere currens
178 Versa uice rursum conpellor ire deorsum
Et ab ima redux trahor conscendere sursum.
180 Sed cum mei † paruum cursus conpleuero tempus,
175 Publica per diem dum semper conpita curro,
181 Infantia † pars simul et curua senectus.

De luna

Quo mouear gressu, nullus cognoscere temptat,
Cernere nec uultus per diem signa ualebit.
Quotidie currens uias perambulo multas
185 Et bis iterato cunctas recurro per annum.
Imber nix pruina glacies nec fulgura nocent.
Timeo nec uentum forti testudine tecta.

De anno *Hag.* 168 suos *B* suo *Hag.* gingit *B* partos *B* 171 fugans? 173 corpori *B* 175 *sqq. uersus transposui.* 177 defecta *B* -am *Hag.* -o *ego* uelux conpraehendo *B* 176 itenere *B* 179 conscendire *B* 180 conpleuero tempus *supra lineam B* 175 conpeta *B* 181 pars] perit *Hag.* 182 mou^{e}ar *B* gressum *B*, *em. Hag.* cognuscire*B* 183 cernire *B* 184 cottidie *B* 186 fulgora *B* 187 forte *B*

De caelo

Promiscuo per diem uultu dum reddor amictus,
Pulcher saepe, sed turpis qui saepe habetur,
Innumeras ego res cunctis fero mirandas,
Pondere sub magno rerum nec grauor onustus.
Nullus mihi dorsum, faciem sed cuncti mirantur,
Et meo cum bonis malos recipio tecto.

De stellis

Milia conclusae domo sub una sorores:
Minima non crescit, maior nec aeuo senescit.
Et cum nulla parem conetur alloqui uerbis,
Suos moderato seruant in ordine cursus.
Pulchrior torpentem uultu non despicit ulla.
Odiuntque lucem; noctis secreta mirantur.

De umbra

Vmidis delector semper consistere locis
Et sine radice inmensos porrigo ramos.
Mecum iter agens nulla sub arte tenebit,
Comitem sed uiae ego conprehendere possum.
Certum me uidenti demonstro corpus, et longe
Positus et iuxta; totum me numquam uidebit.

188 uulto *B* 189 pulcher *Hag.* pulchrum *B*, *fort. recte* qui saepe *ego* qui semper *B* qui saepius *Hag.* 193 meo *ego* me *B* tectu *B* stillis *B* 195 seniscit *B* 198 dispicit *B* 199 nocte *B*, *corr. Hag.* 200 umedis *B* nubilis *puto* consistire *B* 201 radices *B* porrego *B*. 202 me dum *Hag.* 203 conpraehendire *B* 204 meum uolenti *Hag.* ^{ui}denti *B* et *ego* a *B* sed *Hag.* 205 totam *B*

INDICES

I. Index

quo prioris fasciculi numeri Meyeriani meique inter se comparantur

Mey.	*Ries.*	177	451	280	26
77 =	414	178	476	281	3
87	256	181	472	282	10
88	257	182	479	290	376
91	290	183	217	291	210
95	263	184	118	292	211
96	258	185	184	293	212
97	261	186	239. 442	294	213
99	260	187	417	295	254
128	409	188	461	296	37
129	236	200	276	297	80
130	237	210	392	298	90
131	232	213—220	245—252	299—381	287—374 (exc. 296. 346—349)
134	396	221	87		
135	405	231	273		
136	445	235	17	382	18
137	410	236	81	383	203
138	412	242	265	384	377
139	441	243	145	385	390
142	471	244	266	529	158
143	474. 477	245	268	530	
144	478	246	219	536	271
145	466	248	267	537	270
146	467	250	444	538	272
147	468	251	234	539	274
148	464	252	235	541	28
149	470	253	393	545	277
150	469	259	29	546	278
176	349	260	132	547	78

548	279
549	223
550	226
551	228
552	227
554	233
555	380—382
559	253
562	139
564	72
565	141
566	59
567	142
568	143
569	144
571	348
575	14
577	79
581	12
584	32
586	221
587	347
588	240
596	55
599	62
605 606	in 4
611	34
612	56
613	61
614	68
615	100
616	88
621	33
626	151
627	152
630	153
631	154
632	201
633	43
634	57
635	161
636	63
637	76
639	177
641	189
643	66
644	99
646	51
647	46
648	41
649	49
650	77
651	40
652	163—166
653	97
654	174
656	47
657	102
658	52
659	74
660	89
661	44
662	54
663	45
665	173
666	39
667	146
668	147
669	9
671	73
672	69
673	48
674	75
675	167
676	168
677	50
680	60
681	172
682	53
683	105
684	65
685	67
686	71
687	27
688	64
689	13
691	58
692	388
695	198
703	437
706	220
712	155
731	438
732	400
733	401
734 735	402
736	403
737	404
738	454
739	455
740	456
741	406
742	413
744	397
745	398
746	399
748	432
762	419
763	420—421
764	422
765	423
766	424
767 768	425
769	426
820	462
821	463
835	222
836	2
843	428
851	418
854	96
860	ad 1
862	1
863,1—4	ad 2
869	242
871 872 873	160
874	391
876	447
877	411
891	197
892	214
893	36
894	110
895	124
896	126
897	119

899	120	960	103	1090	230
900	121	961	148	1091	231
901	122	962	149	1092	285
902	123	963	159	1093	181
903	178	964	448	1094	375
904	179	965	429	1095	98
905	175	966	431	1096	180
906	433	967	434	1097	35
907		968	435	1098	104
908	407	969	450	1099	186
909		970	453	1100	187
910	408	971	458	1101	188
911	443	972	459	1102	383
913	440	973	460	1103	107
914	192	974	452	1105	243
915	193	976	446	1106	282
916	346	979	218	1107	384
917	82	980	133	1108	385
918	150	981	134	1111	284
924	281	982	135	1112	215
925	224	994	436	1113	283
928	202	995	439	1114	169
929	38	996	430	1115	170
931	194	1005	22	1116	171
932	415	1012	157	1117	185
933	449	1013	23	1118	94
935	31	1014	24	1119	95
940	216	1015	25	1124	190
941	416	1020	84	1125	191
942	183	1021	85	1127	137
943	182	1022	86	1128	138
944	296	1024	389	1129	206
946	131	1025		1130	208
947	127	1026	238	1131	207
948	128	1035	116	1132	209
949	129	1037	394	1133	204
950	130	1038—49	395	1134	205
951	156	1050	117	1144	457
952	108	1070	136	1607	11
953	109	1075	30	1608	7
954	111	1080	196	1609	15
955	113	1081	195	1610	83
956	112	1086	106	1611	255
957	114	1087	176	1612	244
958	101	1088	225	1613	8
959	115	1089	229		

II

Apud Meyerum non extant haec carmina:

4	70	264	387
5	91—93	269	427
6	162	275	465
16	199	280	473
19	200	286	475
20	241	378—379	480
21	262	386	481

III

Recensus poetarum

Alcimus 233
Asterius 3
Auitus 29
Ausonius cf. 394. 395
Bonosus 280
Calbulus 378
Cato 387
'Caesar' 233 (cf. Alcimus)
Coronatus 223. 226. 228
Donatus 227
Etemundes 78
Eucheria 390
Felix 210—214
Flauius Felix 254
Florentinus 376
Florus 87 (84—86? 88—89?) 245—252
Hadrianus 392? 393?
Hosidius Geta 17
Lindinus 28
Luxorius 18. 203. 287—375
Martialis 26. 275. 276
Mauortius 10. 16
Modestinus 273. cf. praef. p. X
Octauianus 20
Ouidius †1. †2. 262. 269
Pentadius 234. 235. 265—268
Petronius 218. 466. 476. cf. ad 464—479
Petrus Referendarius 380
Ponnanus 274
Porfirius 81
Sex. Propertius 264
Regianus 270—272
Reposianus 253
Seneca 232. 236. 237. cf. praef. p. XL
Symphosius 286
Traianus 392
Tuccianus 277—278
Varro Atacinus 414
Vergilius 160. 161? 256—263 (262 cf. Ouidius)
Vespa 199
Vincentius 279.

ANTHOLOGIA LATINA

SIVE

POESIS LATINAE SVPPLEMENTVM

PARS PRIOR:

CARMINA IN CODICIBVS SCRIPTA

RECENSVIT

ALEXANDER RIESE

FASCICVLVS II:

RELIQVORVM LIBRORVM CARMINA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Ex ingenti librorum manu scriptorum numero hic fasciculus consarcinatus est. Quorum multos ipse contuli, Parisinos dico plerosque et Valentianos et Bambergensem 787 et Turicensem 78 et, quos eximia bibliothecae praefectorum comitas Francofurtum transmittendos curauit, Leidenses Vossianos q. 33 et q. 69. Reliquos uirorum doctorum beneuolentiae et humanitati debeo, qui auxilium suum large mihi praestiterunt. Holderus enim nunc quoque suam mihi operam non deesse voluit misitque et ex Leidensibus quaedam et Valentianos 396 et 389 et multa Caroliruhae nunc seruata a Scotis monachis scripta. Idem quae Noltius ex codicibus Bruxellensibus 1828 — 1830 et 5657 enotauerat meo usui concessit. Hagenus quoque ex codicibus Bernensibus multa mihi contulit, cf. c. 483, 672, al. Porro Martinus Hertz codicem Rehdigeranum S. I. 6. 17 et Guilelmus Hartel Vindobonensem 2521 a me rogati inspexere Conradusque Bursian quae ex Parisinis 7533 et 8093 enotauerat mecum communicauit. J. Adert Geneuensis quas Duebneri amici collationes possidet perhumaniter ultro mihi obtulit; e quibus paucis quibusdam uti potui, quae suis locis inuenies. Gasto Boissier denique c. 718 cum codice Parisino 13026 contulit et paucula quaedam praecipue ad c. 393 spectantia Lucianus Mueller misit.

Quibus uiris omnibus gratias maximas laetissime testatas esse uolo.

Sed et codicem Isidori Bellouacensem statim hic memorandum puto, qui est fons carminum 690—715 hodie deperditus. cf. praef. fasc. I. p. XXXIII sq. Ex epistola sacerdotis cuiusdam Bellouacensis, quae codici Parisino 11677 saeculi XVIII initio scripto, uarias Isidori codicum et quidem fol. 94—141 *Etymologiarum S' Isidori Hyspalensis episcopi ex bibliotheca Capituli ecclesiae cathedralis Sⁱ Silvj Bellouacensis* circiter annum 1715 enotatas lectiones continenti addita est, hunc codicem Isidori nono decimoue saeculo scriptum esse comperi. Quem periisse dolendum est, cum multorum carminum sine dubio antiquorum adeoque ad bona antiquitatis tempora referendorum (equidem sane non uideo cur poetarum nomina his carminibus inscripta in suspicionem uocanda sint) unicus fons extiterit. Dissipata est bibliotheca Bellouacensis ex magna parte iam proximo ante ciuiles Gallorum turbas saeculo hodieque unum tantum ecclesia codicem possidet. Magnus eorum numerus et partim quidem per ipsum cathedralis illius capitulum in bibliothecam Parisinam peruenit, quos Leopoldus Delisle codicum bibliothecae praefectus officiose mihi indicauit[1]: sed nullus eorum Isidorum continet. Fuit autem Bellouaci codex Isidori anno 1664, id quod ex catalogo eo anno exarato constat, quem idem mihi Delislius monstrauit. Quare cum multos alios Bellouacenses codices hodie in uicinorum hominum manibus esse ille indicasset, ne quid intemptatum relinquerem, ipse m. Julio a. 1869 Bellouacum profectus comiterque a uiris eruditis exceptus, sed desiderii mei nequaquam compos factus sum. Qua occasione oblata sacerdotem Barraud laudibus iustis libenter prosequor, qui praeter ceteros officiose quamquam frustra rei meae operam dedit. Periisse autem librum nunc eo certius mihi constat, quod eo ipso tempore quo Bellouaci degebam ‘expositio retrospectiva’ in ea urbe quidquid rerum anti-

[1]) Sunt codices Parisini 1456 2769 8087 9429 9517 9601 9652 10861 17339 17654.

quarum in illis regionibus est omnium oculis proposuit, quae codicum quoque inde a saeculo VII scriptorum olim ecclesiae cathedralis nunc domini Le Caron de Troussures sat magnum numerum exhibuit; nam ibi quoque quod optaui nequidquam quaesiui.

Multum et difficultatis et dubitationis habere codicum ordinem ad temporum quibus scripti sunt rationem redigendum constat; id quod eo magis intellexi, quod diuersis iudiciis nitendum mihi erat: modo enim oculi mei, modo bibliothecarum catalogi, modo quae uiri docti hic illic dixere iudicii ansam praebuerunt. Sed eius difficultatis euitandae uiam uidi nullam, neque uero multum (si tamen aliquatenus) a recto me aberrasse spero. Omnia carmina omnesque carminum fontes me nosse non audeo affirmare; auxilium uirorum doctorum in re difficillima (nec ut puto inutili) olim imploraui[2]; gaudebo etiam si, quae forte non obtulerunt, postea succrescent; diligentiae uero laudem si qua est mihi detrectatum iri non credo. In re critica factitanda et ipse quantum potui praestare studui — nec tamen in eis praesertim quae libris recentioribus debemus ueras lectiones pro interpolatis ubique indagari posse arbitror — et insigne auxilium eo nactus sum quod Franciscus Buecheler u. cl. singulas schedas inspexit coniecturasque suas plurimas, inter quas esse emendationes palmares multas apparebit, mecum communicauit: cui non possum quin debitas publice quoque gratias agam.

Huius praefationis duplex est consilium, primum ut de fontibus carminum quae scitu digna uisa sunt sed quae in ipsorum adnotatione non adscripsi, memorem, deinde ut carminum quae ex anthologia expunxi rationem redderem. Sunt sane, fateor, a me quoque admissa, quae ab antiquitate aliena putauerim, in quibus cum adfirmare et negare pariter in promptu sit, traditam rationem sequi maluerim. Quaenam ea sint, docebunt indices.

[2]) cf. praef. I p. VIII.

I

Carmen 482 ex antiquissimo omnium fonte papyro Herculanensi deductum in initio fasciculi prioris poni debuit; quod cum ibi facere neglexerim, nunc repetere liceat. Neglexi autem, quia maioris epicique poematis reliquiae huic syllogae non aptae uidebantur; at nunc quia nullis recentioribus quidem nostratium exemplaribus continetur recipiendum duxi. Auctorem erui posse non credo; nam quod Seneca dicit de benef. VI 3 '*Egregie mihi uidetur M. Antonius apud Rabirium poetam, cum fortunam suam transeuntem alio uideat et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque si cito occupauerit, exclamare: Hoc habeo, quodcunque dedi!*' id quidem non probat, nostrum carmen esse, de quo Seneca agat, cum a poetis plurimis primo illo Romanorum imperatorum aeuo res ex historia Romana petitae epice tractatae sint; immo quod Rabirium *magni oris* aestimat Ouidius ex Pont. IV 16, 5, hoc in nostrum quadrare non uidetur.[3]) Sed in incerto relinquo, speciosamque saltem esse coniecturam illam Ciampittii lubens profiteor. Edidit autem ille primus hoc carmen, et quidem accurate singulos papyri ductus repraesentans, in Voluminum Herculanensium tomo II Neapoli a. 1809 edito; quem sequor, nisi quod Kreyssigii, qui cum uberrimo commentario post Sallustianam commentationem Misenae a. 1835 repetiuit, emendationes addidi; plurima uero Italus iam feliciter correxerat. Textum meum cum Ciampittiano iterum contulit H. Thorbeckius amicus.

Carmina 483 484 Isidoro et argumentis et in codicibus adiunguntur. Cur receperim, cf. praef. fasc. I. p. VI. Plura de codicibus Italis, in quibus leguntur, ex Areualiana ed. Isidori haurire licet: in Reginensi

[3]) Apud Velleium II 36, 3 'maxime nostri aeui eminent princeps carminum Vergilius Rabiriusque' legendum uidetur 'Vergilius Variusque.' Quamquam alia quoque mirandi iudicii apud Velleium inueniuntur.

Vaticano 1260 saec. IX post caput libri de natura rerum, quod est de monte Aetna, legi 484, deinde 483 (Areualius tom. I p. 662); in Florentino S. Marci 604 saec. IX post Isidor. origines his uerbis 'Incipit Hisidori presbyteri sermone nitidiori: Tu forte' sqq. incipere c. 483 (quod ipsum certe non esse Isidori episcopi primi uersus docent) (ib. p. 664); in codice Albanio saec. X post caput 50 libri de nat. rerum sequi 'uersus qui uidentur esse compendium plurium capitum libri de natura rerum, usque ad caput de nominibus uentorum [c. 484]' (tom. II p. 421; tituli horum uersuum omnes indicantur tom. I p. 666: 'De sole [*Sol oriens faciem stellarum euiscerat omnem* sqq.], de Arcturo, de Boote, de Pleiadibus, de Orione, de Lucifero, de Vespere, de cometa, de Sirio, de duodecim signis, de tonitruo, de fulminibus, de arcu caelesti, de nube, de pluuiis, de niue, de glacie, de uentis'). Qui cum omnes 'ita clare Isidori uerbis insistant, ut etiam allegorias eius mysticas non praetermittant', quin medii aeui essent non dubitaui neque eos nancisci operae pretium duxi. Solum c. 484, quod in multo antiquioribus iam libris est, recepi. Ceterum librorum carminis 483 non antiquissimus Bambergensis saeculi VIII longobardicis litteris scriptus (nam Ouetensis saeculi VII ignotissimus est), quem et ego Heidelbergam missum contuli et meum collationem cum A. Thorbeckii amici apographo iterum comparaui, sed Parisinus 7533, quamquam decimo demum saeculo exaratus esse uidetur, optimus est: cum in plerisque et fere omnibus anthologiae carminibus eam regulam certissimam esse expertus sim, libros quo uetustiores eo meliores, quo recentiores eo deteriores esse, eamque normam non ad maxima tantum temporum interualla sed saepe uel ad singula saecula pertinere intellexerim.

Carmen 485 ex Halmii rhetorum latinorum editione p. 63 sqq. sumpsi, cf. ib. p. VI. De codice Parisino litteris longobardicis scripto, ex quo primus hoc c. edidit, cf. Quicheratius (bibl. de l'école des chartes sér. I

tom. I p. 51 sqq.) et Eccksteinius in Anecdotis Parisinis rhetoricis Halis Sax. a. 1852 editis. Versus 1—3. 33. 93 primus edidit L. Delisle in iisdem annalibus IV III 161.

Sequitur carmen de ponderibus et mensuris, in quo totus (exceptis u. 38. 111. 120. 131) ab Hultschio pendeo, qui uir eius disciplinae peritissimus edidit metrol. scriptt. II p. 88 sqq. Addidi scripturam codicis *P*, qui tamen a *BC* non ita multum recedit. Addere iam possum etiam Vossianum in quarto 33 inscriptione carminis memorabilem, cuius manus secunda (saeculi fortasse XI) ad A^1 propius accedere, m. prima reliquis similior esse mihi uidetur.[4]) Auctorem carminis audacter dixi

[4]) Litteris rectis manus prima, obliquis secunda in sequentibus significata est. 1 peonis 3 corporis 8 semiobolũ 7 minuta, '*at. minora*' 9 scripulum (sic ubique) 11 lentis ueraciter octo 15 h — federe ceͬpto 16 reptis 17 (om. m. pr.) *scripla tria dragmam faciunt quo pondere doctis* 18 *ae*nis 21 sicilius 22 sextola 24 quatuor 25 h̃ — et add. supr. lineam (m. 2?) 26 *tut — notatur* m. 2. post 27 linea uacua 30 hanc deest 32 quẽ 33 Nã — que deest 34 centum erunt. post 35 signum, cui in imo marg. u. 37 m. sec. scriptus respondet: *Cecr. — hec uocitare talentum.* 36 enam. 37 in textu m. sec. scriptus: Cecr.] *Nã — hęc docuisse talentum* 38 sex, '*s̃exaginta*' — bis — dragmas 39 aenis 40 obolo minus ẽ maune talentũ 42 seu 43 coepimus 44 *domini p. p. h.* a m. 2 45 deest 46 illa deuncis 47 *in reliquo — certum* m. 2 48 *bit — triplex* m. 2 (nãque est — semuncia) 50 bissem 51 septunce — cincunq, uocarĩnt 57 Vmida — mauis 58 pandetur (*pandatur*) 59 in om. latoque notetur in anglo 60 Angulus deest Et (*Vt*) 61 quatuor (sic ubique) 62 anfora *fit* cibus (ex ciuus) 63 arpeio 64 urnã — et om. 65 sestarius 66 aurit quod 67 cotilas 68 ecninas 69 qui — assumpt' 71 Aequo sextarii 72 capiat 73 cotila ciatos (sic plerumque 74 debato '*ciato*' — quo*que* add. m. 2 75 nunc, erasum — appendere uelis 76 oxibafũ 77 Ad mistrum — sed) ad̃ — mistri 78 gam̃ 79 pondus deest comp. 80 sextario cyatus — q̃ ÷ (÷ a. m. 2) 81 exobafi — sexcuncia 82 mistro simulare (*similare* m. 2) 85 hunc — *rnam* m. 2 86 *Est* 87 ac (*hac*) 89 superat 90 *triplex* 91 *ueteres* in mg. 93 bissem 94 liei 95 oliui 97 assensu — *sunt* 99 putei — perhenni 101 *aut tanta* in mg; dant tanta m. pr. 103 dicitur 104 arundo 107 descend*at* — ima 108 dicta (*ducta*) superfacie

Remum seu mauis *Remium Fauinum*, ductus inprimis titulo in cod. Parisino 7498 extante, qui codex cum eius aetatis sit (saec. IX), ut de additamentis temerariis cogitare non liceat[1], accurata et copiosa eius inscriptio multam ueritatis speciem habet. Est enim illa *Remi Fauini epistola de ponderibus ex sensu eiusdem clari oratoris ad Symmachum metrico iure missa*, a Keilio ad Prisciani opusc. praef. p. 396 memorata, cui simillimam Vossianus oct. 15 *(clari or.] auctoris)* exhibet adhibitus a L. Muellero ann. phil. 1866 p. 563, qui quidem Flauianum suum hinc arcere debuit. 'Ex sensu' igitur Rufini (nam is in codice praecedit; eius igitur auditor uel sectator Fauinus habendus est) ad Symmachum aequalem Rufini Fauinus scripsit: Rufinus autem discipuli assectatorisue opus (illo ut puto consentiente eiusque nomine non celato) in suum aliquod opus ni fallor recepit: quare fit, ut et in libris quibusdam Rufino adiunctum legatur et Priscianus postea, quacunque ratione huic libello manum admouit (nam difficile est ad decernendum), illud teste Voss. q. 33 '*ex opere Rufini uel Fauiani*' se sumpsisse dicat. Ceterum cum *epistolam* esse cod. 7498 inscriptio ostendat, illa 'nosse iuuat' u. 2, quae alias satis artificiose dicta essent, ad Symmachum, qui ponderum cognitionis desiderium Fauino expresserit, refero.

Carmina 488—493 secundum codicum uetustissimorum, licet mihi ignotorum (nam Italos codices nullos ipse uidi) aetatem huc posui. Describendi autem mihi sunt Parisini 2772, 4883A, 8094, quos contuli ipse.

tot q; quã in frustra sectatur 110 potest 111 pars om. 113 Ac (*Quod* ut est in A) si tantundem 115 conueniunt 116 Quod (*Ac* ut est in A) — humeros 117 coepisse 122 requires (*requiris*) 126 hic — deprehendere 127 siracusii 128 ut in PC (*siculũ* m. 2) 130 recenta (*retenta*) 134 diis — dicato 135 fiet 136 h̃ (*et* m. 2 ut in A) 137 quae 138 neutro 141 *est* — etere grassiũr (o supra) 143 discerpserit 144 quodque 145 cognouimus 146 libra 147 librā 148 hinc 149 m. 2. in mg. additus (*pars*) 150 ex[s]pecta 154 nihil 156 dep̃hendere 158 pars om. 159 aquã (a ex is corr.) totiens — notab̄ 162 parte om. 163 aquis: hic desinit V.

Parisinus 2772 membr. in q. saeculi X—XI Prosperi continet epigrammata, Serenum Sammonicum, fol. 50 c. 495—506, Pauli et Senecae epistolas, fol. 53 r. c. 490 *Tiberiani*,[5]) quod primus ex codice recentiore Vindobonensi Hauptius in ed. Ovidii Halieut. p. 65 sq. edidit; fol. 54r. *Versus sci Cipriani* aliaque; deinde a fol. 56r. uersus duodecim sapientum continet, quorum inscriptio eadem est quae in *GVTX* (nisi quod *hoc est* deest; *basilii asmenii — euforbii — hilasii palladii asclepiadis — maximiani —*); c. 567—590; 516; 638. Excipiunt fol. 58 u. 'Ouidianae' praefationes in libros Vergilii c. 2, 9—24 et c. 1, I—XII, monostichis quoque interpositis. Folio 61 u. carmen 672 sequitur; quod postquam 'Finit,' his excipitur uersibus:

Qui latas uario uestiuit gramine terras
Et nemorum densa ditauit robora glande
Iamque artus hominum pascens melioribus escis
Prisca atris uoluit seruire cibaria poscis (l. *porcis*),
Vos a spiritibus nigris tueatur ubique,
Qui lutulenta ima mergunt animalia abysso,
Lacteolisque agnis per prata uirentia iungat,
Quos agit ipse pia caeli super ardua uirga.

Deinde *de communibus syllabis*, fol. 63r. *Hylarii de martyrio machabeorum*, fol. 70 u. *Tertuliani de excidio sodomę et ninive*, fol. 76r. [Ausonii] *Incipit te-*

5) 'Tyberiani' uersus *Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer*, quem adfert Fulgentius obsc. serm. p. 567 ed. Non. Rothianae, eiusdem et argumenti et, ut puto, poetae est. Alii eiusdem uersus sunt *Pegasus hinniens transuolat aethram metro asclepiadeo* (Fulg. myth. I 26) et *Aurum, quo pretio reserantur limina Ditis* (Seru. Aen. VI 136). Omnino ueri est simile librum philosophicum fuisse uariis metris a Tiberiano ad Platonis Socratisue sententias compositum, cuius nobis superest praefatio, cf. 490 26 sqq. Hinc eius *librum de Socrate* Fulg. affert contin. Verg. p. 754 M. Pars eius libri quae de hominum origine egit *Prometheus* dicta erat; cf. Fulg. myth. III 7 '*nam et Tiberianus in Prometheo ait, deos singula sua homini tribuisse.*' cf. denique Seru. l. c. VI 532, qui prolixiorem de mundo disputationem significat: cf. 490, 28 sqq.

chopegnii tes tus, fol. 79 r. Paulini Nolani carmina, fol. 87 v. Martiani Capellae uersus p. 34, 18—32; 35, 19—22 Eyssenh; uersus *Bis duo nam niuei* sqq. (cf. ad c. 727); a fol. 88 uaria, inter quae Catonis disticha, et fol. 107 u. carmen 640; descriptio ponderum; denique fol. 108 u. ex Boethio excerpta. '*Iste liber est de conuentu paradisi*' saeculi XIII uel XIV manus in folio 3 uerso adnotauit.

Codex *Parisinus 4883 A* membr. in fol. saeculo XI scriptus ex Regin. Vaticano 215 saeculi VIII exeuntis, de quo cf. Areualius ed. Isidori tom. II p. 305 sq., descriptus esse potest; eadem fere saltem continet in eis partibus de quibus hic agendum. Nam Parisinus inde a fol. 27 u. primum *Officia XII mensium* (c. 763), post *de arte poetria* uersus sex Horatii (art. poet. 72. 219. 281. 342. epod. 14, 7. 8), deinde c. 488, tunc *Versus de psalmis*, porro c. 489 et 490 continet, quae *Exempla diuersorum auctorum* rei prosodiacae causa collecta et non unam ob causam satis memorabilia excipiunt, de quibus alio loco agam; extant fol. 28 r. — 29 r. Hoc unum hic memoro: quinquagesimum quintum horum uersuum *Catus in obscuro coepit pro sorice picam* ex anthologia Salmasiani (c. 181, 3) esse eique (nam error est, quod librarius praecedenti uersui adscripsit, qui est Martialis IV 20, 2) notam *Catł*, i. e. Catalecta, prima manu additam esse. Hic igitur titulus tum iam in usu erat. Etiam uersui 112 (qui tamen est Iuuenal. 6,80) et 114 '*Pyramides claudant dignaque mausolea*' haec nota *Catł* addita est. — Haec uero pleraque in Vaticano quoque extant: p. 122 uersus prosodiaci; p. 127 carmen 488, uersus de psalmis, c. 489; p. 128 carmen 490. Quare hunc librum primarium mihi non fuisse ad manum doleo. Versus de psalmis adonii sunt, a uerbis *Rex tibi summe* incipientes.

Parisinus 8094 saec. XI Sedulium continet, quem praecedit Asterii carmen 491, subsequuntur 492 et 493. Italos codices antiquiores hic quoque non noui; ceterum in transcursu moneo, in Reginensi 1360 post c. 493 extare c. 26 hoc titulo *Avieni V̄C̄ adamus cos*

alegro (lege *ad amicos de agro*) teste Areualio. Sequuntur deinde Prosperi epigrammata, inde fol. 54 r. subscriptio iam a Maio edita, quae nescio an a me recipienda fuerit: *Explicit liber beati Prosperi de epygrammatibus.*

Haec Augustini ex sacris epigrammata dictis
Dulcisono rethor c̃ponens carmine Prosper
Versibus exametris depinxit pentametrisque,
Floribus ex uariis ceu fulget nexa corona.
Vnde ego te lector, relegis qui haec sedulus, oro
Intentas adhibere sonis celestibus aures. (fol. 54 u.)
Istic nam inuenies, animum si dira subintrat (l. — *ant*),
Maxime quod doceant sacrę moderamina legis
Obseruare homines uel quid sibi maxime uitent,
Sidereum cęli cupiunt qui scandere regnum.

Aliis deinde Prosperi et Ausonii opusculis interpositis folio 56 carmen 682 et Monnicae epitaphium (670) quaeque ad id indicaui sequuntur; deinde scripta ad rem logicam spectantia.

De codice miscellaneo *Vossiano q. 69* hic nihil adnotandum, nisi c. 494 inter multa alia sacra carmina, hymnos, ecclesiarum inscriptiones extare, quae pleraque ad saeculum IX pertinere uidentur; cur illud receperim uide praef. fasc. I p. VII: Chintila enim rex erat Visigothorum ab a. 636 ad a. 640. Syllogae meae carmina insunt haec: 670 et 390, utrumque fol. 19 r.

Iam ad duodecim sapientum duodena carmina (c. 495 — 638) peruenimus. Quorum cum ea quae *Polysticha* inscripsi et codices secutus ultimo loco posui (627 — 638), in editionibus dissipata dispersaque fuerint nec in reliquis iustus ordo adhuc exhibitus sit, ignotum hucusque mansit, quo consilio quaque ratione haec carmina composita sint mediocria certe sed ea ipsa re insignia, quod uersificandi quandam quasi scholam antiquam uariosque poetandi progressus nobis ostendunt[6]).

[6]) Quamquam ignoro, magistrine an discipuli scripserint; sane et 'iuuenes' illi (638, 3) uel Asmenii discipuli uel reliqui undecim 'sapientes' intellegi possunt.

Scilicet duodecim illi scholastici tempore ignoto, sed quod antiquitatis ultimis temporibus non posterius fuisse [7]) et poetarum nomina et uersuum elegantia et adiectiuorum talium uelut *colorificus mirificus tabificus laetificus* (cf. et *clarificat*) frequens usus luculenter monstrant, certamini poetico ita indulserunt, ut argumentis eisdem singulis propositis monosticha, deinde disticha tristicha tetrasticha hexasticha conscriberent, ultimo autem gradu suam sibi quisque materiam eligentes maiora carmina componerent (627 — 638). Nullus autem eorum reliquis maior minorue habebatur; quare quamquam eundem nominum ordinem in omnibus dodecadibus seruatum uidemus, tamen ne quisquam efferretur uel contemneretur, primum locum in unaquaque serie alius eorum et is quidem qui omnino prioris dodecadis principem sequitur tenet; ideo et reliquorum ordo ratione certa instabilis est. Exempli causa, qui in prima serie enumeratur tertius, secundus est in altera, primus in tertia, in quarta deinde ultimum locum occupat, in quinta paenultimum, et sic deinceps progreditur usque ad quartum locum. Iam puto intellegetur artificiosa illa concinnatio, quae in libris uetustis et optime omnium in *C* elucet, in Petauiano autem et recentibus codicibus (ubi nonnulla eorum Vergilio attribuuntur) et in editis satis frequenter conturbatur. — Vetustissimus codicum est *Vossianus* in quarto *86* (*V*, de quo cf. praef. fasc. I p. XXXVIII sqq.), quem ideo in inscriptione nominaui, optimus autem accuratissimusque *Parisinus 8069* (Thuaneus) quem dixi *C*. Librorum familias quas p. 49 breuiter indicaui, pluribus explicare taedet. Ipsorum poetarum uitam plane ignoramus, cum praeter c. 638, quo Iulianus Asmenio diem natalem gratulatur, et si uis c. 630 Eusthenii de Achille et 631 Pompiliani de Hectore, quae hos duos inter se maxime coniunctos fuisse docent, nihil ad ipsos spectans in car-

[7]) Asclepiadii uersibus 629, 9. 10 usus est qui consolationem ad Liuiam scripsit u. 371 sq.

minibus extet. Possit aliquis ludere, *Basilium* esse Vettium illum Agorium Basilium Mauortium cos. a. 527 Horatii emendatorem, *Maximinum* autem elegiarum poetam qui eodem tempore uixit,[8]) *Vitalem*que putare eundem 'filium Catonis' cuius c. 683 titulus extet: nec tamen est quo ea coniectura ad saeculi sexti initium haec carmina referens certis argumentis firmetur.

Hunc puto locum esse, quo codex C accuratius describatur. Nolo quidem quae fasc. I p. XLI dixi hic repetere; haec tamen dicenda sunt: continet folium 1 r. *Iac. Aug. Thuanj* nomen et enumerationem librorum bibliothecae alicuius[9]); folii 1 u. columna prior (duabus enim columnis 32 fere linearum exaratus est C) Martial. V 56 et quae fasc. I l. c. enumeraui; ante c. 227 autem hi uersus medii aeui extant:

O uos, est aetas iuuenes quibus apta legendo,
Discite (eunt anni more fluentis aquae)
Atque dies dociles uacuis non perdite rebus:
Nec redit unda fluens nec redit hora ruens.
Floreat in studiis uirtutum prima iuuentus,
Fulgeat ut digno laudis honore senex.[10])

Post c. 277 carmen inceptum est *Disce precor iuuenis . . . . Laudetur . . .*; post 269 est *Porphirii ad Constantinum imperatorī|Constantine decus. lux aurea secli. Sancte tui ȩesar uatis miseres*; post illud

[8]) Possis etiam cum Metrorio Maximino confundere, cuius artem metricam Maius edidit auctt. class. III p. 504 sqq.

[9]) *Incipiunt nomina librorum gramatice artis. Domni. F. tres donati minores. unus donatus maior. Due cōiugaciones. precianellus minor. Catho. Sedulius. Arator. avienus. Prudencius. boecius. aritmetica. oracius. iuuenalis. ꝑsius. Beda. omerus. maxencius. aetimologia. Virgilius. dialectica. Comtum donati. Foca.* —

[10]) *B*=Bruxellensis 10859 saec. IX Miconis glossas, c. 392 sq. all. continens; a Theodoro Oehlero collationem factam Baehrius v. cl. mihi monstravit. 2 anno *C* 3 *num* uanis? 6 Perugeat *C* digno *C* magne *B* senex *om.* *C*. — In *B* praecedit fragmentum: *Infantes . . . . . . t Malueram potius, cuncti sed sponte patrarent Gratia . . . . eriti ultio nulla foret.*

Claudiani epigr. 32 (Mey. 1121) hac forma:

Dulcia mella m · semp tu dulcia mandas.
Et quicquid dulce · mella putare decet.

Deinde c. 83, u. 4 et 6; Ouidii amorum III 11, 35 sq.; ad marginem a manu prima minutissime scriptum fol. 1 fin. et fol. 2 init. bellulum illud poematium quod n. 739 posui; fol. 2 r. ante et post c. 268 uersus medii aeui quos p. 206 in adn. dedi; post alia Salmasiani carmina (cf. l. c.) sententiasque prosarias *Driandri* (i. e. Periandri) aliorumque denique (carmini 264 fol. 2 u. subnexum) c. 740 Alcimi locique Ouidiani permulti usque ad fol. 3 r.; c. 28; fol. 3 u. selecta quaedam ex c. 716 (ceterum cf. infra ad folium 127), iterumque sententiose dicta ex Ouidio Horatioque; fol. 4 u. 'Prisciani' c. 486; fol. 5 u. prosaria nonnulla nullius pretii; *Versus Virgilii de nutrice sua elia* (Martial. I 20); fol. 6 r. et u. c. 733; fol. 7 r. c. 672, c. 2, 1 — 8; fol. 7 u. c. 741. Tandem ipse *Vergilius* insequitur qui folia 8 — 113 occupat. Finis codicis praeter ea quae l. c. enumeraui haec quoque continet: Epidii oratoris uitam Vergilii fol. 114 r.; deinde c. 1, 1 — 10 fol. 114 u.; Culicem Diras Copam f. 114 u. — 119 u.; carmina 645 644 646 fol. 119 u. — 120 u.; Moretum; Vergilii epitaphium (*Mantua me genuit* sqq.); fol. 121 u. c. 256, 257, 392, 393, 261; quae excipiunt Monosticha duodecim sapientum (c. 495 sqq.,) inter illa autem et Disticha (c. 507 sqq.) c. 160 intercedit errore antea omissum (cf. fasc. I p. XXIX). Deinde reliqua usque ad c. 638 (fol. 126 u.) ordine procedunt; *Versus Sibyllae* (ex Augustino ciu. dei XVIII 23), Ausonii (nomine non addito) monosticha de Caesaribus; aliae quaedam e carmine 716 sententiae[11]); Martialis III 76,

[11]) Has in C extare cum in ipsa editione neglexerim, hic addere placet. Sunt u. 4 (*Grandem*), 5, 7, 10, 11, 13 (*contempni — ferre*), 21, 23, 27, 28, 34, 65 (*cepit*), 36, 37 (*affitiar grauis*), 64; quae sequuntur non cum illis cohaerent, sunt enim haec: *Nescit quae proprium destramine ingere colum*, *Iste*

VI 23; denique (fol. 127 u. — 128 r.) dialogus Terentii cum persona cf. l. c. additis prouerbiis nonnullis prosariis. Haec continet codex pretiosissimus, scholae olim usui destinatus, in eis partibus quae Bembinus quoque Vergilii continet tam similis ei ut eius apographum putes. —

Codex Ausonii praestantissimus, *Vossianus* formae maximae *no. 111*, saeculo IX ineunte longobardicis litteris scriptus, Holderi beneuolentia in usum meum conlatus est. Eius libri quaterniones a primo ad quartum usque deperditos esse eo constat, quod in imo margine folii 8 u. QV, item 16 u. QVI, 24 u. QVII, 32 u. QVIII et 40 u. QVIIII manu prima scriptum extat. In summo folio 1 r. rubro atramento a manu prima scriptum legitur † *Abhinc Auson*[ii] *opuscula* |*Ausonius*| *Lectori salutem* (Auson. p. 330 ed. Bipont.), dehinc Ausoniana plurima sed nullo ordine composita. Inter quae ea quoque extant, et ita quidem reliquis intermixta, ut ex eadem opusculorum Ausonii collectione, ex qua reliqua omnia, profecta esse appareat, quae quia in aliis quoque codicibus non Ausonianis inueniuntur in eisque saeculis XV et XVI prius quam in Ausoniano nostro inuenta erant, iam a Scaligero et Pithoeo in syllogas suas receptae sunt. Ut autem accuratius dicam: post Ausonii *Praefationem* et *Ephemeridem* sequitur *Incipit eglogaŕ, de nominib' septem dieŕ,* (*Nomina quae septem* sqq. p. 227 ed. Bip.), deinde *Monostica de mensibus* (*Primus Romanas ordiris* sqq. p. 229 Bip. A. L. 1052 Mey. 639 ed. m.), *Item disticha* (*Iane noue*, p. 229 B.), alia eius generis (p. 231. 230. 231. 231. 226 [*Nonaginta dies* sqq.] B.), *In quo mēse quod signū sit ad cursū solis* (*Principium Iani sancit* sqq. p. 232 Bip. A. L. 1051 M. 640 ed. m.); alia quae sunt p. 234. 235. 236 ter. 234 ed. Bip.;

suum feruens mittatur titio colum. Hic digitus naso turpem deportet odorem Extremum frater canis inducatur in antrum O V[a]*uldulfe tuus nasus dum stercora mittit.* Agnoscis lepidum monachum!

Monostica de erumnis erculis (Prima Cleontei p. 221 B. Anth. L. 583 M. 641 ed. m.); sequitur *Quinti Ciceronis hi uersus eo pertinent ut* sqq. . . . *quod superius quoque nostris ueribus expeditur* (p. 233 B. A. L. 66 M. 642 ed. m.); deinde *Hic uersus sine auctore est* sqq. (p. 228 Bip. 643 ed. m.); hunc uersum deinde Ausonius refellit (p. 228 B.); p. 170 Bip. et plurima alia Ausonii. Folio 14 r. extat illud *Cui dono lepidum* (p. 332 B.), sequitur *Quod uitae sectabor iter* (p. 217 B.); *De uiro bono pytagorica* ατιοασις *(Vir bonus et sapiens* sqq. A. L. 111 M. 644 ed. m.); Ναι και ου *pitagoricon (Est et non cuncti* sqq. 285 M. 645 ed. m.); *De aetatibus. Hesiodion*[12]) (*Ter binos deciesque* sqq. 1078 M. 646 ed. m.); deinde illud *Miraris quicunque* (p. 223 B.) et alia Ausoniana plurima, donec inde a fol. 32 r. Paulinus Ausoniusque inuicem se excipiunt. In fine codicis inde a folio 36 aliorum carmina, quae n. 647 — 656 edidi,[13]) nominibus auctorum ubique fere appositis, leguntur, eisque interpositi illi quoque de Vergilianis operibus uersus Ouidio attributi, quos iam n. 1 et 2 e codice Romano saec. V — VI exhibui. Scilicet post 651 decasticha, post 653 tetrasticha (no. 2), quae cum 652 ibi cohaerent, post 654 monosticha inueniuntur. Solum c. 656 posteriore tempore additum est; quo codex finitur. Codicem hunc praestantissimum esse, lectiones eius cum reliquis conferentibus facile apparebit. Etiam in uersiculis de Vergilio haud raro meliores lectiones praebet

[12]) Adponere debui uersus Hesiodi ex quibus sumptum est quique apud Plutarchum de defectu oraculorum c. 11 leguntur (Hes. ed. Goettling. fg. 163):
Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ φοίνιξ
Ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

[13]) Petronii apospasmatia inter c. 649 et 650 extantia, (c. 159 et 162 Mey.) hic cum Buecheleri ed. min. conlata habes: Petr. c. 14: 1 *regnat*] *pugnat* 2 *uicere nuda* 3 *cinica* — *cera.* c. 83: 1 *fenore* 3 *adolator* 4 *nuptias ad proemia spectat* 5 *prudentia pãnis* 6 *disertas.* —

quam ipse ille Romanus uetustissimus, adnotandumque est, eum solum omnium esse, qui hos uersus pro uno totoque habeat, cum reliqui omnes eos singulis Vergilii libris praeponant. Quam rem si cum bonitate lectionis coniungas, magis fidam eorum originis imaginem in nostro codice seruatam concedes, utpote qui ab uno poeta certo profecti et postea demum (nec tamen illo inuito) in Vergilianos codices translati sint. — Quod uero ad c. 639 — 641 et 644 — 646 attinet, iam puto ex eo quem supra posui conspectu elucet magisque etiam, si quando Ausonianus Vossiani contextus plene notus erit, elucebit, collectionem in *E* exhiberi uel ab ipso Ausonio factam uel saltem ad eius uoluntatem concinnatam. Animaduertas exempli causa, quam accurate *Q. Ciceronis* uersus isque qui *sine auctore* est Ausonio abiudicentur; uterque autem certas ob causas Ausonianae collectioni insertus est. Quin quod in Ciceronis uersuum inscriptione de '*nostris uersibus*' sermo est, non possum non credere, hanc inscriptionem ab ipso iam Ausonio esse factam. In tam fida certaque libri nostri traditione id quoque sine temeritate statuere posse mihi uideor, omnia carmina ibi extantia, quae Ausonio ibi non abiudicantur, eius esse genuina poemata. Nec res ipsa stilusue repugnat. At tamen in anthologiam recepi illa, postquam diu haesitaui, ne quis in ea desideraret, quae ut expectaret aliqua ratione fieri poterat. Scilicet c. 644 et 645 antiquo iam aeuo ex Ausonio excerpta et Vergilianis poematiis adiuncta, deinde ipsum Vergilii nomen adepta esse uidemus, quo iam in Bembino saec. IX libro in aliisque post illum ornata sunt; in quibus omnibus textus bonitas et plenitudo aliquanto ab E degenerauit, quo et ipso Ausoniana magis quam Vergiliana origo defenditur. Idem in eis codicibus factum est, qui reliqua illa quae enumeraui, ut solebat in paruulis his lusibus, sine auctoris nomine receperunt. Cum E cognatus est solus, quantum sciam, codex Mariangeli Accursii, a Burmanno ad carmina nostra hic illic memoratus, de quo nil habeo quod referam. Ce-

terum ut hoc obiter moneam, idem fere carminum genus, idem stilus quo Ausonius usus est in permultis huius anthologiae poematiis deprehenditur, ut ab eius sectatoribus composita possimus putare.

Iam ad reliqua carmina pergamus, quae apis Matinae more modoque hic illic decerpsimus. Breues autem erimus, non omnes codices descripturi sed ea tantum dicturi e quibus aliquid lucis ad carmina nostra redundet. *Valentianos*[14]) igitur primum libros quibus usus sum — eram enim in oppido illo a. 1869 — uno conspectu enumerabo. In quibus apte utendis Mangeartii catalogus Parisiis a. 1860 accurate nec tamen ad amussim editus magnopere me adiuuit. Primum igitur dicam de *codice 330 bis,* qui saeculi decimi secunda parte scriptus ad rem astronomicam et similia spectantia complura complectitur. Statim fol. 1 codicis ab initio manci post tractatum astronomicum aliquem carmen 679 continet. Sequitur *Libellus Bedę de tẽporib*; Deinde a folio 28 *Ordo solaris anni,* cui hic illic uersus carminis 640, sed etiam christiani quidam versus velut '*Prima dies februi ẽ iam qua patitur policarpus*' uel [ad XV. kal. Mart.] '*Atque Valentini sedenis sorte kalendis*' uel [XIIII kal. Mart.] '*Sic Iuliana et bis septenas ornat honore*' uel etiam leonini uersus interpositi sunt. Fol. 35 r. uersus de diebus Aegyptiacis (c. 736) leguntur quos et Mangeartius p. 665 inde edidit et ipse contuli; deinde post alia multa fol. 76 u. sqq. LXVI (nam per totum codicem singula numeris insignita sunt) *Uersus de singulis mensibus* (639); LXVII (394); fol. 77 r. LXVIII c. 395[15]); fol. 77 u. LXVIIII *Versus de XII signis* (Cic.

[14]) Quos *Valencenenses* hic illic perperam dixi, cum eam nominis formam curiae urbis inscriptam esse audissem: sed medio aeuo *Valentiana* urbs audiebat, antiqua non est. —

[15]) Huius carminis cum editione mea in fasc. I data collatio haec est: *Tetrastikon autenticum de singulis mensibus. IA͠* (sic nomina omnia breuiata sunt) 3 *seclique* 4 *porpureus* 5 *amict'* 7 *dedala — iacto* 11 *uer edus — gurrula* 12 *atque] et* 13 *mirto uenerem uenerẽ* *ue^ne^ratur apł* 14 *alma thetis* 15 *odores*

Arat. 320 sqq. quos p. XXXVI contuli), LXX c. 640 iterum, sed uersibus 1 — 2 in fine positis et u. 3 omisso; LXXI *Uersus cicli anniuersalis: Linea xp̄e tuos prima ẽ qui continet annos*, octo uersus leonini; sequuntur alia prosaria oratione a Beda praecipue scripta.

Codex 396 saeculo IX exeunte scriptus folio 2 recto a carmine 687 (*Conflictus ueris et hiemis*) incipit, cuius titulus saeculo fere XIII renouatus est, sed earundem litterarum a prima manu factarum uestigia subter illis apparent. Auctor carminis non indicatur. Sequitur fol. 3 r. *Hucbaldi* ad Carolum imperatorem carmen; in quo quibus adluditur poematis quae '*Milo poeta tuus, noster didascalus olim*' scripserit, ea statim fol. 5 sqq. sequuntur: *Glorioso regi Karolo Milo supplex* et *De sobrietate.* In fine codicis a manu recenti, saeculo XV attribuo, c. 869 (Ouid. amor. I 6, 59 sq.) et 869 a additum est.

Non magis quam is de quo dixi, *codex 395* eodem tempore exaratus Conflictum ueris et hiemis, quem manus saec. XI in fine libri fol. 106 post magnum illud Milonis de sobrietate opus adscripsit, auctori certo tribuit. Puto tamen, Oudinum ea re quod in hoc libro Milonis carmen praecedit commotum hoc quoque poema nusquam auctori alicui adtributum et fortasse uere antiquum (comparandum est argumentum cum c. 199) Miloni adscripsisse, cuius plura etiam in hoc codice extant.

Codex 393 saeculi IX foliis 88 et 89 post 'Annei Senecae prouerbia' c. 659 — 662 continet, quae ex inscriptionibus sepulcralibus descripta esse omnia apparet, quamquam secundo eorum locus ubi extiterit non additus sit. Primum etiam in codice Palatino a

16 *paphiae* 18 *Linier* 23 *disignat* 24 *figas* 25 *coloratus* 26 *rutulos — ligat ex legat* 27 *saguineos* 28 *quae in medio* 29 *Fontanas* 30 *Cerno* (*corr. in Cerne*) *ut diuerso* 32 *genitũ* (*corr. in genitã*) — *echaten* 33 *Surgentes* 35 *lacertũ* 37 *ipsa — foetus* 39 *bromius* 41 *Carbaseo post quẽ tunc artus indutus amictu* 42 *Memfidus* 43 *cõpescitur* 44 *memfideis* 45 *coniecto* 46 *hems* 47 *reuocent* 48 *uerna] hiberna.* —

Grutero edito extat, sed ibi (Gruter. inscrr. p. 1163, 2) 'Romae in fronte Parad. Beati Petri', in nostro libro 'Rome in imagine Constantini' esse narratur. Quas tres inscriptiones, quamquam dubitans, in hoc uolumine eadem de causa qua inscriptiones in Salmasiano extantes recepi, scilicet quia aliis quoque eiusdem codicis partibus usus sum. Quae sunt hae: fol. 137 r. c. 645, fol. 138 r. c. 484, fol. 138 u. c. 679, fol. 139 r. (ubi etiam distichon ex Suet. Domit. 23 legitur) c. 663, fol. 139 u. c. 664 [16]). Est autem codex ille omnium paene princeps, qui Senecae adscriptam satiram contineant.

Codex 394 saeculi X folio 47 r. c. 664 et fol. 47 u. c. 727 cum leoninis uersibus quos ibidem adieci continet.

Denique ex *codice 373* (saec. IX exeuntis) c. 667 sq. edidi, *codex 164* (saeculi IX) c. 484 et *codex 88* (saeculi eiusdem) c. 666 continet; quos praeter 164 a Mangeartio iam adhibitum contuli omnes. —

Ad alios libros uenimus. Carmen 665 Schenklio debetur, qui edidit in libris inscriptis Sitzungsberichte d. kais. Akad. d. Wiss. XLIII 1863 p. 71. Idem codex c. 488 habet. — 668 ab Vsenero pleniore apparatu editum (ed. schol. Lucan. I p. 6) sero uidi; nec tamen ex eius libris, cum (praeter Bernensem 363 saec. VIII uersum 1 continente) saeculum X non excedant, multum fructus redundat. u. 5 *Fulminis* (sic) plerique codd. habent, quod et ego amplexus sum et u. 6 *sint* correxi, antequam Vsenerum id iam fecisse Buechelerus me admonuit. cf. Addenda. —

Parisinus 8093 saeculi noni, ex parte autem decimi, poetas plerumque Christianos exhibet, Longobardicis litteris scriptus. Sedulium, Eugenium (cui in libris et editis et scriptis Euantii c. 669 nulla quantum uideo ratione iniectum ad Anthologiam retuli), Dracon-

[16]) similiter carmina sua cod. Rehdigeranus saec. XIV uel XV elegit, qui c. 645, distichon Suetonianum, 663 et 664 continet.

tium, Martinum, Damasum, deinde fol. 32 Bassi epitaphium Monicae c. 670 (solus hic codex nominat auctorem adhuc non obseruatum) et Theodulfum continet. Iam a sacris recedens fol. 37 c. 671 (Phocae uitam Vergilii) exhibet, in quo a Bursiano pendeo, qui suam collationem liberaliter mecum communicauit. Iterum christiana Hilarii carmina sequuntur (folio 51 u. subscriptum '*Nic. Fabri est*'); fol. 52—59 Auieni fabulae, sed male insutae, cum initium earum sit fol. 94 u., ubi c. 26 *(Auieni)* et Auieni prologus extant. — Vergiliana illa quae fol. 60—68 extant, cum codicem a. 1869 iterum inspicerem, a manu saeculo XI non antiquiore scripta esse mihi uisa sunt; continent haec folia: c. 1, 1—10; Culicem; c. 672 (non contuli); c. 256, 257 (tres uersus ut in *C*; ultimum de bubus manus saec. XIII addidit), 160 (quattuor uersus ut in *C*); c. 2, 1 sqq. — Inde a fol. 69 codex iterum saeculo IX tribuendus est: Diras, Copam, c. 645, 644, 646, Moretum, c. 672 (quod hinc edidi), c. 2, Aeneidis finem, Vergilii epitaphion, inde a fol. 81 u. duodecim sapientum carmina non omnia (cf. p. 49), quae Bursianus contulit, fol. 84 sqq. Catonis disticha continet. De fol. 94 u. uide supra; fol. 95 duodecim sapientes scriptura saeculi XI continuantur. Hic est finis codicis; reliqua (uersus medicinales saec. XIV scripti) ab eo aliena sunt.

Transeamus ad *Turicensem 78 olim 451*, quem anno 1867 contuli. Quem Marquardi Freheri olim fuisse inde efficio, quod c. 684, in nullo alio codice quantum scimus extans, ex eius uiri cod. membranaceo a Pithoeo sumptum Scriuerius teste Burmanno adnotabat eiusque lectiones cum *T* congruunt. Post ecclesiastica multa fol. 47—52 Serenus Sammonicus eumque excipit c. 682 a L. Muellero ann. philol. 1866 p. 396 primum editum et ab Hertzbergio ib. 1866 p. 788 retractatum. In Reginensi 421 extare Areualus docuit Isidorianorum c. 100 (t. II p. 319). Mirabar autem, cum in Parisino 8094 non solum Ouidio — id enim medio aeuo non mirabile — sed certo eius operi, Arti amatoriae ad-

scriptum legi. Eo usque siue ignoratio siue mendacium processit. Ceterum quod ad *Panem pastorem* is codex refert, recte agit. Post uaria minuta fol. 95 u. c. 683: cuius titulo '*filii Catonis*' addidi cod. Parisino 2772 fidens. Quamquam negari non potest, cum Catonis disticha ibi praecedant, neglegentia fieri potuisse, ut haec uerba adscriberentur. Ceterum de Catonis nomine index conferendus est. — Catonis disticha, carmen Helperici, scholia ad Sammonicum, Eugenii carm. 5, 5—6; c. 685 (quod aenigma nondum solutum est), c. 686. Hoc edidit pr. Vsenerus, qui poetam Christianum putat: sed u. 14 sq. *cultura deorum uirtutumque cadit* deos simul cum uirtutibus laudat amborumque interitum queritur: quod qui potuit Christianus homo facere? Quod autem pergit *fingit sibi quisque colendum, Mens uaga quod suadet*, id sane praecipue ad Christianos inter se iam dissentientes pertinet, cum Ariani et catholici summa pertinacia se inuicem oppugnarent. Ceterum carmen centoni Vergiliano simile memoratu dignissimum est, utpote quod infelicissimum Italiae statum Germanorum migrationis tempore depingat. Inde c. 687, quod fortasse non recipiendum quis dicat, cum Germanicum quendam animum prodat: nec tamen id certum, formaque poesis prorsus est antiqua. Sequuntur Isidori uersus in bibliotheca eius positi, c. 664, c. 688—688c non distincta inter se; ecclesiastica quaedam; Prisciani periegesis (fol. 127 — 148 u.); deinde uersus duodecim sapientium (c. 495 — 590; cf. p. 49) usque ad fol. 153 r. Denique post carmina quaedam a Germano certe monacho conscripta[17]) et distichon Columbani

[17]) Quam bene sub patulae recubabas tegmine siluae!
Quam male nunc ustus es, miserande lepus!
Quam celeri infelix ibas per pascua cursu,
Quem nunc inplicitum sic mea mensa tenet!
Quae tibi securitas fuerat sub stirpe iacere:
Quis tibi persuasit sollicitare canes?

Quinque puto tremulas carpentes faucibus herbas

Omnis mente pius fugiat mortale uenenum,
Quod mulieris habet lingua superba male

nitidum illud distichon 689, dein uersus Sibyllae, ecclesiastica uaria prosaria, fol. 157 c. 689[a], sententiaeque litterarum ordine compositae sequuntur, folio autem 159 codicis continuatio abrumpitur. In rebus orthographicis perpauca huic codici uitia insunt, qui inde a fol. 47 ad finem eadem manu scriptus est. Biniones inde a fol. 51 numeris insigniti sunt.

De codice Bellouacensi iam dixi. Pergam ad *Parisinum 13026* olim Sangermanensem 1188, qui ab Eutyche grammatico incipiens eique uersiculos librarii[18]) subiungens ad '*Maronis Virgilii aepithomas XII*' (fol. 11—60) progreditur; glossarium sequitur (*Ango stringo* usque ad *Abrotanū. mulier*); fol. 41: *Hos uersiculos Cruindmelus composuit . . ex multis grammaticorum libris excerpta;*

Siluiculas capreas distentas lacte misellas,
Quas rapuit subito mors insaciata periclis
Abstulit et clara mundi de luce sagitta.
Sed sub morte nouem fuerant hac arte repertae,
Gestabant quoniam clausos sub uentre tenellos
Hac sine luce capros fulua sub pelle quaternos.
Cum quibus una fuit sterilis quoque forte petulcus
Quintus (eratque caper lasciuo incensus amore).
Quattuor ergo nouem faciunt, quas quinque secuntur.
Hoc ego ut potui digessi cuspide stili;
Parere namque tuis uolui, Sacer optime, iussis. —
'Gramine florigero cornutam pasce capellam,
Illius ut uestrum ualeat lac tendere uentrem.'
Non uobis tumidum fert ipsa misella capella,
Quod solis uapore exaruerunt gramina siluae,
Nec uirides carpit flores nec densa salicti,
Illius ut lac nostrum possit tendere uentrem.
Pascere tu precipis: cupiam apparere iussis.

6 q̃m clauso *T* 7 quaterno *T* 8 C quib; *T* sterelis que *T* 9 infestus *T* 10 Quartus nouem ergo *T* cuspyte *T* 12 parere: *cf. u.* 19. 14 la *T* 17 salecti *T* 19 *num* cupiamque? iussa *T*

[18]) *Qui cupit exercere mea dicta omnia plane,*
Paulatim somnus delectet illum hominemque.
Discite me pueri, gaudet tunc cor quoque uestrum.
Linquite uos reliqua acta, sumite me quoq. solum.
Vsque adeo firmus potero ẽẽ pectora ũra.

fol. 44—75 Prudentius; fol. 75r. c. 507—518 et (75 u.) c. 555—557, 2. Statim sequuntur c. 717 et 718; deinde post formas *esto* et *estote* explicatas carmen elegiacum *De pasione Hypoliti beatissimi martyris* (fol. 75 u. — 78 r.), *Auieni fabulae* (— 84 r.), c. 642, c. (84 u.) 645, 392, 393 (cf. in Addendis). Boethii et Capellae quaedam sequuntur. In anthologiae carminibus ad Vossianum q. 86 hic proxime accedere liber uidetur, nec tamen nisi uulgatissima eius continet.

Cum in c. 719 a Martenio pendeam — nam codex Corbeiensis ubi nunc sit nescio — et in 720 a Mommseno, ad *Parisinum 4841* transgrediar, haec dicere contentus, post 722 epitaphia Christiana quattuor extare, primum quidem (teste codice Paris. 8319) Albini, tertium Leonis papae, ultimum Augustini Anglorum apostoli; in secundo Carolus rex memoratur. Etiam fol. 93 Albini et fol. 99 Bedae carmina inueni. Itaque illud *Alcuini uel. et Clementis* (cf. ad 723), quod nonnullos fefellit, ad uerba *Ex V. C.* in schedis Heidelbergensibus adscriptum, significat, Albinum (Alcuinum) et Clementem (Prudentium poetam) in eo codice ex parte legi.

De sequentibus non habeo quod dicam. C 725 et 726 Neroniani aeui sunt, ab eclogarum Vergilianarum imitatore composita. *Codex Parisinus 8440* a Symphosii (u. Addenda) et Aldhelmi aenigmatis incipit, ita tamen ut c. 728 sq. in summo folio 1r. praecedant. Post Aldhelmum fol. 37r. hi uersus extant paulo recentiore manu scripti:


Vnde tuos, sodes, uoluisti tendere gressus?
Quaeq; soli uasti transisti competa nota?
Aut quae progenies genuit te semine claro?
Et quo pompiferoq; uocaris nomine, lector?
Dic, ubi dormisti transactae tempore noctis?
Quis tibi dulciferos uictus concessit opimos?
Atque filoxiniae (sic) *transdux̃ munera tanta?*
Et monstra fabulas nobis, gratissime doctor,
Magnificas, uolumusque tuas audire loquelas,
Quo modo terrigenae se densant foedere pacto;
An proles placidae conspargunt semina pacis,

Vtrum inter soboles accrescunt proelia dira[19])
Armatus cecidit coetus seu lite duelli
Candida sanguineique oliuarent iugula nimbi.
Clarus quis doctor docuit te tempore prisco?
Cum quo praecipuo discis nunc rite magistro?
Aut quos mellifluos explanas famine fastos?

Hos uersus excipit Eugenius '*contra aebrietatem*' et c. 658: cuius optimus est fons, nisi quod Mignii codex Toletanus hic illic etiam melior, qui tamen ad eandem familiam pertinet. Nam et hi duo soli non omnia haec de philomela carmina in unum confuderunt. Deinde c. 730, quod nolim antiquitati abiudicare (cf. c. 205. 209); c. 390; *uersus* (fol. 39 u.) *de triclinio papae*; *uersus de mensibus* sapphici si dis placet, quibus fol. 40 codex finitur. Ecce prima eorum stropha:

Oriens annus Ianuarius mensis
Fit inquid nouus xp̄i ꝑ aduentum,
Currunt undique sidera per astris,
Hyemps canescit.

Vossianum in quart. 33 accuratius describere nolo, cum in Keilii gramm. lat. III p. 389 sqq. id iam factum sit. Quae ad meam rem in hoc libro miscello spectant, haec sunt: fol. 58 r. extat c. 727, 15 — 22 cum hac figura quaestionis solutionem ostendente:



Fol. 73 r. — 75 r.: carmen 731, quod Lactantii scriptoris illius ecclesiastici esse et rem cum Christiana fide quodammodo cohaerentem tractare nemini dubium erit, qui

[19]) Versus 12 et 11 transponendi sunt. Non est indigna memoratu haec discipuli alicuius monachalis ad amicum natu maiorem alius scholae discipulum epistula.

tractatus p. 195 adn. adlati finem considerauerit. Possis fortasse inde efficere, Lactantiani poematis finem perditam esse ibique poetam humanam Phoenicisque resurrectionem comparasse; ad quod coniciendum me inclinare fateor. — Fol. 115r. ad 116r.: '*Prisciani*' c. 486; sequitur usque ad fol. 127 *lib̃ Prisciani ad Simacũ de figuris numerorũ*. — fol. 132r. post Rufinum: c. 732; c. '*Prisciani*' 645; c. 627; c. '*Catonis*' 664. Deinde post librarii uersiculos[20]) c. 26 sine titulo; c. 484; fol. 134 u. metrica quaedam. — fol. 159r. *Explicit lib̃. IIII. Catonis. Incipit uersus de filomella* (c. 658). — fol. 176: Scotti cuiusdam uersus de alphabeto, quos L. Muellerus mus. rh. XX 357 edidit, a meo opere aetate sua alieni, Symphosii imitatione insignes.

Carmen 736 antiquum esse non contendo, nec tamen neglegere uolui, cum superstitio dierum Aegyptiacorum antiquo iam aeuo ualde propagata fuerit. Atque de Parisino 8069 cum iam dixerim, ad c. 742—759 pergo.

De his carminibus quid sentiam, in uniuersum iam exposui ann. philol. 1868 p. 698 sqq. 710. Scilicet omnia Claudiani fere aeuo scripta eique argumentis et quantum licuit stilo similia nonnullis eius codicibus nescio quo errore postea irrepsere: Vaticanum *(V)* dico, Ambrosianum *(M)*, Cuiacianum *(C)*; a reliquis absunt.[21]) De *VM* nil nisi ea quibus usus sum nota esse doleo, ut ne de ordine quidem carminum constet; nec tamen dubito quin L. Muellerus Wilmannsii collationibus usus plura de eis prolaturus sit. *C* non nouimus nisi ex primo folio ed. Claudianeae a St. Clauerio Parisiis a. 1602 publicatae: sed inde iam efficere possumus, recentia apographa *v* et *a* ex *C* uel ei simillimo deriuata, sed

[20]) *Ardua scriptorum prae cunctis artibus ars est.*
Difficilis labor est duriusq; flectere colla
Et membranas bis ternas sulcare per horas.
Quare, lectores, praecelsum poscite diuum,
Vt procul apellat, quicquid scriptoribus obstat.

[21]) Apparebit hinc, cur c. 759 Claudiano uulgo tributum ei abiudicans huc receperim: cf. adn. h. c.

in breuius redacta esse (ita, ut exemplum proferam quod indagare licuit, c. 760 in *v a* deest, erat autem in *C;* cf. adn. ad h. c. Claudiani tamen stilum id nequaquam sapit). — Quorum *v* descripsit Th. Mommsenus CIL. I p. 412 et Herm. I p. 133 sq.; *a*, quem ante oculos habeo, sunt schedae illae Diuionenses, de quibus fasc. I p. XXXII dixi quaeque ex Salmasiano et hoc Cuiaciano concinnata sunt. In quibus cum ordo carminum solutus, ordo autem librorum *VMC* ignotus sit (nisi quod 742, Claudiani in sphaeram Archimedis, 751, 749, 750 hoc ordine in *V* legi Heinsius ed. Burm. p. 22 testatur), ordinem libri *v* seruaui, praemisso ut maximo omnium c. 742, subiectis titulis 754 sqq., de quibus ita Clauerius '*Erant praeterea in uet. codice et schedis Gnosianis* [apographo recenti, ni fallor] *multa et uaria opuscula neque bella satis neque genuina meo iudicio, qualia sunt haec praecipue* [754—758]'. C. 1121 Mey. quod in *VM (C)* non extat, cum praeter *v a* in reliquis quoque Claudiani codicibus legatur, ut genuinum eius opus omisi.

Parisinus 12117 olim Sangermanensis 434 ab initio c. 486 continet, titulo a m. pr. omisso; fol. 138 r. c. 761 legitur, fol. 147 r. *Bedae* carmen (389 Mey.), quod p. XXXVIII contuli. folio 172 u. extat '*Prisciani*' c. 679. Plura de libro astronomica plerumque et ad temporum rationem spectantia complectente dicere non uacat.

Praetermissis nonnullis, ad *Parisinum 8319* peruenimus, qui post Aratorem Fortunatum Bedam epitaphia quaedam, inter quae fol. 40 u. c. 668, Maximianumque continet; deinde fol. 44 r. c. 687, fol. 45 c. 491, 767, 768 et post ecclesiastica quaedam fol. 49 r. c. 720 extat. Catonis disticha et Eugenii uersus contra ebrietatem fol. 54 u. c. 683 excipit, deinde a fol. 55 u. ad 59 u. Symphosii aenigmata (cf. Addenda), inde a fol. 60 prosaria nonnulla leguntur. 767 sq. ed. pr. Quicheratius bibl. de l'école des chartes s. I t. II p. 144.

In edendis c. 773 — 782 Ribbeckium non rectam iniisse uiam puto, cum librum recentissimae notae (Helm-

stadtiensem a. 1470 scriptum) primarium ducem sequeretur. Contra id quod in his carminibus ubique fere uerum inueni, libros quo uetustiores eo sinceriores esse, id hic quoque accidit, si quidem librum *B* ex Grossei collatione iudicamus: quam solam utpote Scheleri illa qua Ribbeckius utebatur multo meliorem ego adhibeo. Rationem meam neglexi in eo quod c. 776, 778, 781, 782, quae non in Bruxellano sed in Rehdigerano tantum saec. XIV uel XV extant, hic iam posui: quod quidem feci, quia omnium horum fons primarius idem fuisse uidetur omniaque ad unum aliquem librum archetypum Vergilii nomine praeditum redeunt. Omnia non Vergilii quidem, at antiquissima puto; ad c. 782 cf. quae dixi ann. philol. 1870 p. 282: quod e Vergilii libro epigrammatum sumptum uidetur. Sed et 776 Vergilii ipsius esse potest, in quo si scribimus

Pallide, mole sub hac, Calidi, es (iniuria saecli!),
Antiquis sospes non minor ingeniis sqq.

L. Iulii Calidii epitaphium prorsus ei aptum habemus, quem 'post Lucretii Catullique mortem multo elegantissimum poetam' fuisse Cornelius Nepos testatur uit. Att. 12, 4.

Carmen difficile explicatu Aemilio Probo seu mauis Cornelio Nepoti in libris multis appositum hic non tangam. — 784 sq. antiqua esse ualde dubito, sed dedi quod alterum Augustino tribui uidetur. — De 786 cf. adn. — 787 primo carmen fuisse, deinde recentiore tempore inscriptioni Romae adhibitum esse puto. — 788 in Hamburgensi Vergilii cod. saec. IX non extare Hermannus Schrader beneuole me edocuit. — 789 Euclerium illum senatorem christiana ueteri religioni miscentem Boetii indoli et fere aeuo tribuerim. — Nec 791 excludendum puto, cum Patricius Hiberniae apostolus quinto iam saeculo floruerit. Num sit editum, nescio. Codex lectu difficilis Hibernicus est olimque in urbe Armagh seruabatur. —

Codex Parisinus 3761 saeculo XIII forma octaua scriptus inde a folio 62 r. ad fol. 75 u. alia atque reliqua manu poemata multa continet medii aeui pleraque. In-

cipit ab illo *Nobilibus fueras quondam constructa patronis*, quod edidit Wernsdorfius PLM. V III 1356; sequitur c. 734, c. 631, c. 630, c. 683; *Comparatio uirtutum* leoninis uersibus ut sequentia quaedam scripta; post quae epitaphia hominum Francorum, epigrammata deinde a Presselio (revue de philologie I p. 407 sqq.) partim edita, c. 796 sq. intermixtis, quae quamquam medio aeuo adscribenda certissimum habeo, tamen propter Martialis imitationem in omnibus eis conspicuam hic addam.

(1) *Rufini natam Graecus uehementer amabat.*
Hic scortum petit, haec pro coitu pretium.
Hic munus pro nocte dat, haec pro munere noctem.
Quod dederat, repetit mane. puella negat.
Nactus conueniens tempus, cum mater adesset,
Rem quasi commissam postulat. illa silet.
Dum silet, obiurgans rem mater reddere iussit.
Noctem cum pretio uir tulit, illa nihil.

(2) *Olim diues eras, nunc es de diuite pauper*
Factus. quid facit hoc? sola superfluitas.
Alea, Bacchus, amor meretricum fecit egentem:
Numquam qui sequitur haec tria, diues erit.

Ad Cherulum

(3) *Cherule, tu cenas apud omnes, nullus apud te.*
Alterius siccas pocula, nemo tuum.
Vel tu redde uicem uel desine uelle uocari;
Dedecus est, semper sumere nilque dare.

Ad Quintinum

(4) *Et fugis et culpas, Quintine, superfluitatem:*
Hoc uirtutis amor non facit, immo rei.

(5) *Ad cenam saturum, ieiunum ad pocula Plancus*
Me uocat. in neutro sum tibi gratus ego.

(6) *Tura piper uestes argentum pallia gemmas*
Vendere Milo soles, cum quibus emptor abit.
Coniugis utilior merx est, quae uendita saepe
Nunquam uendentem deserit aut minuit.

Horum epigrammatum ultimum Martiali ipsi in codice Anglicano tribuitur, de quo in ed. majore Martialis disseruit Schneidewinus. Intermixta autem his omnibus carmina sunt medii aeui originem nullo modo celantium, uelut *De Christo* uel *De Adam*. C. 793 ante

illud ad Quintinum (uide supra); post illud ad Milonem aliaque leonina mediiue omnino aeui (inter quae est quod de ceruisia agit) c. 794, quod antiquum putauerim, positum est. Sequitur Hildeberti *Qui solet ante alios Cicerone disertior esse* et c. 795, Hildeberti *In noctem prandes, in lucem, Turgide, cenas*, alia, inter quae etiam Ouidii Amorum III 11, 35. 36; c. 786, Epitaphium Hertae Odonis filiae, Hildeberti *Nuper eram locuples multisque beatus amicis*, eiusdem *Par tibi Roma nihil, cum sis prope tota ruina*, (B. *III 5.* M. *395)* alia medii aeui. Apparet, omnem hanc syllogam e medii aeui potissimum poetis consarcinatam esse, nec tamen antiquiores prorsus deesse; quare ea carmina quae et re et sermone ab antiquitate non aliena mihi uisa sunt recipienda esse duxi.

Fabulas a Nicolao Perotto transcriptas Aesopias n. 799 — 830 dedi. Codex Perotti, cuius aetas ignoratur, deperditus est; primus edidit ex apographo peiore Neapolitano Cassittius (Neap. 1809) ante Iannellium (Neap. 1811), primus ex Vaticano meliore, quem 'desinente saeculo XV uel initio subsequentis' scriptum iudicat, Maius class. auctt. e Vatt. codd. III 278 sqq.; optime ed. Orellius (ed. Phaedri Turic. 1832 p. 115 sqq.; append. p. 9 sqq. ubi etiam c. 798 p. 242 legitur). De quibus cum multum disputatum sit, Phaedrine sint necne, antiquaene an recentes, eaeque etiam res inter se confunderentur, satis clara fit res ipsius Perottiani prologi uerba contemplanti *Non sunt hi mei, quos putas, uersiculi, sed Aesopi sunt, Auieni et Phaedri, Quos collegi . . . . Saepe uersiculos interponens meos.* Quid si fabulae Auieni 30, Phaedri 32, aliae horrida uersuum structura facile dignoscendae ipsius Perotti in ea sylloga occurrunt, nonne fide dignior est ipse *Aesopo* reliquas tribuens, quam Neapolitanus uaniloquus Phaedrum in partes uocans? Quem *Aesopum* nec medio nec recentiori aeuo tribuendum esse, uersuum bonitas aperte monstrat; antiquo iam tempore nec fortasse eo postremo eum falso nomine Phaedri imitatorem extitisse

credo. Quare has fabulas a me recipiendas esse, cum olim negauerim, nunc intellexi.

Carmina 831 — 854 nonnisi cum magna recentioris originis suspicione me recepisse fateor. Quamquam Symmachorum quoque Aniciorumque indoli ea congruere negare nolim, qui de 'priscis' (831, 2) ita loqui et imagines illustrium uirorum ueteris aeui in atrio compositas talibus uersibus exornare potuerint. Dubius itaque, cum iam Meyerus anthologiae addiderit, remouere ea non ausus sum. De 855 cf. adn. h. c. Primus ea edidit Maius class. auctt. e Vatic. codd. III p. 359 sqq. Eadem prorsus quae dixi in carmina 856 — 863 quadrant, quorum bina de Assyriis, de Persis, de Amazonibus, de orbis terrarum dominis agunt.

866 sq. antiqua esse uidentur; primum de Veneris cum Amore statua rosam auream crinibus gerente, alterum de amuleto Gorgoneo agit. Reliqua ad 873 usque antiqua esse nec affirmo nec nego: idem de reliqui numeri multis dico. Auieni carminis 876 'codex Vossianus' (qui ex ed. Veneta descriptus fuisse potest) deperditus est; extat fortasse Panormi in bibliotheca senatoria codex Auieni quo Victor Pisanus in editione illa principe curanda utebatur, cf. Phaedrus ed. Orellius p. 141. — 877 quamquam ex Mazocchio notum pro inscriptione nemo habebit; antiquum tamen uix crediderim.

Sequuntur 878 — 881 carmina Claudiano uulgo affixa, prorsus tamen ab eo aliena. Quod editionem principem Camertis (Viennae a. 1510) non uidi, doleo, quae fortasse aliquid lucis dedisset; nunc in Aldina ex ed. Burm. acquiescendum erat. Eiusdem omnia poetae esse possunt. — 882 ultimae antiquitatis carmen quod uir quidam doctus Varroni obtrudit non mirari non possum. — 883 sq. Nemesiano adscripta recipere fortasse non debui, nec tamen id nomen omnisque carminum traditio quae dicitur tam certa est, ut a supplemento meo aliena uideantur; ceterum 883 saltem antiquum esse nullus dubito. — 885 quod 'lusum nouicium scite fac-

tum a Mureto aliquo' Buechelerus dicit, non habeo quo repugnem. — Ad 890 sqq.: In Bineti libro post c. 690 — 715 haec leguntur: *Ista quae subiiciuntur uel ex V. C. manusc. clariss. I. C. Iacobi Cuiacij uel ex munere Ios. Scaligeri* [i. e. ex cod. Vossiano q. 86] *habui, nonnulla et in Italia conquisiui* [haec sunt 890 — 892]: deinde habet c. 112. 436. 145. 132. 181. 891. 88. 217. 156. 793. 196. 224. 892. 732. 760. c. 870 M. 387 M.; c. 890 in praefatione habet.

De sequentibus pauca habeo quae addam. 893 lucida illorum temporum imago est, quo Christianorum iam erant urbes, deorum cultores tantum 'pagani' in agris supererant. 894 sqq. recentia esse fere affirmauerim. In magno illo carmine 897 Ouidium infeliciter imitante pentametrorum prior et altera pars non solum persaepe similiter exeunt, sed etiam paenultima idem patitur (*Deposuisse deum non puduisset eum* u. 62, cf. 24, 32, 44, 50, 70; cf. etiam 82 *Electusque Paris arbiter esset eis:* quae omnia medii aeui artem olent).

Nec de Pithoei carminibus accuratius agam, suum cuique iudicium relinquens quae antiqua quae medii aeui quae recentia putare uelit. Ipse Pithoeus de opera sua p. 581 ita disserit '. . *plura non modo dubiae uetustatis, sed et recentiora ac nostri fortassis saeculi. quae ex aduersariis . . sine delectu congestis facile inrepserunt, eius potissimum incuria qui ea primum excerpenda et in mundum redigenda susceperat.*' M. Tullius ille qui sit (c. 903) nescire me fateor, sicut c. 889 de Iulio Caesare nil certi scio. Marcelli de medicina carmen rusticas formas nominum (*nasturcum* 39, *bedella* i. e. βδέλλα 51) exhibet.

Manutiana carmina 914 — 917 quod recepi, quamquam antiqua esse non spopondi (p. 297), iam nunc paenitet. Nam ut alia taceam, *turris* illa in monte Capitolino posita (914, 35) medium aeuum aperte ni fallor monstrat. Adde quod Catulli coma Berenices antiquitati uergenti ignotissima erat: ad cuius exemplar quod

916, 8 factus est, recens aeuum et quidem post Catullum saeculo XIV denuo inuentum carmini assignat.[22])

Denique a c. 918 ad finem Caspari Barthii polyhistoris carmina posui. De his iudicare ut ad liquidum res perducatur, plane difficile est. Diligens enim, quamquam iudicio omnino destitutus, codicum scrutator erat Barthius, nec desunt in quibus nondum cognita ab eo reuera inuenta esse constat, cf. c. 766 quod Andreae oratori ille primum tribuit (aduers. LVI 16), nescius hoc nomen multo post, Aldhelmi arte metrica a Maio publicata, confirmatum iri. Nec tamen idem fraudis suspicione uacat, quotque uersus celerrime effudere potuerit ipsum iactantem legas aduers. II 15. XIV 15 all. Memorabile etiam, carmina 'Vestricii Spurinnae' nomen utcunque mentita 918 — 921 et christianum illud 928 dicendi cogitandique genere ni fallor satis simili scripta esse. Quae cum ita essent, meum putaui, omnia in conspectu ponere, suo cuique iudicio relicto. Ceterum plurima, si ficta, scite ficta sunt. Codicum, quos commemorat, praecipuus est (si quidem extitit) Martispurgensis, ex quo carmina 918 — 921, 932 — 934, longum carmen christianum (adu. XLIV 17) peruigiliique Veneris fragmentum Senecae adtributum se habere dicit; cf. ad 918.

II

Eo iam peruentum est, ut quae Meyerianae farraginis carmina carminumue fragmenta mihi omittenda fuerint, prout res postulet, vel breuiter indicem vel fusius enarrem. Et primum quidem quod in prioris fasciculi praef. p. VI dixi, me omnia ea carmina uel fragmenta, quae a quouis antiquitatis scriptore afferantur, omissurum, hoc quid efficiat iam accuratius ex indice subiecto elucebit. Sumpsit Meyerus (in plurimis

[22]) Quod uero *E Beronicaeo* legitur 916, 8, prout in Catulli codicibus *Ebore niceo*, id ad recentis aeui suspicionem firmandam adhibere nolim, cum *Beronica* forma nominis recta a Catullo adhibita sit.

Burmannum, is uero Pithoeum Scaligerumue secutus) ex Varrone carmina 33. 59. ex Cicerone carmina 5. 16. 17. 19. 21. 52. 61. 62. 63. ex Liuio c. 6. 9. 10. 11. ex Festo c. 7 (cf. Seruius). ex Seneca rhetore 71. 119. 121. 124. ex Velleio 772.. ex Seneca philosopho 16. 17. 84. 126. 127. 132. 846. ex Petronio 57. 1615 a. ex Plinii H. N. 67. 607. ex Quintiliano 65. 743. ex Plinii epp. 193. 195. 196. 197. ex Martiale 80 (Augusti epigramma). ex Suetonio 64. 68. 72 — 75. 83. 118. 760. 774 — 778. 781 — 788. 790 — 794. 844. ex Apuleio 15. 20. 58. 208. 226 — 229. ex Gellio 12. 23 — 28. 36. 38. 53. 54. 60. 120. 140. 773. 1004. ex Terentiano Mauro 174. 191. 192. 224. 1700. ex Nonio 18. 21. 34. 35. 37. 39 — 49. 51. ex Chirio Fortunatiano 81. 573; etiam 850. ex Diomede 78. 81. 174. 238. 239. ex Historiae Augustae scriptoribus 22. 206. 207. 212. 795 — 811. ex Lactantio 17. 29. ex Macrobio 55. 56. 63. 120. ex Augustino[23]) 32. 570. 620. ex Orosio 14. ex Sidonio 261. ex Rustico 856.[24]) ex Prisciano 78. 125. ex Fulgentio 179. 240. ex Isidoro 76. 78. 82. 116. 570. ex auctore de ultimis syllabis (Gramm. Lat. ed. Keil. IV p. 219 sqq.) 205. ex Phoca 287. ex commentatoribus: Terentii Donato 31. Vergilii Probo 50. 98. 113. de 222 cf. Donat. Vergilii Donato: 98. 222. Vergilii Seruio 7. 78. Vergilii Philargyrio 123. Horatii 79 (e Cruquianis). 780. Lucani 71. 141. Iuuenalis 30. 198. 199. 779. ex Altercatione Hadriani et Epicteti: 1553. 1554.

[23]) Ex eiusdem de ciu. Dei XVIII 23 uersus Sibyllae in tot codices singillatim defluxerunt ut anthologiae huic ceteroquin aptos putares.

[24]) Hoc epigramma, quia Rustici ad Eucherium papam epistula nemini in promptu est (ed. Sirmondus ad Sidon. p. 34), hic addere libet (=B. II 180, cf. Aen. I 607 — 609):

Virgilium uatem melius sua carmina laudant,
In freta dum fluuii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet.
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

In his maximus numerus est fragmentorum Varronis (34 — 51), Ennii (15 — 22), Ciceronis (60 — 65), Maecenatis (81 — 84), Lucilii (29 — 31), Laberii (54 — 56).

Deinde omittenda erant carmina quae poetarum eorum quorum opera integra extant uel sunt uel esse putantur eorumque in codicibus inueniuntur et editionibus adiciuntur. Ipse Meyerus iam omisit Germanici Arateorum uersus, quos Burmannus V 51 posuit, sed qua erat timiditate ultra non ausus est progredi. Ego haec expunxi: Catulli (ap. Ter. Maur.) c. 1700. Tibulli c. 1695. 1696. Domitii Marsi, quod est in codicibus Tibullianis, de Tibullo: 122. Ciceronis Arateorum u. 320 sqq.: 1028.[25]) Petronii 151 — 169. 171. 172. 173. Vergilii Catalecta (85. 86. 89. 90. 92. 93. 94. 100 — 106) et Copam 107, quibus addendae sunt Dirae incerti auctoris 108. Martialis: 201 — 203 (Mart. liber epigr. 29 — 32). 204 (I 116). 558. Hoc ex Martial. III 66, 1 — 4 *Par scelus admisit Phariis Antonius armis* sqq. et Mart. V 69, 7. 8 *Quid prosunt sacrae pretiosa silentia linguae* sqq. recenti ut puto tempore conflatum et *Valeriani* nomine ex Valerio Martiale errore facili detorto inscriptum est. Primum extat fonte non indicato, in G. Fabricii Roma ed. 1587 p. 156, quo libro uetera recentiaque mixta continentur. — Quae sub Martialis nomine H. Iunius aliique ediderunt et Schneidewinus in appendice ed. mai. collegit, ea praeter ea quae ex *A* edidi ad unum omnia medii aeui puto, nec quidquam antiquitatem redolent. — Porfirii uersus: 237. Symmachi 266 — 273. Ennodii 264. —

Eugenii Toletani 386. 387. Inter eius enim poemata utrumque carmen inueni in codicibus Parisinis saeculi IX 2832 et 8093 signatis, 387 etiam in codice

[25]) Hos uersus in cod. Valentiano 330 bis saec. X inueni fol. 77 u., ubi a Meyeri textu hisce discrepant: *Uersus de XII signis.* 2 *genuș* 4 *cancri* 5 *Nunc* 9 *sagittapotens* 10 *ore*] *corni — uadarepgit* 11 *locũ — orbẽ.* —

Thuaneo 8071 saec. IX — X inter eiusdem epigrammata, ut codicis Zwetalensis inscriptionem *Iuliani* carmini 386 additam a Scaligero commemoratam inter errores referendam putem. Quod uero 387 a Bineto *Domini Euantii* esse dicitur, eius erroris causam statim aperiam: nam et in aliis Eugenii libris carmen 669 Domni Euantii Eugenianis intermixtum legitur, et id in libro 8071 ante ipsum illud 387 positum est. Ceterum ne quis habeat quod desideret, utriusque carminis codicum cum textu Meyeriano collationem instituam (*a* est 2832, *b* 8071, *c* 8093). 386: De inuentoribus litterarum *ac* 1 Mo$\overset{y}{i}$ses *c* ebreas *c* 4 fenices *ac* 5 *ut ap. Mey.* 2 Abraam siras *ac* caldaicas *ac* 3 minori *ac* egyptias *a* egiptias *c* 6 prompsit *a* ietarum q̃as *c.* uersus secundum codices ordinaui. — 387: De animantibus (animatibus *b*) ambigenis (anbigenis *c*) *abc* 1 Hęc *a* anbigene *c* constat *b* 2 conmixtus *c* 3 creatur *abc* 4 titirus *abc* obibus *c* ouis *b* hyrcoq; *b* 5 musmonem *abc* ex *om. abc* uerbeno *abc* 6 aque *b* adque *c* 7 Ad *b̃c* catula *abc* quoeundo *c* liciscam *abc.*

De Ausonio cf. supra p. XVIII.

Postremo loco dicendum est de Claudiano, cuius editionibus inde a Camertina anni 1510 carmina 878—881 adiungere solent nullo neque interno neque externo testimonio adiuuante. Quare haec si quae alia digna duxi quae in supplementum meum reciperentur. Quae uero ex ipsis Claudiani codicibus Vaticano Ambrosianoque recepi, de eis cum longum esset omnia repetere quae in ann. philol. 1868 p. 698 sqq. 706 disputaui, ad hanc dissertationem legentes refero; cf. etiam p. XXVII sq. —

Omittenda fuerunt deinde, quaecunque medii aeui esse uel certa testimonia extant uel internis sed eis certissimis de causis apparet, neque exceptionem admittendam duxi, si quae medii aeui carmina res ad antiquitatem quodam modo pertinentes tractarent, sed ea alius propriaeque collectionis esse puto. Medium autem aeuum inde ab initio saeculi VII me computare in so-

lisque Hispanis etiam ultra hunc terminum me paullulum euagari iam in fasc. I p. VII dixi. Omisi igitur c. 389 M. quod in solo codice Parisino 12117 saeculi XI in eoque *Bedae* adscriptum inueni[26]) quodque Wandalberto Prumiensi tribui dicitur in cod. Bruxell. 10615 — 10729 saeculi XII; omisi c. 393 quod est *Theodulfi* III 9 ed. Sirmondi; omisi *Hildeberti* Cenomanensis episcopi carmina a Meyero recepta, quae sunt haec: 395 et 879 — quorum illud '*Par tibi Roma nihil, cum sis prope tota ruina*' (cuius uersum Gulielmus Malmesburiensis lib. IV Hildeberti nomine addito laudat) in Hildeberti ed. Benedict. p. 1134 extat, hoc '*Vix scio quae fuerim, uix Romae Roma recordor*' pars est maioris poematis hisce uerbis '*Dum simulacra mihi, dum numina uana placerent*' incipientis et ib. p. 1135 sub titulo *Item idem de Roma* extantis. Eiusdem generis, ut obiter hoc moneam, sunt uersus de urbe Roma apud Wernsdorfium V III 1356 editi '*Nobilibus fueras quondam constructa patronis,*' quos in codice Paris. 3761 saec. XIII inueni, quique in ed. Bedae a. 1563 Basiliae edita p. 538 cum aliis quibusdam de Treuerensium urbe compositi sunt. — Porro omisi Hildeberti ad Odonem (ed. Bened. p. 1333) uersus (912 M.) '*Nil artes, nil pura fides, nil gratia linguae*' et Meyeri c. 921 quod in ed. Bened. p. 1333, in codice Parisino 7596 a saec. XIII fol. 171 r. inter reliqua Hildeberti carmina, sed ab alia manu alio atramento eodem tamen saeculo scriptum repperi: '*Formula uiuendi praesto est*

[26]) A Meyeri editione his in locis codex (fol. 147 r.) discrepat: Vers' domni Bedę ad cōponendũ orologiũ. 1 m̃ses (*sic plerumque*) 6 spacio conectit 7 tibri in sp'erã 9 Ianua 10 horas 11 aeque 14 hisdem 20 q 21 moetas 30 quę 31 romonebit
dani 33 ḍọc̣ẹḅịt 36 męta 37 uarios 38 s; 41 *deest* 45 extensa 53 caedendi 55 supp̃mas 60 cohercet 62 fingit 76 *post* pedibus *trium litterarum spatium uacuum* usque] q; (*fol.* 147 *u.*) 78 *post* Vndenis *manus recens* olarum *addit in spatio a m. pr. relicto* clarum *om. m. pr.* 79 cęlo 80 septa. —

tibi: pauca loquaris,'[27]) quodque medium aeuum aperte prae se fert. Quod uero in eodem et aliis codicibus Hildebertianis intermixtum est de Hermaphrodito c. 786, id errore aliquo huc uenisse et uere ex antiquitate fluxisse mihi persuasum est cf. ib. Denique quod c. 668 in codice Turonensi Hildeberto adscriptum esse in ed. Bened. p. 1369 narratur, falsum esse eo arguitur, quod in Valentiano 373 saec. IX iam extat, e quo edidi. Obiter moneo, carminum eorum quae Presselius (revue de philologie I p. 403 sqq.) ex cod. Par. 3761 edidit, multa in codicibus et diu iam in editionibus Hildeberti inueniri; quae edidit ex cod. Par. 7999, omnia esse medii aeui.

Praetermisi porro Marbodi c. 640 M., Alani ab Insulis c. 396, Gerberti c. 394 omninoque et quae uersibus leoninis scripta sunt (840, 855, 885), et quae singulorum uersuum finibus inter se consonantibus, quamquam ceteroquin arte metrica non destituta, ab antiquitate segreganda sunt c. 1058 et 1110, et quae praeter fines consonantes rhythmica quoque uersuum structura medium aeuum ostentant c. 990 et 991, cuius quidem coniunctionis minutula quaedam et popularia iam Romanis nota erant uelut c. 280 sq. ed. meae, non autem tam magna et exculta.[28]) Carmen 989 M. autem sola arte

[27]) Varietas lectionis a Meyeriana haec est; *Titulus deest.* 2 ut^{i}sq. 4 poscat 5 ac] & — od˘is 6 et idē illū.

[28]) Nec tamen mihi temperare potui, praesertim in re tam difficili diiudicatu, quin haec carmina in adnotatione saltem legentibus repraesentarem. Inuenit ea Niebuhrius in Vaticano codice 3227 Ciceronis oratt. Philipp. manu saeculi X scripta, edidit mus. rhen. III p. 7 sqq.

990 M.

O Roma nobilis, orbis et domina,
Cunctarum urbium excellentissima,
Roseo martyrum sanguine rubea
Albis et uirginum liliis candida,
Salutem dicimus tibi per omnia,
Te benedicimus: salue per saecula.

rhythmica, nullis uero uersuum finibus inter se consonantibus compositum eodemque est rhythmo scriptum quo threnus ille de Oedipode, quem Maur. Schmidtius philol. XXIII 545 ex Statii cod. Rehdigerano saeculi XIV edidit, qui incipit '*Dixi patris infausta pignora, Ante ortus damnati tempora; Quia uestra iacent corpora, Mea dolent introrsus pectora*' et iam finibus con-

Petre, tu praepotens caelorum clauiger,
Vota precantium exaudi iugiter!
Cum bis sex tribuum sederis arbiter,
Factus placabilis iudica leniter,
Teque precantibus nunc temporaliter
Ferto suffragia misericorditer!

O Paule, suscipe nostra peccamina,
Cuius philosophos uicit industria.
Factus oeconomus in domo regia
Diuini muneris appone fercula,
Vt, quae repleuerit te sapientia,
Ipsa nos repleat tua per dogmata.

991 M.

O admirabile Veneris idolum,
Cuius materiae nihil est friuolum,
Archos te protegat, qui stellas et polum
Fecit et maria condidit et solum.
Furis ingenio non sentias dolum;
Clotho te diligat, quae baiulat colum.

Saluto puerum non per hypothesim,
Sed serio pectore deprecor Lachesim.
Sororum Atropos ne curet haeresim,
Neptunum comitem habeas perpetim,
Cum uectus fueris per fluuium Athesim.
Quo fugis, amabo, cum te dilexerim?
Miser quid faciam, cum te non uiderim?

Dura materies ex matris ossibus
Creauit homines iactis lapidibus.
Ex quibus unus est iste puerulus,
Qui lacrimabiles non curat gemitus.
Cum tristis fuero, gaudebit aemulus.
Vt cerua fugio, cum fugit hinnulus.

Addam etiam c. 989 M.

(‘Galli poetę ioci’ ed. pr. post Pindarum Thebanum, Fani a. 1505. Codicem nullum noui praeter Florentinum 91, 26

sonantibus posteriori quam c. 989 M. aeuo originem debere arguitur.[29]) —

Deinde reieci c. 1074 M. '*Dulcis amice, bibas gratanter munera Bacchi*' quod uenationis accipitrariae commemoratione u. 11 facta ('*Vnguibus accipitris captam rogo percipe praedam*') ab antiquitate alienum esse apparet. Extat in codice Sangallensi 573, quocum Schenklius contulit l. saepius l. p. 43. Omisi ut par erat, epitaphium Henrici tertii imperatoris (828 M.), cuius u. 1—4 in cod. Parisino 6630 saec. XIII sub Vergilii nomine afferuntur; propterea ut puto, quod 'Caesarem' nomine

anno 1464 scriptum, ubi Bandinio teste inter Ouidiana sub titulo 'In iocis Galli poetae'. Etiam Gudiano Guelferb. 342 s. XV ex. inesse dicitur.

Lydia bella puella candida,
Quae bene superas lac et lilium
Albamque (*lege* Album, quae) *simul rosam rubidam*
Aut expolitum ebur Indicum,
Pande, puella, pande capillulos
Flauos, lucentes ut aurum nitidum.
Pande, puella, collum candidum
Productum bene candidis humeris.
Pande, puella, stellatos oculos
Flexaque super nigra cilia.
Pande, puella, genas roseas,
Perfusas rubro purpurae Tyriae.
Porrige labra, labra corallina,
Da columbatim mitia basia.
Sugis amentis partem animi,
Cor mihi penetrant haec tua basia.
Quid mihi sugis uiuum sanguinem?
Conde papillas, conde gemipomas,
Compresso lacte quae modo pullulant.
Sinus expansa profert cinnama,
Vndique surgunt ex te deliciae.
Conde papillas, quae me sauciant
Candore et luxu niuei pectoris.
Saeua, non cernis, quod ego langueo?
Sic me destituis iam semimortuum?

[29]) Cf. Lenormant in biblioth. de l'école des chartes I 1 p. 321 sqq., qui simile carmen tempore Chlotarii II regis Francorum factum affert aliudque ex Vita S. Droctouaei, saeculo qui sexto uixit, resuscitare quamquam frustra temptat.

non apposito poeta in his alloquitur: *Caesar, tantus eras quantus et orbis; At nunc exigua clauderis urna* sqq. Dicendum iam est de aenigmatis uel problematis quae n. 1059—1065 Meyerus exhibet, V 119—125 Burmannus. Quorum ego n. 1061 sub n. 727 edidi, quamquam antiquum esse (cf.. etiam Muellerus ann. philol. 1865 p. 217) affirmare nolo; omnes — nisi quod de 1060 prorsus nihil Burmannus affert — in codice olim Claromontano, tunc Meermanniano, qui nunc uidetur in Britannica liberi Baronis de Philipps bibliotheca n. 1694 extare (cf. Haenelii catal. librorum mss. p. 850.) post rhythmos Gibuini saeculi X scriptoris erant. De Hugone Metello ut auctore c. 1063 — 1065 Meermannus cogitauit. Ad medium certe aeuum 1065 hac hominum enumeratione '*cleris agricolis militibusque*' (u. 6 *eques* est pro milite, ut in c. 870 M.) u. 2 refertur; 1064 eius iam temporis est, quo Arabici quos dicimus numeri noti erant, id quod non factum est ante annum 1100. Scilicet aenigma, cui corruptelam inesse iam Meermanus uiderat, sed cuius sanandi uiam non inuenerat, hoc est:

In lauro residens bis sex uolitare columbas
Aspiciens dedit hunc forte columba sonum:
Si numerus duplici bis cresceret ordine uester,
Essetis centum, me uolitante simul. —
Vt te non lateat uolitantis summa cohortis,
Ex triginta tribus extitit illa cohors.

Versus 1 non 'pugnat cum ultimo uersu,' si legimus *bis tres*. Intellegendus autem est triginta trium columbarum numerus, Arabicis scilicet numeris *33* scriptus. Hic numerus *duplici ordine*, i. e. et triginta et tribus crescentibus, *bis* crescit, i. e. primum ad 66, deinde ad 99 augetur. Ita u. 4 optime intellegitur, simulque solutio uersibus 5 et 6 apposita rectam se probat. — Si igitur haec aenigmata medii aeui et alterum quidem posterioris medii aeui partis habenda sunt, in reliquis autem nil prorsus est, quod non eidem tempori aptius sit quam antiquitati, si porro ipse codex, qui est saeculi XIII (cf. Burm. ad V 118), praeter Symmachiana

quaedam sola opera medii aeui, uelut Iuonis, Anselmi, Hildeberti, Hugonis Metelli, Gibuini continet, non uideo, cur reliqua illa aenigmata mihi exhibenda sint;[30]) praesertim cum illud ipsum aeuum aenigmatum satis studiosum feraxque fuerit. Nam 1061 M. (727) quidem ex alio fonte edidi: in quo et ipso Nigrorum Candidorumque oppositionem antiquam esse mihi non credibile est. Quare alia quoque, quae ex hoc codice Meermanni innotuerant, antiquitati abiudicanda puto, cui nullis quoque causis internis abiudicantur, quin 1033, 5 sq. dictionem ab ea alienissimam exhibent. Sunt autem haec:

Summa Virgilii in his uersibus continetur (B. t. II p. 726. M. 861)

Feruet amore Paris. Helenam rapit. utitur armis
Graecia. Pugnatur. diruta Troia iacet.
Exulat Aeneas, fugit, aequora circuit, intrat
Italiam. Turnus uincitur. Alba manet.[31])

Anni diuisio (B. V 64. M. 1033)

Bis duo tempora sunt anno, menses duodeni,
Hebdomadae decies quinque duaeque simul.
Ter centum decies senos cum quinque diebus
In se collectos quilibet annus habet.
Horae sunt centum per septem, mille per octo,
Sex per dènarium, si numerando probes.

De quattuor temporibus anni (B. V 65. M. 1034)

Ver aestas autumnus hiems sunt quatuor anni
Tempora, quae currus lustrat, Apollo, tuus.
Ver sua grana serit, fouet aestas semina, fota
Colligit autumnus, lecta recondit hiems.

[30]) 1059 *Vt tot emantur aues, bis denis utere nummis* — 1060 *Pulcra domus terris fuerat sub tempore prisco* — 1062 *Vxor abit duplex, redit una, meat quoque duplex* — 1063 *Aedificat centum graduum collectio scalam* — 1065 *Bis sex conuiuis bis senos diuide panes* sqq.

[31]) Aut u. 1—2 interpolati sunt aut in inscriptione legendum est *Homeri et Virgilii.*

De rustico ebrio (B. V 129. M. 1069)

Rusticus ad tectum gressus referebat ab urbe
Errans ac titubans, pectus agente mero.
Sistit iter, potum geminat, furor occupat artus,
Exulat a sensu mentis aitque sibi:
'Stulte, quid egisti? uas istud proiice! certe
Fortior est pedibus cantharus iste tuis.
Tres habet iste pedes, at tu gemino pede constas.
Quo merito tripedem deuehit ergo bipes?'
Finierat. uas deponit. cui sic ait: 'audi,
Amphora, curre, trium diceris esse pedum!
Tu me fortior es. quid ais? iuro tibi: claua,
Si cito non properes, es luitura moram.'
Dixerat. illa silet; stat stultus, concipit iram,
Insanas armat ebria claua manus.
Percutit et frangit uas, uinum defluit, ansa
Stricta fuit, 'glut glut' murmurat unda sonans.
Credit glutonem se rusticus inde uocari;
Dedecus inpositum noluit ergo pati.
Totum uas minuens manus ebria duplicat ictus,
Ad finem 'glut glut' duplicat unda sonum.
Mentis inops exulque sui, post omnia stultus
Ad tectum fracto uase reduxit iter.

Haec igitur carmina omnia, quamquam ultimum natiuo quodam et uiuido colore delectet, ab anthologia remoui. Remoui etiam *de pica dialogismum* (V 151 B. 1085 M.) similibus causis ductus, qui est hic:

Albedo. Nigredo. Pica. Natura.

A. *Sis mea candida, sis.* N. *Non, sed mea nigra uoceris.*
Nat. *Candida nec dici nigra nec esse potest.*
A. *Es mea.* P. *Non.* N. *Mea.* P. *Non; naturam consulo.* Nat. *Libram*
Dirigo: respondet pondere libra pari.
Nec tua nec tua sit; dubius color errat in illa,
Qui diuisorem nescit habere suum.

Potui remouere etiam 762, quod non antiquum esse et mihi fere persuasum est et Schenklius ostendit ber. d. kais. akad. 1863 p. 51; potest tamen sexti esse saeculi, quare non omisi, praesertim cum multas uoces Romanorum insolitas habeat. Item c. 687 secludere nolui, quod cur Miloni S. Amandi monacho anno 872 mortuo Oudinus in suppl. scriptt. eccles. II p. 236 tribuat, quem plurimi secuti sunt, equidem nescio; codicum enim ne antiquissimi quidem ullum auctoris nomen praebent. Denique hoc adnotandum est, eorum quoque carminum quae in syllogam meam recepi, non pauca esse quae medio aeuo equidem adscribere maluerim, nullis autem certis causis huc illucue trahentibus adesse potius quam deesse uelim: cf. indices.

Iam ad recentioris aetatis carmina ab anthologia excludenda pergentes in transitu ad carmina 'codicis Io. Gerhardi Vossii' peruenimus, quae non pauca Burmannus dedit ex schedis N. Heinsii manu exaratis, 'Epigrammata quaedam vetusta ex codice v. c. Iohannis Gerardi Vossii descripta' inscriptis, quae uoluminis Heidelbergensis (n. 358. 44) partem efficiunt. Qui codex Vossii num hodie extet, nescio; nil de eo memoriae proditum alibi inueni. Pauca quaedam eius ex Vossiano suo II, i. e. Leidensi bibl. publ. no. 78, quem ex editione uetusta desumptum conicit, profert Naekius ed. Val. Caton. p. 369 sqq., quae pauco infra asterisco notaui. Continent autem eae schedae, ut meam sententiam proferam, praeter ea quae ex aliis anthologiae codicibus nouimus prorsus nihil quod non medio uel etiam posteriore aeuo scriptum sit. Quod ut probem, singula earum carmina enumerabo.

1. *Militis uxorem clamidis mercede subegit Clericus et piperis clam tulit inde molam* sqq. (B. V 197. M. 1126). Hos uersus ab antiquitate alienos esse et ad posteriorem medii aeui partem pertinere, qua poetae in clericos ludibria frequenter factitabant, apparet.

2. *Pius Papa in laudem Homeri. Viuet Maeoni-*

des sqq. Distichon Pii II siue Aeneae Siluii Piccolominii (mortui a. 1464), cf. infr. n. 19 et n. 6. 7. 20. 44.

*3. *Virgilius in laudem Homeri.* (B. II 173. M. 254), quod n. 788 ex aliis libris edidi: u. 1—4.

4. *'Ouidius.' Ipse licet uenias Musis comitatus, Homere, Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.*

*5. *Alexandreis*; tetrastichon ex Gualteri de Castellione Alexandreide: *Arbitror augmentum* sqq.

6. *Pius pater summus in laudem Homeri. Argumenta, locos, uersus totumque poema*[32]) sqq. (B. II 181. M. 857); quos Pii II uersus Burmannus sagacitate incredibili pro antiquis uenditauit.

7. *Idem Pius in laudem eiusdem. Viuet Maeonides* sqq. decem disticha.

8. *Carmen Galiēi imperatoris* (B. III 258. M. 232) ex Trebell. Poll. Gallien. c. 11 sumptum, quod auctius ex Bineti codice edidi no. 711.

9. *Iulii Caesaris. Thrax puer* sqq. c. 709.

10. *Caesaris de Cesto formoso* (= Martial. VIII 46).

11. *Nota. Est orare ducum species uiolenta iubendi Et quasi nudato supplicat ense potens* (B. V 206. M. 1135). Extat etiam cod. Valentiano 178 saec. XII fol. 145 inter alios medii aeui uersiculos.

12. *Ridiculum de uetulis* (= Martial. I 19).

13. *De promotis ad dignitates. Optimus esse soles, te fecit honor meliorem; Aestimo, quod fies de meliore bonus* (B. V 210. M. 1139).

14. *De inconstanti muliere:* Propertius II 9, 1—4. 19—20.

15. *Epitaphium Iugurtae. Fratris caede madens, Numidarum rector iniquus, Hostis item Romae pulsus ab arce ruit* (B. II 22. M. 728). Aliud epigramma in Sallustii cod. Leidensi 403 a. 1438 scripto extat: *Qui cupis ignotum Iugurte noscere lethum, Tarpere* (l. *Tar-*

[32]) Cum Meyero confero: 3 *sumpsit Ulissis* 4 *Cartagoque* 6 *laeto* 8 *laeto* 9 *Drances* 11 *quicquam* 12 *Quatuor—Paridas.* '*f. pandas*' in mg. Heinsius.

peiae) montis pulsus ad ima ruit. Versu 2 poetarum alter alterum imitatus est.

16. *Virgilius in laudem Caesaris. Caesar tantus eras quantus et orbis* sqq. (B. II 153. M. 828). Hi primi quattuor uersus carminis in obitum Henrici III imperatoris (mortui a. 1056) scripti sunt! cf. Wattenbachius Anzeiger f. kunde der deutschen vorzeit 1867 p. 4 et supra p. XLI.

17. *Epitaphium Senecae:* c. 667.

18. *Epitaphium Ouidii* = Ou. Trist. III 3, 43—76.

19. *Epitaphium parentum Pii Papae: Siluius hic iaceo, coniux Victoria mecum, Filius hoc clausit marmore Papa Pius.*

20. *Pius ad poetam: Discite* (ex *Desine* ab ipso Heinsio correctum) *pro numeris nummos sperare, poetae: Mutare est animus carmina, non emere* (B. V 211. M. 1140); cf. quae dixi ad n. 6.

21. *Adriani Augusti de forti milite* (B. II 118. M. 209): c. 660.

22. *Hectoris Troiani uirorum strenuissimi tumulus* (B. I 102. M. 241): edidi n. 631.

23. *Aliud eiusdem;* hexameter leoninus: *Troum protector Danaum metus hic iacet Hector.*

24. *Epitaphium Achillis*; edidi no. 630 (B. I 98 M. 1614).

25. *Aliud eiusdem: Hectoris Aeacides domitor clam incautus inermis · Occubui, Paridis traiectus arundine plantas* (B. I 97. M. 638).

26. *Epitaphium Alexandri. Sufficit huic tumulus, cui non suffecerat orbis. Cui nimis angusta* (adde *est*) *res, fuit ampla nimis* (B. II 15. M. 702). Extat et in Horatii cod. Leid. 353 saec. XV, ubi u. 2 sic: *Res breuis ampla fuit, cui fuit ampla breuis.*

27. *Epitaphium Antenoris. Hic iacet Antenor Pataninae conditor urbis, Proditor ipse fuit quique sequentur eum.* In Antenore commemorando multi erant medio aeuo Itali, cf. 693. 694 M.

28. *Ouidii:* uersus de Vergilio quos n. 1 edidi, praeter praefationem.

29. *Sulpicius Carthaginiensis. Iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis* (B. II 174. M. 222), hexastichon ex Donati uita Vergilii descriptum.

* 30. (B. II 196. M. 837)

Diruta quae flammis olim Maro Pergama dixit,
Iam flammis[33]) *moriens iussit et igne dari.*
Non tulit Augustus rapuitque ex ignibus ignes
Et tristi e busto tot sacra busta tulit.[34])
Quae uestra, o Teucri, Vulcanum iniuria laesit?
Neptunus certe dignior ultor erat,

Hexastichon ad praecedentis carminis u. 5 et 6 (*Infelix gemino cecidit prope Pergamos igni Et paene est alio Troia cremata rogo*), quae quidem proprium carmen efficere puto quaeque Probus in uita Vergilii reliquis non subnectit, similitudinem effictum uidetur.

31. *Pastor arator* sqq. c. 872 (B. II 213. M. 249).

32. *De grege pasto, rure sato, duce nempe subacto*
Nec lac nec segetes nec spolia ulla tuli!

(B. II 204. M. 866). Et hoc ut 31 (cf. ib.) in cod. Gothano extat.

33. *Aliud. Pascua rusque canens peragraram, bella sequebar,*
Nondum finieram Virgilius: perii.

34. *Aliud. Siluas rura acies cecini. mihi Mantua mater,*
Nomen Virgilius, Parthenope tumulus.

(B. II 205 sq. M. 867 sq.). 31—34 disticha ex certamine poetico orta puto ut c. 507—518; cf. ad 34 inprimis c. 511.

35—39. Vergilii epitaphium notissimum (M. 98); anthol. n. 256. 257. 261. 263.

* 40. *Laus Virgilii. Alter Homerus ero uel eodem maior Homero, Tot clades numero* (*mumero* cod.) *dicere si potero* (B. II 179. M. 855); medii aeui distichon leoninum, quadruplici consonandi artificio notabile.

41. *Basilii*, 42. '*Caesaris*', 43. '*Ouidii*' de Vergilio carmina, quae edidi n. 634; 672; 1, 1—10.

33) flammis *Heins.* flammas *cod.* iusserat ipse *Burm.*
34) tulit *cod.* ducum *Burm.*

43. *Atimeti et Homonoeae* epitaphium (B. IV 142. M. 1274), in Gothano quoque ad n. 31 memorato obuium.

44. *Pius papa contra podagram: Si sacer est sanguis Christi de corpore fusus* sqq. tetrastichon.

45. *In laudem Salustii* (= Martial. XIV 191).

46. *De indigna sepultura quae est epita'ʒ Licini tonsoris Octauiani:* c. 474 (1 *paruo* 2 *nullo*).

47. *Vacca de cauda per congelationem amissa* (B. V 179. M. 1109):

Cum superest, nihil est nihiloque minus, quod habemus;
Cedat: et est magnum, quod fuit ante nihil.
Nil mea cauda fuit, mihi dum coniuncta maneret;
Maxima sed, postquam desiit esse, fuit.

48. *Epitaphium uaccae ex muscis morientis quod cauda caruit* (B. V 180. M. 1110):

Quae dum stulta fuit, doctos docuisse probatur,
Haec postquam sapuit, uermibus esca datur.

Cum c. 48 syllabis et in mediis et in ultimis uersibus consonantibus medio aeuo posteriori tribuatur, similitudo argumenti ab antiquitate prorsus abhorrentis etiam praecedens huc collocat.

49. *Fides ficta* (B. V 207. M. 1136):

Qui se multorum fidei committere curat,
Auguror hunc leuiter posse carere fide.
Menstrua quaeque fides faciem cum tempore mutat,
. . . .

50. *Indigna promotio asinorum* (B. V 208. M. 1137):

Regna licet teneat sceptrumque leonis asellus
Iuraque det populo, semper asellus erit.
Asperior tamen est, in sede leonis asellus
Si positus fuerit, quam fuit ipse leo.

51. *Indigni mores huius saeculi* (B. V 209. M. 1138):

Fit de nocte dies, tenebrae de luce serena,
De stulto sapiens, de sapiente nihil,
Fit Cato mentis hebes, linguam facundus Ulysses
Perdidit: instabiles nunc habet aura (*aula* Heins.) *uices.*

Catonem pro summae sagacitatis exemplo adhiberi medii aeui est, quod Dionysii Catonis distichis deditum

erat; antiquis Censorius Cato seueritate et simplicitate, Vticensis animi fortitudine incluti erant.

52. Epitaphia Ciceronis, quae edidi n. 603 et 614, et aliud, quod etiam in Mediceo 76, 20. (n. 784).

Horum igitur omnium carminum apertum est nullum praeter ea quae in aliis codicibus anthologiae inseruientibus inuenimus praeterque maiorum poetarum fragmenta tunc notissimorum ullum antiquitatis uestigium prae se ferre. Quae omnia cum uel in nullis codicibus uel in eis qui saeculum XV non excedunt extent, ea quoque quae nullis externis indiciis, uelut leoninis uersibus uel Pii Papae commemoratione, ad posterius aeuum referunt, antiquitati abiudicare ausus sum, cui nulla re alia nisi Burmanni licentia obtrusa fuerant.

Reliqua iam recentioris aetatis carmina a Meyero originis partim non inscio admissa quam breuissime enumeremus. 112 Antonii Telesii siue Thylesii poetae Consentini est qui uixit saeculo XV (= B. I 135), cf. Meyer. ad h. c. — 114 et 115 odas 'Horatianas' saeculo proximo confictas et a. 1760 publice editas uerbo tetigisse sufficit. — 190 (= B. VI 94) non est Turni, sed Balzacii poetae Gallici saeculo XVII uiuentis, id quod aperte constat e Balzacii editione a Menagio Parisiis a. 1665 duobus grandibus tomis curata, ubi tom. II p. 38 libro carminum tertio sub titulo 'Ficta pro antiquis'[34]) et altero illo 'Indignatio in poetas Neronianorum temporum ad nobilissimum Sammauranum Montauserii Marchionem — majoris operis fragmentum' carmen 72 uersuum extat, cuius u. 13 — 42 nostrum poema *(Ergo famem miseram aut epulis infusa uenena* sqq. cf. I. p. XV.) efficiunt. Haec me edocuit Baehrius u. cl. oblata Eggeri Parisiensis ad se epistula cf. etiam L. Muellerus mus. rh. XXV 436 sqq. — Quod cum ita sit,

[34]) Quamquam tom. I p. 612 de eo ita dicit: *Le fragment, qui est après l'épigramme* (239), *a esté tiré d'un parchemin pourri en plusieurs endroits et à demy mangé de vieillesse!* 'après': i. e. post 239 in magno litterarum munere amico cuidam misso.

neque c. 1073 (B. V 135) '*Spemque metumque inter, rebus male natus agendis'*, inscriptionis c. 877 a Mazocchio primum editae neque ipsius antiquae paraphrasim, a Balzacio dissert. XXVII ad Sarasinum luci donatam, ab alio atque ipso Balzacio profectum esse credo. — 580 Leonardi Arretini est; cf. Meyer. h. l. — 670 (B. I 149): *Quos habet unus amor, quos perdidit ensis et unus, Vna habet extinctos marmoris urna duos'* sqq. inter carmina Porcelii Itali saec. XV poetae extare Burmannus ostendit; qui cum idem carmen etiam in codice Huydecoperiano 'quo Epigrammata nonnulla antiqua et recentiora continebantur' legi doceat, eiusdem poetae aliorumue eius aeui ea quoque carmina quae ex hoc codice n. 856 — 863 edidi, quaeque neque ad antiquum neque ad recens aeuum sine dubitatione referri possunt, credi possint. Ceterum cum *urnam* Pyrami et Thisbes hoc carmine Porcelius celebret, obiter reliquas urnarum epigraphas apud Meyerum extantes hic componam: sunt enim Antenoris c. 694, Atestes 645 et 693, Pallantis 690, Stesichori 708, Scipionis 724, Hasdrubalis 726, Statii 842, Germanici (a Michaele Marullo scripta) 758, Vespasiani et Titi 770, pleraeque ne habitae quidem pro antiquis ab eis qui primi ediderunt. — 710 '*Romulus adgreditur regnum'* sqq. Cuspinianus qui ad Cassiodor. fast. p. 68 primus edidit, 'Monastica cuiusdam nostratis poetae' appellat (Germani igitur alicuius sunt); idem ibid. p. 60 carmen 1561 '*Primus in Italia Ianus'* sqq. affert, quod 'Quidam nostrae aetatis insignis poeta' condiderit. Vtrumque Burmanni oscitantia recepit. — Deinde disputandum est de quibusdam epigrammatis n a r r a t i o n e s i o c o s u e apud antiquos scriptores occurrentes in uersus redigentibus, quae ideo hic componere in animo est, ut unusquisque quantillum fidei antiquitati eorum sit iudicare possit. Carmen II 128 B. 63 M. '*Vigilantem habemus consulem Caninium. Qui consulatu somnum non uidit suo'* ad Macrobii exemplar II 3, 6, eadem uerba nisi quod *suo* post *consulatu* ponit exhibentis, a Scaligero p. 218

(qui *Qui* omittit) factum est. — C. 789 M. II 78 B. '*Ternos uetusti congios Falerni . . . Exinde plebs Quiritium uocauit Non Claudium Tiberium Neronem, Sed Caldium Biberium Meronem*', quod Suetonium Tiber. 42 '*propter nimiam uini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero uocabatur*' imitatur, Bonciarius Epistt. p. 301 sq. primus 'e codice epigrammatum Latinorum inuento in monasterio quodam Aruernorum' et Burmannus patruus ad Suet. l. c. 'ex schedis Mss. Goldasti' ediderunt; recens esse omnes consentiunt. — Sic et c. III 217 B. 987 M. '*Formosissima, Lai, feminarum, Dum noctis pretium tuae requiro, Magnum continuo petis talentum. Tanti non emo, Lai, poenitere*' ad imitationem Macrobii II 2, 11 factum est; quod cum Binetus qui primus edidit Martialis nomine in codice insignitum dicat, Mart. et Macr. breuiatis formis inter se confudisse uidetur (edidi n. 892).

E Graeco in Latinum sermonem antiquo iam aeuo epigrammata uertebantur, cuius rei exempla et alia et in scriptoribus hist. Aug. extant; ita Germanicus Caesar 708 et 709 e Graecis uertit etiamnunc extantibus, Apuleius c. 712 e uersibus Menandri perditis, Ausonius c. 647 ex Hesiodo. C. 490 Tiberiani, saltem quoad sententias, e Platone translatum dicitur. Valde autem dubito, num Antipatri illud anth. gr. VII 15

Οὔνομά μευ Σαπφώ· τόσσον δ᾽ ὑπέρεσχον ἀοιδὰν
θηλειᾶν, ἀνδρῶν ὅσσον ὁ Μαιονίδας

antiquo iam aeuo in illud quod habemus 709 M II 210 B. conuersum sit:

Tantum ego carminibus superaui Sappho puellas,
Maeonides quantum uicerat ante uiros

quamuis Pergami latine extare codex Moroni teste Burmanno doceat; ego potius a Cyriaco Pergami Graece inuentum et sine fraude in Latinum conuersum puto. Sed meum non est, de inscriptionibus disserere. Quare breuiter moneo, c. 582 ex inscriptione apud Appian. bell. ciu. I 97 conuersum primum apud Apianum inscrr.

p. 193 editum esse. — 1077 (= Hesiod. ἔργ. κ. ἡμ. 289 sqq.) a Guarino Veronensi Latinum factum est, cf. Bandinii catalogum II p. 306 de cod. Medic. 39, 9 saec. XV. Primus ed. Duebnerus e cod. Gothano saec. XV in ann. philol. VIII (1828) p. 309. — In c. 909 (707 M.) haesito, utrum Pithoeus an alius quis recentiorum Latina apposuerit. — c. 871 ex Appiano, cuius nomen in alio codice Gothano anni 1495 additum est, conformatum esse uidetur, cf. ad h. c. — c. 1545 M. (B. I 22) ex Meleagri ep. 113 uersum primus edidit Binetus. Hanc quoque uersionem recentem puto; nullo saltem codice confirmatur, uideturque ex eis unum esse carmen quae Binetus 'in Italia conquisiuit.' — C. 1551 M. recentissimo tempore, post primas demum Apuleii editiones, ex Orpheo apud Apul. de mundo 37 conuersum est. — Denique carmina ea, quorum recentes scriptores Meyerus ipse indicat, haec sunt: 1537 — 1543. 1546. 1547. 1566. 1567. 1568. 1569. 1576. 1580. 1581. 1582. 1593. 1594. 1599. 1604. 1606. Sed et 1595 et prosarium illud 1605 (etiam 1574 prosa oratione constat!) recentia esse quiuis primo obtutu animaduertit.

In fine huius capitis inscriptiones et antiquae quae sunt et quae non antiquae, genuinas et spurias enumerabo, quae in Meyeri sylloga extant et alteri uolumini operisque socio relinquendae sunt. Numeris Meyerianis nomino: 1. 2. 3. 4. 8. 13. 189. 193. 278. 563. 572. 578. 579. 582. 589. 591. 592. 593. 594. 595. 597. 600. 601. 602. 604. 607. 608. 609. 610. 622. 623. 624. 625. 628? 629. 645. 679. 690. 693. 694. 708. 709. 723. 724. 725. 726. 758. 761. 770. 812 — 819. 822 — 827. 829 — 832. 841. 842. 847. 848. 864. 881. 882 — 884. 886 — 890. 898. 930. 934. 936. 1002. 1008. 1016 — 1019. 1071. 1145 — 1536 (praeter 1163, 1173, 1225, 1318, quae sub numeris 712, 683, 684, 722 edidi). 1543. 1548. 1549. 1550. 1555 — 1560. 1562. 1563. 1570 — 1576. 1577 — 1580. 1582 — 1593. 1596 — 1604. 1606. 1615. 1695. 1702. 1703. 1704. — In meo primo uolumine eae tantum

inscriptiones, quas aut codex Salmasianus exhibet aut ego in aliis libris inueni propterque conexum cum ceteris eorum carminibus praeterire non potui, receptae sunt; quas in indice enumerabo.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad Fasciculum I

p. IX. Hagenus ann. philol. 1869. *p.* 730 *etiam Cic. ad Att. I* 16, 18 *in certamen uocat, recte ni fallor.*

p. X. sq. De alio Ouidio, quod idem proponit, cogitari non licet, cum poetam illum pro uero Ouidio Sulmonensi se haberi cupere iam carminis 1 *praefatio doceat, praecipue u.* 1 — 2. *Cupiuit autem id uaniloquentia ductus, quia Ouidius summus erat illorum poetarum, qui post Vergilium florebant.*

p. XI. cf. nunc ad c. 4 *Mommsenus et Hauptius Herm. t.* IV *p.* 350 *sqq.*

p. XIV. In Cluniacensi monasterio librum A non fuisse Gasto Boissier in censura libri mei (revue crit. 1869 *p.* 201) *paene certum effecit, qui ad catalogum eius bibliothecae inter annos* 1158 *et* 1161 *conscriptum, quem Delislius (Cabinet des mss. de la bibl. imp. t. II) editurus sit, libri A mentionem nullam habentem refert.*

p. XV. Salmasium emendationes suas adscripsisse libro A, antequam Scriuerius hunc uiderit, testatur Scriuerii nota ad III 111 *Burm. (c.* 250, 1) 'Ms. officia; et emendatum offucias': *hoc enim Salmasius emendauit.*

p. XVII dele uerba 'et Philibertus de la Mare et,' *et scribe* 'consiliarius'. *Ipsum circiter annum* 1756 *codex A Parisios uenit, cf. Boissier l. c. Delislius l. c. I p.* 426.

p. XVIII sqq. Salmasii codex a. 1869 denuo a

me inspectus addenda haec praebuit: p. 196 illa Apici sqq. m. pr. addita sunt; p. 228 numerum XII in margine hodie abscisso olim extitisse putandum est; p. 262 sqq. manus quaedam saeculi fortasse XI uel XII rubro colore multa adleuit (foliorum ibi excisorum uestigia nulla inueni); quo fere tempore quae epigrammatis adscripta sint, denuo inuestigaui: durˇ super spretis scriptum p. 49 (c. 21, 44); fortasse iura super pia p. 105 (c. 199, 22); ħ populis in mg., ad 'propria' ħ addito, p. 179 (c. 354, 5); illud autem cypris eas p. 182 (c. 364, 4) in mg. A positum recenti potius aeuo additum est. — p. XXI: ad Senecae c. 232 (p. 121) rubro adscriptumst XXI; quod olim me fugisse doleo. Quare (cf. p. XXII) p. 134 liber XXII, p. 141 l. XXIII, p. 156 l. XXIV incipere putandus est. Ex illa autem re, quam p. XXII ex. memoraui, sequitur, libros XX et XXI partes unius maioris syllogae fuisse: quorum prior Coronato, Luxorii qui fortasse syllogam A instituit (p. XX) amico, sacratus erat. Etiam ad c. 22 (p. 81) numerus rubro adscriptus erat, sed erasus est, ut una tantum lineola appareat: itaque p. XXI adn. 12 recte suspicatus sum. — Litterae initiales librorum XVII (p. 108), XX (p. 118), XXII (p. 134), XXIII u. 18 (p. 142), XXIV (p. 156) uariis coloribus pictae sunt: non igitur singuli libri, sed librorum syllogae ita distinguuntur.

p. XXX sq. Obelus quem dixi nunc mihi uisus est recenti manu factus esse ubique; quare de eo nil olim disputatum uellem. Chresimon uero ubique a manu prima adpositum (de uno loco c. 353, 7 dubito) — quod etiam in Parisino 7496 saec. IX ad c. 486, 59 et in Turicensi 78 saec. IX—X ad c. 683, 19 et 684, 7 postea inueni, quorum uersuum posterior nullo modo ibi corruptus est — ex antiqua illa Suetonio memorata nota ortum etiamnunc puto, quamquam quid sentiam (χ et ρ litteras olim ☧ deinde ℞, nunc ℞ compositas esse) demonstrare typothetae non reddant facile. ceterum cf. Hagen l. c. p. 735.

p. XXXVII moysi *recte legi Hagenus ostendit cl. euang. Luc. 9, 33.*

p. XL fin. '*Omisi — dicam*' *dele.*

c. 1 *praef.* 8 *lege* 'c^{r}amine E.' 1, IV, 9 *fol. 39 r. in* E *incipit.* 1, VII, 10 *libri* E *uersum in contextu ponere debui; emenda* gentes sociae; flat bella iuuentus. *cf. c. 653, 48.* 1, VIII, 5 patria prof. *Muellerus.* 1, VI, 4 *fol. 39 u.* E. —

2, 4 continent *b* ns̃ra *E.* munere nostro *Muell.* 5 modulatur *E recte.* 8 sonos] melos *E recte. ad* 8 *cf. Aeneidis initii u.* 1 — 2.

3, 4 scenam cum euripo *Meyerus.* 4, 63 Ambieras *et* caedere *Buech.* 77 Attis *id.* 84 Soluere decreuit si pacta, foedera, leges *conicio* 107 Attis *Buech.*

5, 2 Quae cuncta generas et regeneras in dies *Buech. recte.* 3 Quae *id.* tuam] fidem *id.* 4 arbitra harumque omnium *id.* 6 reparas *cum B utique scribendum.* 27 Et hanc, *om.* ferre, *Buech.* 28 Veni, ueni *id.* 32 hoc *om. id.*

6, 7 Venite, adeste *Buech.* 14 *num* fecero ex uobis? 18 agam gratias *puto.*

Post 6 *inserendum est carmen acrostichon et telestichon* 6 a *ex euangeliorum codice saec. VI — VII uncialibus litteris a Scoto monacho scripto, in bibl. Maihingensi principum de Oettingen-Wallerstein seruato, fol. ult., unde ed. Wattenbachius anz. f. d. kunde d. deutsch. vorzeit* 1869 *p.* 292:

Lux mundi laeta, deus, haec tibi celeri cursV,
Alme potens, scribsi soli famulatus et unI,
Vt te, uita, fruar teque casto inueniam cultV
Rectaque per te ad te ducente te gradiar uiA.
Excelse cernis deus, quae me plurima cinguntT
Nota et ignota tuis male nata zezania satiS.
Tu sed mihi certa salus spesque unica uitaE.
Inmeritum licet, lucis facias adtingere limeN.
Verba nam tua ualida imis me tollunt AuernI;
Sola haec misero mihi te, uitam, dabunt seruulO.

Corrigere quidquam in carmine ultimam saec. VI (VII.?) rei metricae barbariem, uelut c. 481, *prae se ferente nolui.*

p. 21 Epigrammata *addendum erat: hoc enim titulo Salmasiani syllogam fuisse inscriptam ex adn. p.* 144. 246 *elucet*; *cf. etiam p.* 208.

c. 17, 48. Hoc *delendum puto. ib.* 311 *lege* 'Manes.'

c. 26 *in Vossiano q.* 33 *saec. X fol.* 133 *u. sine inscr. extat*: 1 respondi 2 dm̄ exoro — aruaque uiso 4 Inde 5 Tunc — palestra 6 ac foenore libens 7 cano ludo lauo caeno 8. 9 *desunt. Libri Br fons esse uidetur.* Auieni ũ. c̃. adamuscos alegro *inscr. cod. Regin.* 1360 *saec. IX teste Areuato ad Sedul. praef. p.* 74. *Sed cod. Leidensis* 348 *a.* 1470 *scriptus* Horatio *tribuit.*

c. 84: *in marg.* XIII *nigro colore sed a m. pr. additum est.*

88, 8 'Vrania' *num retinendum?*

92, 1 adque *retinendum.* occasu *A* (occassu *typotheta*).

124, 2 et . . maris *iam Meyerus.*

148, 5 solet quis scrupea *legendum?* carruchia *Buech.*

151, 2 acim *sic A*, *recte.*

In c. 160 *ut in* 256. 257 *Parisinus* 8093 *saeculo XI — XII tribuendus est*; *habet u.* 1 — 4. — 4: Sibilat hic moriens, hic gemit iste fremit *Paris.* 2773 *saec. XI, u.* 3 — 4 *continens.* — 6 serpes pene *Rehdigeranus.*

Codex Lipsiensis saec. X (cf. p. LXIII) haec carmina: 160, 3; 2. 31, 2 (Qui *et* ille). 39. 97 (dyra, *rell. ut A).* 674 (Ad puellam quam in somnis uiderat. 2 Dulcis 4 Somne] Me). 23 (Ad pictorem. 3 syrica 5 *deest*). 276. *Versus quos ad c.* 641 *dedi* (Turpe — mutilum — caput; *cum inscr.* De tinioso). 256. 259 (Abietine). 256 (2 habes). 257 (1 V. e. composui; *rell. ut C) continet, multis Martialis inmixtis, inter quae hoc est:*

Ad eum cum quo cenabat (*cf. Mart. I* 20)
Boletos solus sumens atque ostrea uoras:
Boletum, qualem Claudius edit, edas.

186 — 188 *continet cod. Berolinensis Santen. ms. Diez. B. 66 saec. IX, cuius lectiones sat corruptas ed. L. Muell. mus. rh. XXV 455.*

198, 57 coniunx] cons̃, *in mg. a m. pr* ĩun, *A*

199, 82 *lege* Berecyntia. 84 Oedippi *(tamquam ab* ἵππος *deriuetur) ponendum.*

217 *inscr.* amanti] amatae? *cf. u.* 20 *sqq.*

218, 2: *cf.* 715, 4.

221 *in cod. Gothano IV* 1047 *saec. XV extat*: Cupidinis. 1 feruet N. 2 alchidae, bachum. 3 *deest.*

232: *adde in mg.* XXI.

235, 5. 6 *lege* uirecta.

240, 15 uincatur *emendandum.*

256 *sq. cf. ad* 160. 256, 2 Commune *Donat. uulg.* 256 *in Bern. 626 s. XI est.* 258, 1 bacci *etiam C.* 261, 1 tegitur *etiam Phoca.*

268 *(quod in Vindobonensi 257 saec. XV extat) post Bourdelotum in duo epigrammata Buechelerus Q. Ciceron. p.* 20 *recte diuidit: qui Bosiani codicis carmen Ciceroni adscribentis testem falso perhibet Binetum, cum Vinetus fuerit.*

c. 286. *Symphosii codices*[35]) *anno* 1869 *contuli Parisinos* 5596 *saec. IX* (*F*), 8055 (*G*) *et* 8440 (*H*) *saec. X,* 8319 (*I*) *et* 2773 (*K*) *et* 8088 (*L*) *saec. XI. Ex his KL ad recensionem priorem, quam B dixi, FGHI ad alteram siue ad D pertinent. In sequenti enumeratione cum suae quemque librum recensionis restitutione mea ita conferam, ut grauiora tantum exhibeam, reliquis omissis.*

I Libri recensionis D.

1 — 17 *om. FI.* Incpnt enigm̃ Symphos̃ H; *post* 17 *habet G* 4 nobis semper *G* 12 diuersa *G* 18

[35]) *Romae codices extare saeculi noni Palatinos* 1746 *et* 1719 *Wilmannsius docuit mus. rh.* 1868 *p* 403.

utrumque *F* et m. *GHI* diuersa et munera *H* 20 Adte pars *F* 21 — 23 *om. F* 21 D. a. dĩ, semper uicina profundis *GI.* 23 magistri *H* 25 grauatum[r] *I* 27 multas *FI* 28 domus *FH* recludo *FH* sed cludo *I* 31 Vincor *et* uinco *F* 32 Sed *FH* 33 uiris *F* 34 De terra nascor *I* semper in imo *GH*] semper in alto *FI* 36 sunt *alterum om. F* 43 medias — auras] longa delapsa ruina *repetit G* 44 excipit *I* quia me *F* 46 connixa, *corr. m. 2, I* XII *ante* XI *GI; utrumque om. F.* Fluminei pisces *I* 54 formonsa *F* formonsę *I* 58 iam *om. F* 59 Iamque *F* me adhuc *(om.* natum) *F* XV *om. F* 62 .[ia]mea *I* XVII *ante* XVI *FGI.* 63 ne quid *F* 65 tamen *om. F* ipsas profici *F* 67 licicia ale *F* XVIII — XLIV *om. F* 72 Rauce sonans *GI* 73 quasi] qua *G* quaṣ *I* 76 seuo[duro] *H* (duro *m. 2)* predita *GH* prọdita[e] *I* 79 ipsa *H* 80 uidebat, *sed corr., I* 81 labore *I* XXIIII Gurgulio *GI* 92 romae *GI* troiae *H* XXVI Gruis *H* 97 Vtraque *GHI* conplexa *I* 101 sedeo *GI* (redeo *H*) XXX Pediculi *G* Peducleus *H* Peduculus *I* 106 sed tu *I* 107 Et si quid non capies *I* XXXI Fenix *HI* Fornix *G* 110 solos *GHI* mares *GI* 112 *om. H* cilicus *IG* sed non sum *GI* 116 multaque cum *GHI* 122 pecorum *GI* 123 fecundo *I* 126 patris matriś *H* 130 quae sum *I* 131 maritum *GHI* 134 quia me *I* 137 dormito *I* 141 latina *GI* 142: *GI cum B congruunt, quod abhinc saepe fit.* 143 terris *GI* unguor *HI* oliua *GI* 144 *GI = rec. B.* Cepe *I.* 149 quia *GHI* ullas *I* 150 Purpora *FI* robore *F; GHI = rec. B.* 152 sponsym *F* si possem *H* XLVI *om. F* 154 e *H]* sim *GI* Thus *FG* 156 medius *et* meror in ignis *F* 157 Et *GI* 158 *GI = rec. B* (negauit *I*). XLVIII — LI *om. F* Murra *I* Sucinum myrrae *G* 161 odor *I* frondi *H* 166 *GI = rec. B.* Sed calibis seu dura sũ precisa metallo *H.* LI *om. solus H.* 170 desinet *I m. p. G* LIII *ante* LII *GI.* 173 Et nunc *GHI. Inde ab* LIII *F omnia omittit prae-*

ter LVIII, LXXXIII, XCIX. Hamus *G.* 177 *GI* = *rec. B.* ferronis *pro* mucrouis *H* 184 Sed) Ad *I* LVII Galigarius (clauis *add. m. 2*) *I.* Clauis caligarius *G* LVIII Capilli *H* 191 mallo *F.* LIX Pila uel turbo *H* 192 compta capillis *GHI.* 193 mihi crines, *sed corr. m. pr.*, *I* 195 sum *GI* 196 sobolem *I* LXI *hic om. H.* Anchora *GI* 204 inhesit *I* 207 sunt mihi, *corr. m. pr.*, *I* quos unus *GI* 210 Septa *GI* pennis *I* 212 descendens *et* reuertar *H* LXVI *om. I* LXVII Laterna *G* 223 coruscis *I* 224 nisi si quod *GI* nisi quod *H* LXX Clepsedrus *GI* Clapsedra *H* 229 riuis *GI* 230 Est labor *H* Elabor *I* LXXIII Vtrus *H* Vtris *G* *qui u.* 234 *desinit.* 235 recedat *I* 236 *I* = *rec. B* Nunc mihi *H*, *fidissimus rec. D assecla.* LXXV. LXXIV *I.* 237 s hospes *I* 238 adfines *sed corr. I* 239 quoque *om. H.* Calix *H* 240 refugi *I* 242 de nimphis *HI* medios *et* in *H* ab undis *I* 249 scandimus *I* LXXIX Scopae *H* 253 iuncta *H.* Tintinabulum *H.* 255 *I* = *rec. B* 257 *I* = *rec. B* (*nisi quod* longe *cum A habet et* sed *om.*) LXXXI *om. H* Lacuna *I.* 258 est) sed *I* 259 que *om. I* redemita *et* cauata *I* 260 *I* = *rec. B* misera *et* me] ante). Conditum *inscr. om. H* 261 qui] quo *H.* in acetum *om. H* uersum *F* Vinum amarum *H.* — *I inscr.* = *rec. D, sed a m. sec.* 264 actum *F* 266 *ante* 265 *FH.* LXXXIIII (*in I ante LXXXII*) 267 Nomen habens grecum *I* 268 *om. I* 269 = *rec. D, deinde* = *rec. B* (dum *et* peregit) *in I* 275 mihi *I* quoque] q.; *H* pondus in illo (est *add. I*) *HI.* 278 corpora *I* 279: Stribilis *I* aerea *H* 282 sedes *H*, *olim in I* 290 *sq. iam post* 281 *in I.* 285 *I* = *rec. B* 287 *H* = *rec. B* 288 primum *et* duris *I* 296 *ante* 292 *in I.* peperit *I* Mulier cum geminis *H.* 294 seuus *I* 294: tenet *I*, *ubi* 294 *sq. in mg. additi.* 299 Qui id qꝫ habet *I* para˜ *I* Funabulum *I* 300 luciferum *I* 301 doctus *I* De VIII tollas VII et remanet VI *I* De VIII ut tollas VII et sex remanent *H* 303 credes *I*

304 tenens *I* 306 latentis *I* 307 huius mihi munera *I* 313 uarios *I* 314 uidit *F* claudit *ex* claudet *I* C: Sepulchrum *H* 315 relinquor *I* remanens *H* 317 uitae] mortis *I* *Hic H addit* LXI *sine titulo* (198 uno). Finit enigmata simphosii *I*, *om. H. In F duo Aldhelmi aenigmata tetrasticha addita sunt* (Ventus *et* Pauo), *deinde:* Explicit emigma symphosi. —

II. Libri recensionis B.

(Librum L cum non accurate contulerim, nil e silentio meo effici licet)

Incipit praefatio enigmatis simphosii *K* 1. 2 *om. K* u. 9 — 131 *folio exciso in K desunt. Aenigmata* 1, 4, 5, 7, 8, 10 — 18, 25 *extant in L, deest prologus.* 19 utrimque *L* diuerso munere *L* 27 magnas ////////// offero parua *L* 28 sic claudo *L* 58 iam] tunc *L* 71 conchilium *L* 92 romę *L*. — *K u.* 132 *sqq.*: 144 rursus dependo tumescens XLVIII Myrra 166 calidis 169 non piger et alter 173 Et tunc LVI Gallica 192 cōpta capillis LXVII Laťna LXVIII *deest* 224 nisi uel uiderit LXX Clipsidra 230 Et trador LXXII Hic tibus ligni 233 modico q. in ligno uehebat 236 Et mihi magna animae non nulla facultas 242 Infrigor lumphis 243 Magua m. d. moll. semper ab igni 244 Antesq. suco intus *sqq.* LXXVIII *hic deest.* 252 et *om.* 259 Auricula, *om.* que — redimita — cauato 260 misera — mea mater me dimisit LXXXIII V. uersum in acetum. 266 *ante* 265. 269 dum *om.* 275 totum pondusq; n. 88: Strigille. 295 Sedica — fato] medica 287 maesta *om.* 293 poena. n. 95: Fune ambulans. 96 *deest* 97: Echo 98: *iterum* Echo. 313 nulla dismine ueri 315 remansi 317 morti post] post oĩa; *deinde* n. 78: 251 Et simul. — Explicit enigmata symphosii. —

Iam et de Symphosii aenigmatis in Historia Apollonii Tyrii citatis, cum suas codicum eius narrationis collationes (e quibus libellum editurus sum) Tycho Mommsenus *liberaliter mecum communicauerit, multo accuratius quam antea iudicare licet. Ea*

aenigmata sunt: n. 11, 13, 89, 63, 59, 69, 77, 78; *quorum lectiones ad contextum meum enotabo, praemisso A* (*Laurentianum* 66, 40 *saec. IX*) *omnium esse optimum, sed mutilum; B* (*Tegernseeense fragmentum saec. IX*) *secundae familiae esse decus, β* (*Oxoniensem saec. XI*) *eam peius iam repraesentare.* XI *om AB.* refultans *β.* tacitus *om. β* XIII *om. AB.* innumerum *β* relinquo *β.* LXXXIX *om. AB.* intro per ignes *β.* *pro u.* 283 *sq.*: Circum (cicum *β*) data (*lege* Circumdat) flammis hinc inde uallata nec uror; Nuda domus, nudus ibi (nudusque huc omnis *interpolati*) conuenit hospes *β*; *uersus quartus nullus est.* LXIII *om. A.* adhaesit *Bβ.* tota *om. β.* limpha *β* quae se non *Bβ* profudit *β.* LIX. compta comis *A* (*ut Salmasianus*), uicta comes *B*, cincta comis *β.* et non sum *Aβ.* compta *Aβ*, nudata *B* (*fortasse* et non sum nuda: *sane sententiae hoc aptissimum est*). enim *om. B* mihi crines *AB* uidit *A cum Salm.* manibus *A* manum *B* (mittunt manus *β*) rursumque manu remittunt (*om.* in auras) *B.* [Sphaera *solutio est*]. LXIX est *secundum om. Bβ* Fulgur *AB* choruscus *A cum Salm.* r. l. c.] diuini sideris instar *B* (cf. 389, 39), radiata luce coruscans diuini sideris instar *β.* nisi quid (quid *om. B*) uiderit *AB* nisi in se quod uiderit *β.* LXXVII *om. Bβ.* Et prope cum sint pariter, non se pertingere possunt *A.* LXXVIII. qui *Bβ* scandit *A* (tendimus *Bβ*). continet] conserit *A*; *sed hic uersus* Omnibus aequalis mansio, omnis unus conserit ordo *pro illo in Bβ*; *et sequens:* Quicumque alta (Alta quicumque *Bβ*) petunt, per nos comitantur ad auras *ABβ.* *Nec hic quartus uersus ullus est. Apparet, discrepantiam illam duarum recensionum etiam in Apollonii Historiam translatam esse, dum librarii ipsa Symphosii exemplaria euoluerent; insunt autem, quae nos in Symphosio non inuenimus ideoque aut uestigia lectionum alioqui perditarum aut sane fallentis memoriae fetus iudicabimus. Sed illud memoratu dignum, Laurentianum cum Salmasiano interdum concinere, ubi omnes alii aliter habent.*

c. 327, 2 Inflatumque caput papulis *Doehnerus emendauit in scriptione gratulatoria philologorum Lipsiensium ad G. Hermannum a.* 1839 *p.* 9, *cl. Verg. Georg. III* 564.

352, 3 nota *et* 6 Quae demum *Buechelerus*

359, 9 turbae *Doehnerus*

c. 389. *Addere debebam codicis Lipsiensis (Rep. I* 74*) saec. X lectiones ab Hauptio nunt. societ. Saxon* 1850 *p.* 11 *sqq. publicatas. Sunt autem hae: fol.* 14 *r.* Versus in laude solis 1 potest — digarit [ligaret *recte Haupt*] 3 diffundit 4 Pulchrius sereno [aethereo *L. Mueller mus. rh. XXV* 454] 5 chaus — tum] hinc 7 Gurgite cum roseo 9 [rutiloque ubi *Heins.* rutila . . ab Oeta *Muell.*] fulgit 11 Haec — et semina [et saecla ferarum *Haupt.*] 12 *ut B.* [13 quot *ter Haupt.*] *post* 14: Dulcia mellifluae dum claudit munera uitae. Ast ubi iam Titan croceum conscendit in orbem, *rell. ordinat ut B.* 15 [*proprie* 17] tamen — clauserat [*sic*] 16 Mox siluae 17 et *deest* 18 fructus 20 hic] ac — aether [*probat Muell.*] 22 aequus — ab euro [auro *iam Haupt.*] 23 Dum pretio fulgens imitatur lumina foebi [*recte*] 24 Hic solus 25 Fas nimis est ireque iubet per florea rura [mireque iuuat *Haupt.*] 26 O mirum uirtutis opus 27 Nec non et in igne suo 30 Hic corpus hic uita regit hic uita resurgunt 29 Namque — fenix ustis 30 foebeo 31 Haec — post fata uigorem] ut nascatur ab igni 32 Nascit [*cf.* 731, 166] 33 surgit quae defecit 34 sedit — foebi 35 inmissum 37 uernanti 38 *deest* 40 diuidis 41 que *om.* 43 Sol labor et triuiae [Sol claror Triuiae *Haupt.*] — [numina *id.*] 44 lumine cursus 45 Soliperboreo [Sol Hyperionio *Burm.*] fulgit 46 repit, *sed corr.* — sol] cum — olimpum. *uersus ordinat ut B.* 47 gratus 48 seruit — leporem 49 que *om.* 50 Sol est] haec est 53 [cui uicino *Haupt.* cui sera nouo *Muell.*] 54 resplendit 56 unus] idem 57 lira? liba? [lyra blanda *Haupt.*] 58 decus [57 *sq. delet Haupt.*].

390 *sine inscr. in Vossiano q.* 69 *s. IX fol.* 19 *extat.* 1 q; 3 tecta loconũ 8 calibe 9 Lenconico (*sic*) parit̃ daudatur 10 iacinctus — eat *deest* 14 Prespicuãq: rosã 15 dispettis 20 Prespicuã lincem 21 tygris 23 uitient — lausera 24 batrum 27 irundo 28 filomella sonat 29 prespicua 30 pulchra 31 incestis 32 enceriã *Sequitur carmen de sancto Stephano.*

392 *addendi sunt libri Vossianus q.* 33 *saec. X* (*Vo*) fol. 133 *et Parisinus* 13026 *s. IX — X* (*P*) *fol.* 84: *sine inscr.* 2 ypp (ipp *Vo*) olite *Vo P* theuthranta lio lonon oepalon alce *P* lice *et* ebalon *Vo.* Ebalus *et* theutras *Vo ubique.* 3 teutranta *P.* 4 t^{h}euthras *P* 5 aeros *Vo. u.* 6. 5. 4 *Vo. Ante* 5 *extat in P* Aepidi teuthras puer oebalus ilia theutras! 6 theutras *P* 7 Aepidi teuthras dorascli donus *P* Epiclite theutras dorachi clonus *Vo* 8 teuthra *P* mesus *P Vo* cloñ *P* clonon *Vo* Epigramma Adriani imperatoris de pugna amazonũ *Vindobonensis* 2521 (*olim* 281) *saec. XII fol.* 35 *r., quem Hartelius mihi contulit. Lectiones nouelli codicis praetereo.* Verus adriani imp̃r *Paris.* 6630 *saec. XIII p.* 1.

c. 393 *idem P (post* 392) *et cod. bibl. publ. Leid.* 135 *p.* 127, *quem L. Muellero debeo,* (*'ualde uetusta scriptura'*) *sine inscr. continent.* 1 tyrsis *L ubique.* theaon *P* ortis L orci *P* collo *P* 2 sabina *P* sabine *L* 3 suae cognito *P* saconita *L* 4 tirsis *P* 5 teon et thirsis *P* efebus *L* 6 teon *P* melodus *P* melođiis *L* 7 claure *P* almon *PL* nisa *L*] enna *P*, *priore* n *fere euanido.* theon *P.* — *Non abs re duco, horum carm. imitationes medio aeuo factas* (*cf. ad* 392) *hic addere:*

B. II 259. *M.* 870.

Occumbunt fixi iaculo mucrone sagitta
Ora latus iugulum Scaeua Rufinus Atis.
Brutus Atim perimit, Milo Scaeuam, Cotta Rufinum,
Graecus Atis, Medus Scaeua, Rufinus Arabs.
Iam uir Atis, sed Scaeua puer iuuenisque Rufinus,
Dux Atis, armiger at Scaeua, Rufinus eques.
Scaeua nothus, generosus Atis, de plebe Rufinus,

Magnus eques, medius dux, famulusque minor.
Flauus Scaeua, niger Atis, inter utrumque Rufinus,
Blandus Atis, patiens Scaeua, Rufinus atrox.
Absque modo largus lasciuus parcus, amator
Laudis Atis, formae Scaeua, Rufinus opum.
Scaeua Rufinus Atis bonus arcu cestibus armis,
Voce Rufinus, Atis carmine, Scaeua lyra,
Scaeua pila cursuque Rufinus Atisque palaestra,
Ore Rufinus, Atis corpore, Scaeua coma.

B. M. —

Noctis ut horrentes rupit lux orta tenebras,
Surgit ab excelsa Tyrso Porus Otho Tolosa.
Tyrso canes parat atque capum Porus, Otho sagittas.
Aprum Tyrso Porusque gruem, ceruum necat Otho.
Vectus equo Tyrso, mula Porus; at pedes Otho.
Tyrso Tuscus erat, Gallus Porus, Otho Sicamber.
Crine niger Tyrso, Porus albus, flauus et Otho.
Otho Tyrso Porus iuuenis barbatus ephebus.
Nisae Tyrso placet, Megalae Porus, Otho Suaui.
Suaui ceruus, grus Megalae datur et fera Nisae.
Thrax Megale genus, Angla Suauis, Nisa Toringa.
Nisa lyram, Megale citharam gerit, organa Suauis.
Nisa ferit Megaleque trahit, tonat ore Suauis.
Nisa rosas, Megale uiolas olet † et thyma Suauis.
Nisam Tyrso, Porus Megalen rapit, Otho Suauim.
Et sic nocturnàe redierunt omnibus horae.

c. 394. *C* = *Caroliruhensis Aug.* 167 *saec. IX, Bedam continens et fol.* 13 *u. c.* 394 *et* 639 *permixta. V* = *Valentianus* 330 *bis s. X fol.* 76 *sq.* LXVII (*post* 639) Item uersus de eisdem mensibus *V, om. C.* 3 reduci *CV* 4 luctea *C* croceas herbas *g* (*glossema saec. fort. XI in V*) 5 dulciae maiae *C* maie *V* exagona *CV* certamina ł ludos *g* 7 deuertit *CV* 8 aera *CV recte.* 10 lucis, *corr. m.* 2, *V* 11 serpens *g* 14 Vnde *CV.* — *Idem V post* 394 *habet* 395: LXVIII. Tetrastikon autenticum de singulis mensibus. *Nomina adsunt sed breuiata.* 4 porpureus 5 $\overset{7}{\text{amict}}$ 7 iacto

11 uer, edus — gurrula 12 et 13 mirto uenerem uenerē ue.ratur apł 14 alma thetis 15 odores 16 paphiae 18 Linier 23 disignat 24 figas 25 coloratus 26 rutulos—legat *sed corr.* 27 saguineos 28 quae in medio 29 Fontanas 30 Cerno ut diuerso 32 genitū *sed corr.* — echaten 33 Surgentes 35 lacertū 37 ipsa — foetus 39 bromius 41 Carbaseo post quē tunc — amictu 42 Memfidus 44 memfideis 45 coniecto semina 46 hems 47 reuocent 48 hiberna.

411, 4 Pugnaque *Hauptius ed. Gratii p.* 40. *sed si uitium inest, quode dubito, in* una *quaeras.*

414. *Versus* 3. 4 *ex S nouum epigramma efficiunt, quo Atacini quaestioni scholasticus aeui posterioris respondit.*

447. 437. 438 *Vindobonensis* 2521 *saec. XII teste Hartelio fol.* 40 r. *continet.* Epitafium magni Alexandri 1 magna succisa (*sic conieci*) 2 cōncidit 3 ipse iacētis. *sine inscr.* 437 *et* 438. 1 fortuna duorū. 3 terras] uires.

437, 3 uenerabile *Muellerus recte, cf. Gualterus de Castellione ap. Buecheler. Petron. ed. p. XLIX.*

465, 1 fregerat; 466, 4 Lustrata reiectus *et* 10 omnis; 473, 1 uenis; 474, 1 mare: felix,; 4 Naidas *et* 6 Hic; 478, 5 mitulus *ed. Buech.*

472, 3 En etiam *L. Mueller.*

479, 1 *cf. Anth. gr. V* 67 Καπίτωνος. Κάλλος ἄνευ χαρίτων τέρπει μόνον, οὐ κατέχει δέ.

480, 3 *cum V et L. Muellero* (*mus. rh. XVIII* 435) breuisque *et* postlata *legendum.*

481: *p.* 296 *adn. post* de litteris *rasura in B. u.* 149 Pulchram angusto *Hagenus. u.* 34 uagantes: *lege* uagans.

481. *Haec aenigmata multo plenius e cod. Vindobonensi* 67 *edidisse Moneum (anzeiger f. kunde der deutschen vorzeit* 1839 *p.* 219 *sqq.) sero me comperisse doleo. Codicem dixi V. Etiam in Parisino* 5596 *saec. IX (P) nonnulla inueni. In cod. Lipsiensi Rep. I* 74 *saec. X extare cum titulo* Questiones enigmatum re-

thoricae aprtis (*l.* artis) *Hauptius testatur (ber. d. saechs. ges. d. wiss.* 1850 *p.* 3*). VP edam; iam a me edita cum ed. mea conferam, Emendandi laborem raro adhibui.*

De olla

Ego nata duos patres habere dinoscor.
Prior semper manet alterque morte finitur.
Tertia me mater dura mollescere cogit
Et tenera gyro formam assumo decoram.
Nullum dare uictum frigenti corpore possum
Calida set (Calidos et *V*) cunctis salubres porrigo pastus.

De sale (481, 5—10) 4 solutam, r. c. ligatam 5 uiris 6 sine me patria

De lucerna

Me mater nouellam uetus de germine finxit
Et in nullo patris formata sumo figuram.
Oculi non mihi lumen ostendere possunt,
Patulas et flammas ore produco coruscas.
Nolo me contingat imber nec flamine uenti,
Dum amica lucis domi delector in umbris (cf. 481, 1—4).

De scamno

Mollior horresco semper consistere locis,
Vngula firma mihi . . si caute ponatur,
Nullum iter agens sessorem dorso requiro.
Plures libens fero, meo dum stabulo uersor.
Nolo mihi frena, mansueto inueni pendas,
Calcibus et senum nolo ne uerberer ullis.

De mensa (481, 11—16) 25 Ego mater ornata dum c. multus *P* colligo *V* 26 Cunctus *P* libens trado *VP* 28 turpi *V* 29 nulli—reddunt *V* 30 pede me per angula *V* 27—30: Oscula nā quae cara expoliata uestibus quos ego lactaui nuda me pede p̱ angula uersant *P*.

1—6 *P:* 1 denuscor 2 prior qui—alter qui mortem 3 molescere 4 giro formata summo figura 5 nulli (*recte?*) —frigente 6 Calida cunctis salubres porrego pastus.

De calice (*ib.* 17) De nitro *P* 31 Nullus *VP* uti *V* mea *P* sola lux *V* lux sola *P* umbraignem *P* 33. 32 *P* 32 bile *P* labellus *P* 33 ferro *P* nascens fero *V* 34 putredo *V* 35 prestínam *P* defunctos *V* suspes in formam *P* 36 oscola porrego *P*.

De uesica

Teneo liquentem, sequor membrana celatum,
Verbere nam cursu uisu quem cernere uetor,
Impletur domus inuisis sed uacua rebus,
Permanet dum cibum nullum de pondere gessi,
Quae dum clausa fertur, uelox ad nubila surgit,
Patefacta nullum potest tenere manentem.

De ouo (*ib.* 23) 43 natus] animatus 44 Prior — coauus 47 uenter mihi diruptus — patescit 48 possum sic.

De mola (*ib.* 29) 49 Eua sum] euasi 50 senecta 53 producor 54 uacantes — comprendere locum.

De scala

Singula si firmis uiuens constituo plantis,
Me roganti uiam ire negabo directam (Mihi *et* negatur *Mone*),
Gemina sed soror iungatur (iungat si *V*) latere meo:
Coeptum ualet iter uelox percurrere quisquis.
Subito mihi pedem nisi calcauerit ille (illi *V*),
Manibusque capit (cupit *V*), nunquam corrigere ualebit.

De naue (*ib.* 47). 62 iacior 65 B. defunctam auis nec mordebit ulla 66 uia currens n. d. pl.

De grano (*ib.* 35). 67 pater ego l. p. n. assumo 68 Et teror cara simul ne p. tristent 69 g. c. — parentem 70 Etsi multum — uel paruo 71 timor 72 Si maiori — fructu.

De uite (*ib.* 41), De uinia *P* 73 Vna f. locum longinquos porrego uictos *P* 74 Caper *V* ferum seccat *P* s. f. *V*. 75 plorat *P* 76 simile damnandus*P* genere *V* natus *P* 77 Sique d. *P* 78 Sanguinem dum furum *P* seruant *V*. —

De oliua (*ib.* 53) 79 N. illustrem ante tempus g. p. 80 que *om.* s. p. 81 ualet quiuis — paruos 82 i. p. iunctos 83 lenis 84 doloris.

De palma (*ib.* 59) 86 n. m. c. l. 88 de ramis et nullum cultori 90 Et amata cunctis flore sum socia iustis.

De cedria

Me mater ut spinis uiuam enutrit iniquis,
Vt dulcem faciat, inter acumina seruat.
Teretinam formam rubentem confringo ceratam
Et incisa nullam dono de corpore guttam,
Mellea cum mihi sit sine sanguine caro,
Acetum eructant exta (extra *V*) clausa saporem.

De cribro (*ib.* 65). 97 Sum s. p. 98 ad] in 99 Extra mihi manu nulla 100 Quos — ruptus 101 Cunctis meliora — seruans uilia 102 Et bonis uacuum inanem.

De scopa (*ib.* 71) 103 Fero florigeras s. d. m. c. 104 c. d. h. m. 105 T. u. serum d. m. n. 105 Et redacta s. c. u. d. 106 horrenda me terrae 107 S. d. a. u. s. m. n.

De pice (*ib.* 77) 109 u. n. creta 110 gladio] ualde 111 nam ego 112 p. m. 113 Plurem — muto si c. nigrum.

De melle (*ib.* 83) 115 lapsu 117 Bisque idem natus, semel in u. cr. 118 r. in p. 119 Me q. milia, alia inu. u. 120 Aureamque.

De apibus (*ib.* 89) 121 quae non 122 I. f. patri 123 tantum 124 cretus nullos de uentre 126 Meos i. c. diuitiarum c. a.

De oue (*ib.* 95) 128 nullius 129 oberrans 131 uellere *Moneus* 132 Pauperaque — nam] tamen *Mon.*

De igne (*ib.* 101) 133 mihi est pater 135 P. m. 138 cunctis uitam.

De membrana (*ib.* 107) 139 uita — tota 142 des. s. m. 143 Me postquam m. eeges et u. murantur 144 Portoque millia.

De literis (*ib.* 113) 145 sororis *P* 146 uniti *V*

nos *om. V.* 146 N. f. mult. *V* 148 *sq. om. P.* Et meritum *V* s. d. *V* 150 pari] p̃ *P.*

De sinapi (*ib.* 119) 151 paruulo parpus 153 c. f. sublimi p. humero u. 154 magnae reputant me e. naturae 155 gyro.

De papyro (*ib.* 125) 157 D. amn. 158 uiresco 159 non quaero 160 Alieno testis 161 Profundi filius dum figor l. a. 162. Sicque — limina.

De serico

Michi arbor una, quae uilem conferat escam,
Qua repleta paruis (parum *Mon.*) produco uellera magna,
Exiguos collapsa foetos pro munere fundo
Et talis effecta mortem assumo libenter.
Nobili perfectus forma (formam *V*) me Caesares ulnis
Efferunt et reges infra supraque mirantur.

De piscibus (*ib.* 157) 170 uacando — nullum — quemque 171 est et mortem 172 uoluenti 173 t. i. uolo 174 uitale — thorum.

De speculo (*ib.* 131) 175 Vtrum *Mon.* umbram 176 V. pr. 177 Tales ego u. m. 178 uisu diff. 179 Licet exiguos.

De nympha

Ore mihi nulla petenti pocula dantur (dantur pocula *V*),
Ebrius nec nullum reddo post idem fluorem.
Versa mihi datur uice bibendi facultas
Et uacuo uentri potus ab imo defertur.
Poplice depresso conceptas denego lymphas
Et sublato rursum diffuso confero nimbos,

De spongia (*ib.* 142) 187 dat pater figuram mihi 188 m. n. — l. u. 189 Nil p. s. 190 Et quae me concepit, hanc ego genero postquam (191) manu leuis capta grauis sum manu demissa 191 Ei quae.

De uiola

Paruula dum nascor, minor effecta senesco
Et cunctos praecedo maiori ueste sorores.

Extremos ad brumae me primo confero mense
Et cunctis amoena uerni iam tempora monstro (m. t. *V*).
Me reddit illustrem paruo de corpore sumptus,
Et uiam quaerendi docet qui nulli uidetur.

De rosa (*ib.* 149) 201 paruus in 203 Vtero dum nascor, doctorem matri rependo 204 Et parturientem.

De lilio (*ib.* 155) 205 ocultus *P* patola matre *P* 206 honeste confixa *Mon.* confixus *VP* porregit asta *P* 207 nec]n *P* tempora longa *P* 208 Et *VP* tactus *P* 209 Osculum in nobis feruntur causas amores *P* donentur *P* 210 Reddemus *P* signa flauentia *VP* in labris *P* (159. 160. 158 *uersuum ordo*).

De croco (*ib.* 161) 211 aestiuis — umbris 212 Et mihi sepultum 213 Auct. fr. l. ass. pruincs 214 propinquam 215 Michi d. p. 216 Modicus — clausis.

De pipere

Pereger externas uinctus perambulo terras
Frigidus et tactu praesto sumenti calorem.
Nulla mihi uirtus . . si mansero semper,
Vigeo nam caesus, ualéo multum confractus.
Mordeo mordentem, morsu nec uulnero dentem.
Lapis mihi simul finis, defectio lignum.

De glacie

Corpore formàta (formatam *V*) pleno de paruulo patre
Nec a matre feror, nisi feratur et ipsa.
Nasci uetor ego sine patre genito . .
Et creata (creatam *V*) rursus ego concipio matrem.
Hieme conceptos pendens cum seruo parentes,
Rursus in aestiuo coquendos ignibus apto.

De hedera

Arbor mihi pater, paries e lapide (namet lapidea *V*, *correxi*) mater.
Corpore nam mollis duros dirumpo parentes.
Nec ei me (enim *Mon.*) nulla nec uincunt frigora dura.
Vnus bruma color unusque (unoque *V*) simul et aestu (esto *V*).

Surrecta propriis uetor consistere plantis,
Sed manibus alta peto cacumina tortis.

De muscipula

Vinculis extensa multos comprendo uagantes
Et soluta nullum queo comprendere pastum.
Venter nullus mihi, quo possint (possim *V*) capta reponi,
Sed multa pro membris firmantur ora tenendi.
Opes mihi non sunt, sursum sed pendor ad auras.
Nam mihi fortuna remanet, dimittor si modo tensa.

De uento

Nascens curro uelox grandi (grande *V*) uirtute sonorus (sonos *V*).
Nam fortes reprimo, infirmos releuo sursum,
Os mihi cum nullum, dente nec uulnero quemquam,
Mordeo sed plures siluis campisque morantes.
Cernere me (nec *Mon.*) quisquam uinclis quoque (potest *Mon.*) neque tenere
Macedo nec Liber uincit nec Hercules unquam.

De glacie

Arte me nec ulla ualet durescere quisquam.
Efficior dura, multos quae facio molles.
Cuncti me solutam cara per oscula gaudent
Et nemo constrictam manu uel tangere cupit.
Speciem mihi pulchram dat rigor et auctor (albor?),
Qui saeuos abire iubet, torpescere pulchros.

De uermiculis sericis formatis

Concepi innumeros, de nido amitto volatus,
Immensum paruis corpus assumo de membris,
Millibus et uestem e plumis contexo nitentem
Et texturae sonum nec auribus concipit ullus.
Si quis forte meo uideatur uellere tectus,
Excussam uestem statim reiicere temptat.

. . . .

Conspicuum corpus arte mirifica sumpsi.

Multis caua modis gemmarum ordine nector.
Publicis concepta locis in abdita nascor.
Confero sed lucrum uacua de luce referta.
Nullum mihi ualet frigus nec bruma uigescit (uilescit *V*),
Sed calore semper molli sopita fatigor.

De terra

Os est mihi patens, crebro qui (quia?) tunditur ictu.
Reddo libens omnes escas, quas sumpsero lambens.
Nulla mihi fames, sitim quoque sentio nullam
Et ieiuna mihi semper praecordia restant.
Omnibus ad escam per miros effecta sapores
Quaeque (Atque *Mon.*) mihi gelidum durat per secula corpus.

. . . . .

Vna mihi toto ceruix pro corpore constat
Et duo libenter nascuntur capita collo.
Dum capiti currit . . . .
Lenes reddo uias, calle quas tero frequenti.
Nullus mihi comam tondet nec pectine uersat.
Vertice nitenti plures per oscula gaudent.

De castanea

Aspera dum nascor, a matre cute producor
Et adulta uigens leni circumdor amictu.
In tactu sonitum de uentre profero magnum
Et corrupta tacens uocem quoque profero nullam.
Nullus in amore certo me diligit unquam,
Nudam ni tangat et uestem tulerit omnem.

. . . .

Quattuor en istas gerens ego clausas figuras,
Pandere quas (has *add. V*) paucis deposcit ratio breuis.
Humida sum sicca, snbtili corpore crassa,
Dulcis amara, duro gestamine mollis.
Dulcis esse nulli possum nec crescere iuste,
Nisi amaro duroque carcere nascar.

De pluuia

Mirantibus cunctis nascens infligo querelas,
Statim deficio, qui maior a patre nascor.
Me gaudere potest nullus, si terrae coaequor;
Me cuncti superas laetantur carpere uias.
Improbus amara diffundo pocula totis
Et uidere uolunt quanti tantique refutant.

De uino

Innumeris ego nascor de matribus unus,
Et genitus nullum uiuum relinquo parentum.
Multae me nascente subportant uulnera matres,
Quarum mors mihi est potestas data per omnes.
Laedere non possum, me si quis oderit, umquam,
Et imiqua meo reddo quoque satis amanti.

. . . .

Multiplici ueste natus producor a matre,
Nec habere corpus possum, si uestem amitto.
Meo subito nascor in uentre, fero parentes,
Nam uiuo sepultus uitam et idem resumo.
Deductus superis nec umquam crescere possum,
Dum natura facit corpus succendere plantis.

Item de rosa

Mollis ego duros de corde genero natos;
In conceptu nunquam amplexu uiri delector.
Sed dum infra meis concrescunt filii latebris,
Nascens quisque meum dirumpo uulnera (disrumpit uulnere *Mon.*) corpus.
Postquam uelantes decorato tegmine matrem
Saepe religati frangunt commune . . fortes.

. . . . .

Venter mihi nullus, infra praecordia nulla.
Nam tenui feror semper in corpore sicco.

De uinum *P* 295 ergo *P*, *om.* *V* 296 Genitus qui *P* uiuentem linquo *V* uiuo relinco *P* — parentem *V* 297 Multa me *P* me *om.* *V* nascentē *P* nascentes *V* matris *P* 298 mihi mors *P* omnis *P* 299 me riguis *P* 300 reddam meo quaeratis amanti P.

Cibum nulli quaero, ciborum millia seruans,
Currens uno loco, lucrum ac confero damnum.
Membra mihi duo tantum in corpore pendent.
. . . .

. . . .

Duo generant multos sub numero fratres
Homine sub uno diuisos quisque naturam.
Pauper ac diues pari labore premuntur.
Pauperes semper habet, diuites quam saepe requiret.
Caput illis nullum, sed os cum corpore cingunt.
Nunc stantes nunc iacentes (Nam st. nam i. *V*) plurima portant.

De sole

Semine nec ullo patris concreta renascor,
Vbera nec matris suxi, quo crescere possem,
Vberibusque meis ego saepe reficio multos.
Vestigia nulla figens perambulo terras.
Non caro nec anima mihi sunt, nec cetera membra,
Attamem aligeras reddo temporibus umbras.

De uerbo (*ib.* 167)

Vna mihi soror est, unus et ego sorori.
Coniux illa mihi, cuius et ego maritus.
Nam numquam uno sed multorum coniungimur ambo,
Sed de longe meam praegnantem reddo sororem.

334 suos — ex ũto 335 *ut B.*

De igne (*ib.* 170) 339 in corp. pennas 341 competa. *uersum ordo ut in B.*

De rota (*ib.* 176) 342 Ass. quae u. c. i. m. 343 defecta — comprendo 344 rerum c. 346 Cumque mei paruum t. c. cursum 347 simul est et

De luna (*ib.* 182) 350 Q. que uias percurrens ambulo m. 351 Et bis t tatum c. percurro p. a. 352 I. n. glacies nec umquam fulgora cerno 353 N. t.

De caelo (*ib.* 188) 354 Promiscuos — uultus 355 Pulchrum — sed turpis *desunt* — semper 356 mirantibus fero 359 Atque meo malos c. b. capio t.

De umbra (*ib.* 200) 360 D. humidis 361 i. quoque p. r. 362 I. a. m. non ulla s. a. t. 363 Neque u. ego comprendere p. 364 et] a 365 totum m. neque u.

De stellis (*ib.* 194) 368 conetur] queat 369 Seruant ipsae suos moderatos ordine cursus 370 P. et uultum turpem n. d. ullum 371 n. s. sequuntur. — *Secuntur duo aenigmata prosaria. In P Symphosii et Aldhelmi nonnulla secuntur.* —

Ad Fasciculum II

482, 10 gesta] e *abest;* c *pro* g 12 cohibere] c *incertum* 14 ferro] f *inc.* 16 Romana] n *apparet* 18 *lege* doluisse: d *enim*, *non* p *legitur*, 26 coni,,ux *papyrus* 27 Phariis] I *pro* H *est.* 30 terris] *alterum* r *non certum.* 45 saeptam] e *totum adest* 49 ruuntur *conicio* 50 o . . . a] o *certum* 51 m *certum* 57 e *prius deest. Monere aptum puto, me effigiem codicis prorsus talem, qua singulae litterae supra infraque easdem atque in papyro uicinorum uersuum litteras ponerentur, repraesentare noluisse.*

p. 13: Clarus u. d. n. mutabilis a. *Dracontius et quidem I* 13.

484: *Vossianus q.* 33 *s. X fol.* 134: Uersus de duodecim uentis. 2 Hi quoq; sex 4 aparthias artoo 5 finctum 9 hinc 15 dorida 20 Libonothus 23 nomen] ueniens — fauonii 24 attide 25 hinc 26 chore — zephiri 27 Argestenque grai — cognimine prisco. —

485, 19 illo *P recte*, (*sic et Buecheler*). 99 mihi] magi' *Buech.* 127 Adsimulatio, cum nomen *idem* 129 Regibus et *Ahrens* 141 dein nuntia *Buech.*

486 *etiam Vossianus oct.* 12 *s. IX — X teste Hertzio* (*Priscian. I p. XXI*) *libri C inscr. habet. u.* 46 (At si *sqq.*) *post* 48 *ponit Buech.*

489 *u.* 1 *Beda art. metr.* (*ed. Migne t. XC p.* 164) *affert* (Omnia] Haec tua), *sine nomine.*

De 492 *sq. Parisinus* 8092 *dignus est qui inspiciatur.*

517, 2 hic *cum codd. Buecheler.* 531, 2 uinxit *id.* 568, 1 aëra mulcent *id.* 584, 3 undifrago *id.*

c. 627: *Vossianus q.* 33 *saec. X fol. 133r.*: De XII uirtutibus Herculis magni. 1 prima 2 *om.* quae. populat q; hidra 3 ẽ sus, *sed corr.* — erimantius anguis 6 hipolite — uincula 7 augei 9 Tunc — ꝑempto 10 gerionem

c. 645 *ibid. p.* 132 *extat.* Uersus Prisciani eloquentissimi de Est et Non *inscr. Plerumque cum D consentit.*

p. 112 *adn.* 671] *lege* 672.

c. 668 (*ex Vseneri ed. schol. in Lucan. I p.* 6): *Bernensis* 363 *saec. VIII uersum* 1 *continet; u.* 1—6 *in Bernensi* 45 *saec. X* (*B*), *Vossiano q.* 51 *saec. X* (*V*), *Montepessulano H* 113 *saec. XI* (*M*), *et Bruxellensi* 5330 *olim Gemblacensi saec. X* (*G*), *sed in quo u.* 5—6 *saeculo XI additi sunt, leguntur. Turicensis* 97 *saec. XI* (*T*) *et Berolinensis fol.* 368 (*Γ*) *u.* 1—4 *continent.* Idẽ Lucan' *B* Lucanus de semet ipso *M* Epitaphion eiusdem *G* *Titulo carent VT* 1 cordaua (t b *supra*) *Bern.* 363. cordoba *B* proelia *MT* 2 hinc gener inde socer *Sixianus* 3 nunquam *TΓ* nu///quã *G* 4 tractum *V* serpat *BM* serpit *V* serpant *GΓT* comma *M* coma *BVTΓ* Fluminis *U* (*Vossianus fol.* 63 *saec. X u.* 5—6 *continens*) Fulminis *BVMG* ł fulminis *supra scr. U* '*quod qui frustra tuentur, certe* quae sint *corrigere debebant' Vsener.* 6 uero *U m. pr.* *ů V* sapiat *G* feriet *V* fieret *BGMU* ł ferir& *supra scr. B.*

c. 672 *lege* '*Augusto Caesari.*' *Bembino similem inscr. habet Paris.* 8093 *s. XI—XII fol.* 67. *Ad c.* 682 *cf. Iaenicke ann. philol.* 1868 *p.* 391, *qui Sangallensem 899 s. X contulit* (2 hirpigena, *an recte?* — petulę 5 brute 9 aridus iolae — brutiole fatude finit; *rell. ut in T*) *et Liudprandum in relatione de legat. Const.* 10 *u.* 1 *et* 3, *in Antapodosi* 5, 32 *u.* 2—3 *adhibuisse docuit.*

680, 2 *in sylloga libri Paris.* 4883 *A* (*cf. p. XI*) *adfertur.*

684, 4 *lege* Treuiri.

709 *in cod. Ambrosiano E* 41 *s. XV* Iulio Caesari, *in G* 64 *ibid. s. XV* Octauiano *tribuitur, quod me docuit F. Umpfenbach. E* 41 = ς, *nisi quod* 2 Flumine 3 Qumq, imo 4 Persecuit 5 conderet urnae.

ad 716 *cf. praef. p. XV adn.*

723 *adn. lege* et Clementis. 2 uis *et* 9 Ceres *iam Hauptius* 11 lumina *sic P recte ib.* 15: iuuei of *P*

731, 53 t̃ *V*

766, 10 *cf. Aldhelmus p.* 232 *Gil.* 'et Andreas orator inquit: filius ipse hominis, qui deus est hominis'.

c. 799—830. *Sero uidi, L. Muellerum in ed. Phaedri a.* 1867 *eadem atque ego coniecisse* 806, 4 *et* 809, 12; *cum Buechelero consentire* 805, 6. *Idem* 799, 5 tibi *ante* quam *recte ponit;* 810, 2 q. u. Phryx sophus; 812, 1 Post; *ib.* 18 Correptus 19 impotentis; 814, 13 O. f. pl. u.; *ib.* 15 me certe haud falles, ait; 815, 6 saeua societas; 816, 8 Partus *et* conplesset; 819, 4 cancri s. ut h.; 829, 11 I. c. n. s. sed sub dio par tibi: *haec coni. Mueller. Non probo quod proceleusmaticos tollit omnes; nam fabulae non sunt Phaedri et* 814, 7 *et* 825, 1 *inuicem se tuentur.* — 801, 22 *coni. Dresslerus* aliam; 802, 22 facilis est consensio; 805, 3 Quid est? *ib.* 4 Religio; 825, 5 *et* 828, 9 at (*pro* et) *idem.*

869 *omittere debui: est enim distichon Ouidii amor. I* 6, 59. 60.

898, *quattuor uersus, e cod. Monacensi saec. XII medii aeui sententias continente profert Moneus anzeiger* 1838 *p.* 506.

DABAM FRANCOFVRTI AD MOENVM MENSE SEPTEMBRI A. MDCCCLXX.

CARMEN

PAPYRI HERCVLANENSIS

(*columna I*)

*Ma*xim . . . . ael . . tia . . . .
. . Cesar *f*a . . . ap . . . hariam . . . . s.
. . rt his ille . . . . . pato cum . . . . eiia por . .
Quem iuuenes *g*ran*dae*uos erat *per* *c*un*c*ta . . . . . .
Bella fide dextraque po*t*ens rerumque per u*sum*
Callidus, adsidu*us* *tra*ctand*o* in munere . . . . .
Imminet *o*psessi*s* Ital*u*s iam turribus *hos*tis
A. . . . . *s*, nec defu*it* impetus illis.

(*col. II*)

. . . . *c*edunt pa*tr*iis . . . . mia t*er*ris
. . . . a . i . . . . *m*agis, quam *s* . . . . gest*a* later*e*nt
Cum . uper . . . . . lius Pelusia *m*oenia Caesar
. . . erat im*per*iis animo*s* cohi*be*re suorum
Q*u*id *c*apitis? ia*m* *ca*pta iacen*t* quae . . . .
Subruitis fer*ro* *me*a moenia? quon*d*am er . . . ostis

Litteris obliquis exarata uirorum doctorum supplementa sunt; sed quibus eorum H addidi, ea in papyro incerta sunt.

Rabirium *Ciampittius et plerique* (*cl. Seneca de benef. VI* 3), Albinum *Eggerus auctorem carminis habent.* 1 Ma *K* (*Kreyssigius*) caelestia *K* 2 f *H* apud *K* Phariam *Fea* 3 Fert *et* oppugnato *K* portu *K* 4 p *H* grandaeuos *et* per cuncta *C* (*Ciampittius*) secuti *K* 5. 6 *em. C* d *H* Martis *suppl. C*, belli *K* 7 *em. C, Fea et* (hostis) *K* 8 *em. C* s *H* 9 *suppl. C.* t *H* deformia *C* haec praemia *K* 10 Et foeda illa magis, quam si nos g. l. *C* s *H* a *H* si congesta *K* 11 cuperet *C* super *Fea* illius *K* moenia *C* 12 coeperat *Fea; rell. suppl. C* r *H* 13 *suppl. C, qui et* quae praemia belli? 14 *suppl. id., qui et* erat hostis

Haec mihi cum *s* . . . a plebes quoque . . . . uictrix
Vindicat h . . . . . mulam Roma*n*a *po*te*ntia* *ta*ndem
(*col. III*)
. . . . Al*e*xandro *th*a*la*mos *i*n*t*r*a*re de*o*rum
Di . . . etiam po*t*uisse deam u*i*disse . . . . m . . . . s
Actiacos, cum *c*au*sa* *f*ores tu *max*i*m*a *be*lli,
Pars etiam im*per*ii. quae femina t*an*ta? ui*r*or*u*m
Quae serie*s* antiqua *f*uit? ni gloria mendax
Multa *uetust*atis nimio c*onc*edat honori
(*col. IV*)
. . . . *e*n . . . .
Saepe *ego*, quae ue*t*eris cu*r*a*e* *se*rmo*n*ibu*s* . . . . .
Qua . . gitu . . . . t . . n nunc qu*ae* . . . . . . usa*s*
Ex s . . gu . . . . . *m*or*a*s uitae libet. Est mihi con*iu*nx
. . . . h . . . i posse*t* *Ph*ariis subiungere reg*n*is
Qui s*tat*uit nos*tra*eque mori pro nomine gentis.
H*ic* *i*gi*tur* *p*artis *an*imu*m* didu*ctu*s in om*n*is
*Q*uid uelit, incertum est; terr*i*s quibus aut quibus undis
(*col. V*)
. . . . . *t*umqu . . . . . mq . . . . . xia turba co*i*ret
Praeberetque suae spectacula tr*is*tia mortis.
Qualis ad instantis acies cum *t*ela pa*ra*ntur
Signa tubae classesque simul terrestr*ibus* armis,
Est facies ea uisa loci, cum saeua coiren*t*
Instrumenta necis, *ua*rio congesta paratu:
Vnd*i*que sic illuc *cam*p*o* deforme co*act*um
Omne uagabatur leti genus, omne timoris.
(*col. VI*)
. . . . a . . . . erro tu . . t i*l*le uen . . .

15 s *H* socia *K* ; nunc sibi u. *C* 16 p *H* *suppl. C. qui et* hanc famulam 17 *suppl. C, qui et* Fas et Alex. 18 Dico *C* Diram *K* potuisse *K* doluisse *C* tumultus *K* triumphos *C* 19—22 *suppl. C* 22 u *et* u *et* o *H* 23 e *H* 24 *suppl. C, qui in fine* angor. uestris *K* 25 Quas igitur *K* ae *H* quaerere causas *C* 26 Exsiguasque *C* Exsanguisque *K* m *H. rell. suppl. C* iu] \ *papyrus*
27 h *H* Parthos *C* qui *C* si *K; rell. C* 28 *suppl. C* 29. 30 *suppl. C* His *et* animus *K* 31 t *H* Delectumque locum (forum *C*) quo noxia *CK* 32—38 *suppl. C.* 33 t, 36 u, 37 m *H* 39 r *H* Hic cadit incumbens ferro, tumet ille ueneno *C*

*A*ut pen*dente* *su*is ceruicibus aspide mollem
*L*abitu*r* *i*n somnum trahiturque libidine mor*tis*.
Per*c*.... *ad*flatu br*e*uis hunc sine morsibus an*guis*,
*V*olnere seu t*e*nui pars inl*i*ta parua u*en*eni
Oci*us* interem*i*t; laqueis pa*r*s co*git*ur artis
In*tersae*ptam *a*nimam pressis effundere uenis,
I*n*mersisque . . . . o clauserunt guttura fauces.
*H*as int*e*r strages solio descendit *e*t inter
(*col. VII*)
A . . . . . . *a*lia . nc . . . .
Sic illi in*ter* se *m*isero *sermone* *f*ruuntur.
Haec regina gerit. procul ha*nc* *o*.....a uidebat
Atropos inrid*ens* . . . . r diuersa . . . . *m*
Consilia inte*r*itus quam *i*am . . . . . . a man*e*rent.
Ter fuerat reuocata *di*es; cum pa . . . . . . atus
Et patriae *c*omi*t*ante suae cum mili*te* Caesar
Gen*tis* Al*e*xan*dr*i c . . . en . ad m*o*eni*a* uenit
Signaque constituit. sic omn*is* *te*rror in artum
(*col. VIII*)
. . . . . *e* . . . . . por . . . u . . . austr . . e . urbem
Opsidione tamen n*e*c corpora moenibus a . . . nt,
Castraque pro muris atque arma pedestria ponunt.
Hos inter coetus *t*alisque ad bella paratus
Vtraque sollemnis iterum reuocauerat orbes:
Consiliis nox apta ducum, lux aptior armis.

40—47 *suppl. C* (41 perculit *C* percutit *K* 46 freto *C* toro *Morgensternius*) 40 n *et* e *ante* suis, 42 r, 44 g, 45 tersae *et* a, *H* 49—56 *suppl. C, qui et* 50 occulta, 51 inter *et* uagantem (labantem *K*), 52 sua fata (suprema *K*), 53 parte senatus (pauca moratus *alius ap. K*), 55 cupiens (cingens *K*). 48 a, 49 r *et* e m, 50 o, 51 m, 55 s *et* e *H*. 54 dominante *Morgensternius* 57 e *H* Obterere adnisi *C* portarum claustra per *C* nec *Fea* 58. 60 *suppl. C*. 58 arcent *C* aptant *Heynius* absunt *Fea*

CARMINA

CODICVM QVORVNDAM

SAECVLO NONO ANTIQVIORVM

CARMINA
CODICVM ISIDORI ANTIQVISSIMORVM
(CODICIS OVETENSIS)

483
SISEBVTI

B. V 46. M. 388

Tu forte in lucis lentus uaga carmina gignis
Argutosque inter latices et musica flabra
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.
At nos congeries obnubit turbida rerum

B = Bambergensis 787 *saec. VIII fol.* 102 *u.* 103 *r. ipse contuli. H = Bernensis* 219 *saec. X. Hagenus contulit. P = Parisinus* 7533 *saec. X, optimus horum trium. Bursianus contulit. L = Leidensis* (*Voss. fol.* 1) *ab Is. Vossio e uetusto codice fideliter ut uidetur descriptus; attulit Burmannus.*

Ouetensem s. VII — VIII, Reginensem Vatic. 255 *s. IX, Regin. Vat.* 1260 *s. IX, Florentinum S. Marci* 604 *s. IX, Areualus post Grialium commemorat. In BH post Isidori de rerum natura, in P post eiusdem 'de sidera' extat. In BP nullis uersuum interuallis scriptum est. x = 'alii' siue scripti siue impressi ap. Areualium ed. Isidor. t. VII p.* 183. *M = liber de computo, ed. Muratorius anecd. latin. t. III p.* 160, *ubi u.* 16. 17. 43. 44. 24—29. 45—61 *extant. Inscr. om. BHP, rell. noti.* — Isidoro *Aldhelmus p.* 232 *Giles, sed recte* Sisebuto *Visigothorum a.* 612—620 *regi et Clemens Scotus tribuit et M, qui* 'CVI. Item Sesebutus de eclipsibus Solis et Lunae dicit:' 1 Tu erte *B* lucu *BHPL* lucis *x* lentis *B* uaga *om. P, add. m. rec.* 2 argutusque *Aldhelmus qui u.* 2 *adfert.* arcutosque in *L* labra *L* 3 perio *B* pyerio *PL* ierio — mentem *om. H* 4 ad *BH* congeres *B*

Ferrataeque premunt milleno milite curae.
Legicrepi tundunt, latrant fora, classica turbant,
Et trans Oceanum ferimur porro, usque niuosus
Cum teneat Vasco nec parcat Cantaber horrens.
En quibus indicas, ut crinem frondea Phoebi
Succingant hederaeue comas augustius umbrent!
En quos flammantem iubeas uolitare per aethram!
Quin mage pernices aquilas uis pigra elephantum
Praecurret uolucremque pigens testudo molossum,
Quam nos rorifluam sectemur carmine lunam.
  Sed tamen, incuruus per pondera terrea nitens,
Dicam, cur fesso liuescat circulus orbe
Purpureumque iubar niuei cur tabeat oris.
Non illam (ut populi credunt) nigrantibus antris
Infernas ululans mulier praedira sub umbras
Detrahit altiuaga e specula, nec carmine uicta
Vel rore Stygias . . . .

5 feratumquę p̃munt *B* melleno, *corr. m. pr.*, *B* 6 legecrepi *P* clasica *B* turbant *om. P* 7 portusque *Heins.* 8 Con *B* tentet *cj. Areu.* uarto *B* cat *om. B* orrens *BH* chorrens *P* 9 Est *B* crimen *B* foebi *BHP* 10 sugcingant *P* edere ue *BH* camas (*uel* acmas) agustius umbrant *B* chomas *P* 11 In *B* flamantem *H* iubeat uelita. referetram *B* 12 magnę ꝑnicies *B* pernicies *HL* pernices *P*, *Regio-Vatic. alter* pigię leuantum *B* elefantum *HP* pernicius aqnilam sus pigra uolantem *Clemens qui u.* 11 *et* 12 *affert.* 13 ꝑcurrit *B* precurreret *H* pigrens *Cuperus* molosum *P* 14 quam nostrumflā sectemus charmine *B* sextemus *H* sectemus *L* 15 Est amen *B* Stamen *HL* incurus *P* ꝑ *B* terrę a *B* nitentes *H* 16 dicat *B*, *om. M* quur *HM; sic ubique Scal.* liuera *B* libescat *H* liliuescat *P* lidescat *L* lunalibescit *M* urbi *B; om. H* 17 purpureiũque tuar *B* quas *B* quur *HPM* ores *B* horis *M* 18 illa *B* poli *H* contris *B* 19 inuernus *B* ulululans *H* predira *H* phaedira *L* subumbrans *B* 20 detrait *HPL* altiuago e (e *om. B*) speculo *libri*, *em. Dousa* ne *libri* nec *Buechelerus* carmina *H*
21 saniem despumat in herbas *add. Barthius* '*ex uet. cod.*' *ad Stat. Theb. II* 284. stygis authere terra matri crepantem *Vlloa. Nullam lacunam agnoscit B;* Vel r. st. *in initio uersus H: in medio P.* stigias *P* negrore stigiasti inciuilemque facit clangore *B* clamorem *Scal.* astra *B* atram *HL* atrham *P*

Vincibilemque petit clangorem (quippe per aethram,
Qua citimus limes dispescit turbida puris,
Inuiolata meat); sed uasto corpore tellus,
Quae medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Deserit umbriferis metis, tum sidere casso
Pallescit, terrae umbra rotae dum transeat axem
†Aggerei uelox cumuli speculoque rotanti
Fraternas reparet per caelum libera flammas.
    Sed quia mira putas, cur, cum uis maxima solis
Bis nouies maior clueat quam terreus orbis,
Non circumcingat terrestris lumine metas,
Sume ratum rationis opus. Namque aspice Phoebum.
Quam sublimis eat conuexa per aurea mundi
Quamque humilem terram conlustret cursibus altis:
Hic ingens, utcumque libet, uel desuper ignis
Sparserit obliquo uel cum radiauerit axe,
In terram radii franguntur. cetera solis
Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,
Nil opstante globo tendunt per. inania uasta,

23 quasitimor *B* quasitimus *HPL* dispescit *Scal.* dispicet *B* dispicit *L* despicit *H* dispexit *Px* despexit *x* turpida *L* 24 inuiolat˜ *B* inuiolatum erit *M* set fasto *B* tello. his *B* 25 que *BL* mdium *L* imo *HL* in imo *B* immo *M* lumina *Scal.* culmina *BHPLMx* frs̃ *B* fratres *M* 26 detinet *Scal.* desinet *BLx* desinit *H* deserit *PxM* motis *BHPL* noctibus *M* metis *Scal.* dum *BM* sidera *BHP* sidere *M* sydera *L* capsu *B* crasso *Scal.* 27 pallascit *H* pollescit *M* terrae *HPML*, *om. B* teres *Scal.* rote *BH* ax. agg.] exhumorageri (e v superscr.) *B* (e *et* v *m. pr.?*) agere *M* aggere *x* ageret *x. num* Aetherei? (Aerii *Buech.*) cumuli *BPL* cumulo *M* tumuli *Scal.* cumulis *H* specloque rosant *B* rosanti *HPML* rotanti *L in mg.* 29 fraternis *L* repararet *H* flammis *BHL* 30 putat *P* cur cum] cιη *B* circum *HPL* uix *B* 31 bis *om. B* luceat *x* qua *B* urbis *B* 32 Nunc *Arev.* terrestres *HPL* mutas *B*, *corr. m. sec.* 33 foedum *BHL* foebum *P* 34 erat *BHL* aureã *B* 35 humile *B* curribus *BH* cursibus *Px* 36 utcunque *P* et (ei?) usque *B* ut *P* ut *HBLx* quum *x* ignes *H* ignis *P* 37 oblico uelet (ei?) us radiauirataxe *B* 38 terra *B* 39 quam *BP* quae *et* edit *conicio* 40 nihil o///ante *B* u *m. sec. in ras.; olim* l *uel* i. optante *H* potante *P* uestan *B*

Donec pyramidis peragat uicta umbra cacumen.
Per quam cum Phoebe gelidos agit uda iugalis,
Infima uicinis nonnumquam decolor umbris
Fratre caret uacuoque exanguis deficit ore. —

Cur autem sola spolietur lumine luna,
Nil uero mirum est. quippe illam lucis egentem
Lux aliena fouet, quam cum pars proxima metae
Inuidet, expectat radios male caerula fratris.
At chorus astrorum reliquus non tangitur umbris,
Et proprium cunctis iubar est nec sole rubescunt.
Sed sudum . . . .
Porro ultra solem rapitur cum uertice caeli.

Iam cur semenstri non semper palleat orbe,
Inflexi praestant obliquo tramite cursus.
Namque uagans errore rato cum deuia tortos
† Dum legit anfractus, metam sol eminus exit
Intorquetque peplum noctis radiatque sororem.
Haec eadem ratio est, subitis ubi frangitur umbris
Augusti solis rutilum iubar, indiga lucis

41 donet H purammidis pagam uicita *B* recta *Burm.* 42 confoedem litus aciet utad *B* cum foede gelidosa cetuda *HPL* ualidos *Scal. qui rell. emend.* iugales *H* iugalis *BP* 43 infirma *B* nouum quam *M* um. umbris *B* 44 frater *P* frater acaretia suoque *B* curet uacuaque *M* quae *P* defecit *P* defficit hora *M* 45 quur *BM* aũ *B* spoliatur lumina *B* 46 nihil uirum mirũ, *om.* est, *B* nil uero mirum mirum est *H* luces *B* 47 cum *om. B* proximi moete *H* ꝑximi nocte inuidit expecta *B* radius *M* rula *B* cerula *H* fratres *M* 49 ad *B* coros *BH* ad chorum austrorum *M* reliquos *B*

50 iobar, *om.* est, *B* 51 sed suum *nullo lacunae indicio B.* sudum *om. M* semper mittunt a corpore solem *add. Scriuer. ex coni.* adiens atralibus impete celso *add. Vlloa* 52 cum] etur *B* 53 quur menstruo *M* sementri *B* palleã *B* 54 infrlexi *H* inelixi *L* elico *HL* ilico *P* illico iam tramite *M* obliquo *Scal.* eloco tramitte cursum *B* cursu *HPL*

55 uacans *B* rat *L* cum] ceu *Buechelerus* toratos *P* tortus *M* 56 Tum *M* Colligit *Scal. fortasse* Deligit. leget anSfractutus *B* sole minus *H* eminam *B* 57 introiuitque *B* sorororem *P* 58 hec *H* ibi *x*, cur *Scal.* u. 60. 59 *Vlloa* 59 angusti solistibum *B* indicat *B* indica *PL*

Quando inter terram et solem rota corporis † alma
Luna meat, fratrem rectis obiectibus arcens.

484

De uentis

B. V 114. M. 1056

Quattuor a quadro consurgunt limite uenti.
Hos circum gemini dextra laeuaque iugantur
Atque ita bis seno circumdant flamine mundum.

60 inter] in *B* alma *Ar.* almę *B* almae *Px* alme *HL* albi *M* almi *Pith.*, *Heins.* 61 meet *B* merat *M* retrectis *B* obiectibus *om. M* argens *BHL* urgens *P* arguens *M* arcens *Scal.* Explicit. amen. dō gratias *B* Explicit *P*, *om. H*. *Finem deesse Barthius putat.*

Sisebuti hoc quoque carmen extat (*ap. Burm. A. L. II p.* 325):
'Magnus ubique deus, nunquam mutabilis auctor' (= *Dracontius* I 125, *ubi* maculabilis)
Chare mihi in aeuum ualeas tu Teudila semper
Atque animo grato nomen amantis ama.
Qui tibi diuinum iussit concedere uotum,
Ipse tibi tribuat Sandrimer alma uia (*lege*, alme, uiam).
Te dominus uerax ueraci gratia seruet,
Vt nomen meritis uindices ipse tuis.
Sit leo de tribu Iuda tibi fautor ubique,
Sit tibi uitae lux Christus ubique pius!

484. *G* = *cod. Ouetensis s. VII—VIII*, *contulit Grialius ad Isidor. de nat. rer. post cap.* 37, *quod eadem continet atque hoc carmen; sed nonnulla Grialii potius quam codicis puto*
L = *cod. Cassiodori s. VIII—IX*, *inter Librii codd.* 229, *cf. Catalogue of the collection of mss. . . . formed by Mr. G. Libri*, *Lond.* 1859, *p.* 53. *continet v.* 1—7. *M* = *Mediceus* 16, 39 *s. IX init.* (*Bandinius catal. I p.* 294). *continet v.* 1—8
D = *Caroliruhensis olim Durlacensis n.* 36 (*contulit Holderus*) *s. IX — X.* *R* = *Reginensis Heinsii ap. Burm.* (*Regin. Vatic.* 1260 *saec. IX*) *W* = *Valencenensis* 164 *s. IX. fol.* 27 *u. apud Mangeartum catal. p.* 150. *V* = *Valencenensis* 393 *s. IX fol.* 138 *r.; ipse contuli.* *x* = *unus uel plures Areuali mss.* (*Albanius saec. X*, *Ottobonianus*, *Vaticanus*, *Veronensis*) *p* = *Pithoei lectiones singulares; is u.* 4—27. 1—3 *ponit.* *b* = *Burmanni Vossianus uel Leidensis eiusdem* Versus de uentis *G* Versus de duodecim uentis *Rb* De uentis *p* Versus uentorum *x*. *Inscr. om. DLWV*(*M?*) 1 Quatuor *GM* limine *Mx* Quattuor — limite *om. L* nti *om. V* 2 Hos circum *GM* Hi (Hii *L* Huic *W*) quoque sex *LDVWp* iunguntur *M* recurrunt *p* 3 senos *M*

Primus Aparctias Arctoo spirat ab axe:
Huic nostra nomen lingua est Septentrio fictum.
Circius hinc dextro gelidus circumtonat antro;
Thrascian Graeci propria dixere loquella.
Huic laeuus Boreas glaciali turbine mugit;
Frigidus hic Aquilo nostris uocitatur in oris.
At Subsolanus medio flat rectus ab ortu;
Graecus Aphelioten apto quem nomine signat.
Huic Vulturnus adest, dextra qui parte leuatur;
Attica Caecian Grais quem littera signat.
Nubifero flatu laeuum latus inrigat Eurus,
Dorica quem simili designat nomine lingua.
At Notus e medio solis dat flamina cursu:
Austrum rite uocant, quia nubila flatibus haurit.
Euronotus cui dexter adest, quem nomine mixto
Euraustrum Latia dixerunt uoce Latini.
Libonotus laeuam calidis attaminat auris;
Aestibus inmensis ardens Austroafricus hic est.
Abscessum solis Zephyri tuba florea seruat,
Italia nomen cui dictum est uoce Fauoni.
Huic dextram tangit dictus Lips Atthide lingua;

4 aparcias *M* aparthias *WLDV* alto qui *G* artioo *L* arto o *D* altus *Mx* 5 factum *p* finctum *DL* fictum *VW* huic nomen nostra e lingua septemtrio fixit *G* septentrion fincxit, *om.* est, *Mx* 6 hunc *Mx* huic dexter *G* gelido *G Rxb* dextra *et* Arcto *ci. Pith.* 7 thras *L* traciani *M* thrascian *DVWp* thraseian *b* graii *G* graecia *L* grazu *M* greci *VW* loquela *W' edd.* 8 hinc *p* boreus *G* boria *M* 9 hinc *DVWp* 10 m. fl. r.] flat rectus solis *G*, *fort. recte* 11 apelioten *G Burm.* ephelioten *W* 12 Huic at V. d. de p. l. *G* leuatus *DVWp* 13 caecian *DWp* caetian graiis *V* litora signaut *G* 14 leuigatas irrigat auras *G* irrigat *V* 15 dorida *DVWp* 16 nothus *DVW* 17 quia] qꝫ *V* 18 euronothus *DVW* oui *D* 19 Euroaustrum *V* Euraustrum *WD* Latia] patria *Burm.* 20 libonothus *DW'* liponothus *V* adtaminat *G* adnominat *x* 21 istibus *b* immensis *GV* 22 Abscessum (abc. *W'*) solis *DVWp*] Solis ab occasu *GRb* tuba (tubida *D* tumba *p*) florea *GDRVW'pb* 23 Ex Itala nomen *G* Italia ueniens cui *DVW'p* fixum est *G* 24 attide *GDVWb* attice *p*

Africus hic propria ueniens regione uocatur.
At tu, Core, fremis Zephyri de parte sinistra;
Argesten Grai uocitant cognomine prisco.

25 hinc *DVW'p* hic *G* 26 at *ex* ac *D* ta *b* chore *DW'b* fremens *VW'p* 27 argestem *W* q̈ṻ̇ē grai *D* raii *b* Graio uocitarunt ore Camoenae *G* cognomine prisco *VW b* dictū prisco *D*, *om. p*

CARMEN
CODICIS PARISINI 7530

B. M. – 485

De figuris uel schematibus

Collibitum est nobis, in lexi schemata quae sunt,
Trino ad te, Messi, perscribere singula uersu
Et prosam uersu pariter †placare uirorum.

Κόμμα

Particulae membra efficiunt, haec circuitum omnem.
Particula est comma. ut uersu tria commata in illo:
'Arcadiam petis, inmensum petis, haud tribuam istud.'

Κῶλον

Membra ea sunt, quae cola uocant; ea circuitum explent.
'Nam qui eadem uult ac non uult', colon facit unum.
Huic adiunge sequens: 'is demum est firmus amicus.'

Περίοδος

Circuitus, peri quam dicunt odos, orta duobus

485. *Inscripsi ut P (cod. saec. VIII). V.* 1—3 *praeter illa* 'Collibitũ est nob in lexis a' *et* 'pariter placare uirorum,' *deinde u.* 33 *et* 93, *in P nunc euanidi, ex Sirmondi apographo noti sunt.* 3 Et prosa et *P* Et prosam *Ritschl* planare *Halm.* replicare priorum *Ritschl. Cetera qui emendarint, uide apud Halmium rhett. lat. p.* 63 *sqq.* 4 et membra, *Quicherat* 5 coma *P* 7 Membrea sunt *P* circuitu *P* 8 uul hac *P* 9 his P 10 ados *P* ora *P* orsa *Ahrens* orta *Sauppe*

Membris, ut praedicta, uenit tetracolon adusque.
Nam si plura itidem iungas, oratio fiet.

Ἀνάκλασις

Est reflexio, cum contra reflectimu' dicta.
"'Non expecto tuam mortem, pater', inquit. at ille
'Immo', ait, 'expectes oro neue interimas me.'"

Ἀντιμεταβολή

Permutatio fit, uice cum conuertimu' uerba.
'Sumere iam cretos, non sumptos cernere amicos.'
'Quod queo, tempus abest; [quod tempus abest] nequeo' inquit.

Ἀλλοίωσις

Differitas fit, differre hoc ubi dicimus illi.
'Excitat hunc cantus galli, te bucina torua.
Te ciet armatus uictus, huic otia cordi.'

Ἀντίθετον

Oppositum dico, contra cum opponimu' quaedam.
'Doctor tute, ego discipulus; tu scriba, ego censor;
Histrio tu, spectator ego; adque ego sibilo, tu exis.'

Αἰτιολογία

Redditio causae porro est, cum, cur ita, dico.
'Audi, etsi durum est; nam uerum quod graue primo
Consilium acciderit, fit iucundum utilitate.'

Ἀνθυποφορά

At si aduersa mihi referam, relatio fiet.
"Sed moueas te, lucifugus, sis in medio audax!'

11 tretacolou *P* 13 reflectio *P* reflectimus *et sic ubique P* 14 pariter inquid *P* 15 ait *Fröhlich* aut *P* autem *Sauppe* expectis *P* 17 supto *P*, *em. Q* (*Quicherat*) 18 cui [quod *ego*] tempus adest [abest *ego*] *suppl. Sauppe* inquid *P* 19 *Αμοισις P* differe *P* dicimu illo *P* 20 buccina torba *P* 21 cordis *P* 22 Appositum *P* 25 *Αετιολογία P* 26 aud. *P* uero *P* 27 iogundum *P* 28 *Ανειποφορα P* rellatio *Schn.* (*Schneidewin*) 29 in medium *Ahrens*

'Ludo est, indoctus cui pes, malus optigit umbo?''

'Απόκρισις

Fit responsio ad haec, quae contra fingimu' dici.
'Irascetur: sperne. dabit damnum: reparabis.
Caedet: ne toleres. nex imminet: emorere, inquam.'

'Επαναφορά

Est repetitio, cum uerbo saepe incipio [uno].
'Ipse epulans, ipse exponens laeta omnia nuptae,
Ipse patrem prolemque canens, idem ipse peremit.'

'Επιφορά

Desitio contra, cum uerbo desino in uno.
'Vt possem, fecit fatum; dedit haec mihi fatum:
Si perdam, abstulerit fatum: regit omnia fatum.'

Κοινότης

Haec duo coniunctim faciunt, communio uti sit.
'Vis callere aliquid: discas. uis nobilitari
Ingenio: discas. uis famam temnere: discas.'

'Αναδίπλωσις

Fit replicatio, si gemines iteramine quaedam.
'Ibo in eum, sit uel pollens ut fulmine dextra,
Pollens fulmine dextra, fero uis praedita ferro.'

Βραχυλογία

Est breuitas, raptim paucis cum dicimu' multa.
'Mentem contempla; nam consilio ualuit: fors
Decepit. si peccat, homo est. concede; fatetur.'

30 Laudes inductus *et* optige ambos *P*, *em. Ahr.* 33 Cedet me tolere *apographum Sirmondi*, *em. Sauppe* ne si minor *apogr.*, *em. Ritschl* At sum minor *Sauppe* qui sim minor *Halm* 34—42 *post* 63 *posuit G. Dzialas* 34 απαναφορα *P* uno *add. Q* 37 Desisto *P* 40 ut sit *P*, *em. Ahr.* 42 dicas uis *P* 43 ανδίπλωσις *P* 45 uis *Ahr.* bis *P* 46 partim *P* raptim *Sauppe* carptim *Q* 47 uoluit *P* 48 si peccat *Fröhlich* sepe ad *P. alii* spem *uel* fit *uel* bene *ante* saepe, at *ponunt*

Διαφορά

Si uerbum diuerse iteres, distinctio fiet.
'Cuiuis hoc homini dones: homo si modo, nolit.'
'O mulier, uere mulier! scelera omnia in hoc sunt.'

Πολυσύνδετον

Multiiugum dico, articulis quod pluribu' iungo.
'Ille hunc fallit, at hic gaudet, nos uero timemus
Praesertim in peregri ne fas abrumpere tentet.'

Διαλελυμένον

Abiunctum contra est, si nullis singula necto.
'Cognoscas, qui sis, cures te, uir sapiens sis,
Et peius serpente time illum qualibet unum.'

Διῃρημένον

Dispersum dico, quod † passum uno ordine reddo.
'Ambo Iouis merito proles, uerum ille equitando
Insignis Castor, catus hic pugilamine Pollux.'

Διέξοδος

Fit percursio, percurro cum singula raptim.
'Maiorem uim † haud inueniet, parilem simili in re
Vincemus, non audebit certare minore.'

Ἐπιπλοκή

Fit conexio, posterius si necto priori:
'Cum sensi, dixi; cum dixem, deinde suasi;
Cum suasissem, abii; simul atque abii, indupetraui.'

49 *διαφωρ. P* diuersae *P* 50 O muli *P* 52 *Πωλυνδετων P* Multilongum *P*, *em. Q* 53 at *P* et *Sauppe* 54 praesentim *P* tentet *Q* t et ire *P* 55 *Διαληλυμενων P* 57 Et prius uerb. time illum quaelibet *P*, *em. Ahrens* 58 *διερειμμένων P*, *em. Q* Disparsum *P* dico *ego*] reddo *P* quod sparsum *Sauppe* uno *Q* non *P* haud *Ahr.* 60 castus *C* pullux *C* 61 *διεξοδως P* percussio *P* 62 haud *Ahr.* non *P* Non uim maiorem inu. *Christ. Vel* uim *del. Ahr.* 63 certeare minorem *P* audebunt c. minores *Ahr.* 64 connexio *P* 65 dixem *Sauppe* dixisse *P* 66 indupretraui *P*

Ἐπανάληψις

Illa resumptio fit, quaedam cum dicta resumo.
'Cognitus est nobis, iam cognitus, ac bene noui.'
'Tu uero sapiens cunctis, immo ipsa Minerua.'

Ἐπιτροπή

Fit concessio, cum quiduis concedimus † optet.
'Nesciuit uel non potuit uel noluit: ut uis,
Pone, tibi permitto; tamen non debuit uti.'

Ἐπιφωνούμενον

Intersertio, cum inseritur sententia quaedam.
'Pollet enim forma, quod regnum aetatis habendum,
Fortuna, quae sola potest quemcunque beare.'

Ἐπίζευξις

Fit geminatio, cum sensus geminamus eosdem.
'Thebae autem, Thebae, uicina urbs inclutaque olim.'
'Mi nate, o mi nate, meae spes sola senectae.'

Ἐπεκφώνησις

Exclamatio ea est, quam ut motus reddo repente.
'A, postquam uictum uideo me, tu improba et amens,
Fortuna, es, quos sublimas mox ipsa premendo.'

Ἰσόκωλον

Fit parimembre, ubi membra aequalia circuitus sunt.
'Cui nec finis adest cupiendi nec modus extat
Vtendi, citus in dando est, celer in repetendo.'

Μερισμός

Cum priuis propria attribuas, fit distribuela.

67 *επαναλημφις P* 68 ac *Schneidew.* at *P* est *Sauppe* est bene nobis *Ahr.* 69 imo *P* *επιτροπν P* 70 opte *P* 71 Hisce uti *Froehl.* 72 Ponet ibi *P* *επιφωνουμενων P* 77 inclytaque *P* 78 meae] memeae *P* 80 at *P* ah *Halm* ut *Schn.* amans *P* 81 praemendo *P* *ισοκωλον P* 82 pare membre *P* aeque et *P* aequalia *Sauppe* 84 citius *P* in] i *P* 85 primis, *sed ead. manu* priuiis *corr.*, *P* destribuela *P*

'Huic furta in manibus, fuga plantis, uentre sagina.'
'Tu sumptu pauper, dando dis, ingenio rex.'

Μετάβασις

At remeatio fit, cum rursus me redigo ad rem.
'Verum longius excessi nec tempore in ipso
Fortasse indulgens animis: ergo redeo illuc.'

Μετάφρασις

Fit uariatio, cum simili re nomina muto.
'Regnauit Libyco generi, regnauit et Argis
Inachiis, dominatus item est apud Oebaliam arcem.'

Μετάκλισις

Declinatio, cum uerbum declino parumper.
'A primo puerum rectum est condiscere recte.'
'Dignos digna manent, plerumque bonis bene uortit.'

Ὁρισμός

Definitio fit, cum rem definio pro me.
'Diligere, hoc prorsum est uelle id, quod prosiet illi:
Nam qui ad se reuocat quod uult, mihi sese amat ipse.'

Ὁμοιοτέλευτον

Confine est, simili fini cum claudimu' quaedam.
'Quom minus indignatur, ibi magis insidiatur,
Vt metuas noxam, si non ostenderit iram.'

Ὁμοιόπτωτον

Aequeclinatum est, quod casu promimus uno.
'Auxilium, non consilium, rata, non cata uerba,
Rem, non spem, factum, non dictum quaerit amicus.'

86 faga *P* 88 rematio *P* 89 *puto* tempore iusto, 91 in re *Sauppe* 92 gene *P* 93 *uide ad u.* 1 *εκκαλισις P, em. Saupe. an* Ἔκκλισις? 94 uerbo *B* ωρισμός *P* 98 dilige *P* uelle id quod *Sauppe* uert id *P* prosit et *P, em. Emperius* 99 uult mihi, sese *Sauppe.* mihi] *puto* hic ομοιοπτελευτον *P* 100 Confinies simili *P* 101 quom *Halm* com *P* 102 Vt noxam metuas *P, transpos. Q* non] n. *P* ομοιοπτοτον 103 aequae clinatum *P* aequicl. *Ahr.*

Πολύπτωτον

Multiclinatum contra, uariantibu' quod fit.
'Tu solus sapiens, tibi cuncti cedere debent,
A te consilium petere et tua dicta probare.'

Παρονομασία

Supparile est, alia aequisono si nomine dicas.
'Mobilitas, non nobilitas.' 'bona gens, mala mens est.'
'Diuidiae, non diuitiae.' 'tibi uilla fauilla est.'

Προσαπόδοσις

Est subnexio, propositis subnectere quaeque.
'At nos non ut tu: nos simplicitate, tu arte.'
'Hoc das, hoc adimis nobis: das spes, adimis res.'

Παραδιαστολή

Subdistinctio fit, cum rem distinguimus ab re.
'Dum fortem, qui sit uaecors, comemque uocat se,
Quom sit prodigus, et clarum, qui infamis habetur.'

Παρένθεσις.

Interiectio, cum quaedam medio ordine famur.
'Huc ut uenimus, interea — nam tempus erat uer
Et sacrum Florae et Cereri nemus — imus ad aras.'

Παρομολογία

Est suffessio, cum sensi pro parte fatemur.
'Verum Academia † est. esto: tamen omnia nulli
In dubium reuocant. at quaedam et pleraque, si uis.'

Πρόληψις

Anticipatio fit, contraria cum occupo uerba.

πολιπτοτον P 106 contraria uariantius 'quod sit *P*, *em. Q* (= *Quicherat*) *Halm Ahr.* 107 dere *om. P* *παραονομασια P* 109 alia *Sauppe* tale *P* alid *Ahr.* 110 mouilitas non uilitas *P* 112 subnectio *P* 113 tuare *P*, *em. Sauppe* 114 adimes *bis P, em. Q* *πραδιαστολε P* 116 forte *P* quia *P* qui *Schn.* uaecor *P* 117 quom *Halm* quod *P* si *P* sit *Q* *παρεντεσις.* 118 Interfectio *P* 120 Cereris *Sauppe* 121 suffasio *P* 122 est] ait *Halm* 123 ad *P* sibi *P* si uis *Q* *προληςις P*

'Credo, ille et flebit multum et iurabit, amicos
Producet testes: sed uos rem quaerere par est.'

Παρόμοιον

Adsimile, †a momento cum simile hoc facio illi.
'Nam plebeius homo, ut ferme fit libera in urbe,
Reg[nat] †ibi et puncto regnat suffragioloque.'

Παρρησία

Inreticentia, cum uerum reticere negamus.
'Dicere, quod res est, cogor; uos ista, Quirites,
Vos facitis, dum non dignis donatis honores.'

Πρότασις

Propositum, cum proponas, quod deinde repellas.
'Est ornanda domus spoliis: hic ornat amicam
Exuuiis. leges discendum est: discit amores.'

Πάντα πρὸς πάντα

Cuncta ad cuncta, ut: 'Gens Graia, Afra, Hispanica seruit;
Nam partim meritost ultus, partim insidiantes
Praeuenit, partim uictor uirtute subegit.'

Συναθροισμός

Est conductio conquegregatio, cum adcumulo res.
'Multa hortantur me: res, aetas, tempus, amici,
Concilium tantae plebis, praenuntia uatum.'

Συνοικείωσις

Conciliatio, diuersum si conciliamus.
'Prodigus [est] et parcus idem: [nam] nescit uterque
Vti opibus, peccant ambo, res dedecet ambos.

125 illae fleuit *P* iurauit amico *P* 126 producit *P* pars est *P*. 127 At simul *P* cum agnomento *Fröhlich* 128 nan *P* 129 Regnat *Q* Reg *P* ibi et] *num* ibei? sufragio loqui *P*, *em. Ahr.* 131 ita *P*, *em. Q* 133 propositio *P*, *em. Q*; id *add. Sauppe* proponis *Ahr.* 137 meritostultos *P* 138 preueni *P* inuictos *Ahrens* συναερoισμος *P* 141 concilia *P* denuntia *P*, *em. Halm* dementia *Q* natum *P*, *em. Schn.* συνοικιωσις *P* 142 fit *add. Q* diuersa ubi *Froehlich.* 143 est *et* nam *add. Q* 144 dederet *P*

Τρίκωλον

Teriuga sunt, quae respondent secum ordine trino.
'Si neque diuitiis polles neque corpore praestas
Nec corde exuperas, cur te dicam esse beatum?'

Χαρακτηρισμός

Fit depictio, cum uerbis ut imagine pingo.
'Pocula, serta tenens flexa ceruice iacebat,
Limodes, grauis optutu, madido ore renidens.'

Ἐπιτίμησις

Est correctio, cum in quodam me corrigo dictu.
'Nam tarde tandem — tarde dico? immo hodie, inquam.'
Vel sic: 'non amor est, uerum ardor uel furor iste.'

Προυπάντησις

Fit praeoccursio, si reddas priu' posteriori.
Vt: 'pluuias cernas nolle istos ac cupere illos:
Artrantes cupiunt imbrem noluntque uiantes.'

Ἀναστροφή

Esse reuersio et in prosa solet, ut fit in istis:
'Pauxillam ob culpam.' 'male quod uult.' 'praecipiti in re.'
'Troianos facit ire ut diuus Homerus aues ut.'

Ὑπερβατόν

Transcensus porro est, cum intersita pendula claudo.
'Atque ego, quod negat hic quiduis, ius eripit omne,
Fas abolet, laedit leges, haec omnia mitto.'

τρικωλων P 145 trina *Sauppe, sed cf. u.* 2 *χαρακοηρισμος P* 148 depinctio *P* uerb. *P* 149 ferta *Quich.* 150 Limonides *P, em. Haase* *επιτειμησις P* 153 uerbum *P* 154 redas prius *P* 155 accipere *P, em. Sauppe* 156 Arantes *P, em. Froehlich* agrestes *Ahrens* agricolae *Sauppe* 158 pausillam occultam *P, em. Ahr.* praecipit *P, em. Schneidewin* 159 duuius *P* 160 interposita *P, em. Q* 161 quiduis *Sauppe* uiuis *P* 162 laede *P*

Ἀντεναντίωσις

Exaduersio fit, minimis si maxima monstras.
'Non parua est res, qua de agitur' pro 'maxima res est',
Vt dictust Aiax 'non infortissimu' Graium.'

Ζεῦγμα

Nexum est, si uarias res uno nectimu' uerbo.
'Oebalon ense ferit, Lycon hasta, Pedason arcu.'
Nunc mediost 'ferit' et fini pote principioque.

Μεταβολή

Si uerbum uarie mutes, uariatio fiet.
'Quis nos propter te dilexit? quando aliquem tu
Iussisti? quas res gessisti? cur ita abundas?'

Ἀλλοίωσις aut *Ὑπαλλαγή*

Fit mutatio multimodis. 'Bello Africa flagrat,'
Afros cum dicas bellare. et tempora quando
Et casus numerosque figurando uariamus.

Ἔλλειψις

Fit defectio, cum uerbum, quod subtraho grate,
Defit. 'Curat enim nemo nec corrigit hanc rem,
Sed culpat.' quippe hic 'quisquam' subtraximu' grate.

Πλεονασμός

Exuperatio fit, quod causa appono decoris,
Cum uacat, ut: 'quarta uix demum exponimur hora;'
'Saucius ille leo' — quia 'uix' pote tollere et 'ille'.

Περίφρασις

Est autem circum illa locutio: 'bucera saecla'
. . . .
'Fac discas' pro 'disce', et pro 'dic' 'dice loquendo.'

164 pro maxima *Ahrens* sed proxima *P* 165 in fortissimus *P* 167 Lycon ferit *Christius* astapidason arci *P*, *em. Q* 168 medius *P*, mediost *ego* mediumst *Christius* fuerit *P* 169 uariae *P* 170 non *P* 171 iunxisti *Schneid.* iuuisti *Sauppe* υναλλαγη *P* 172 multis modis *P* ελλυπσις *P* 177 subtrax *P* 178 *sq.* quod] quom *et* cum] quod *Christius* 180 uim *P* 182 *lacunam agn. Halm*

Προσδιασάφησις

Si plenum cumules, adsignificatio fiet.
Vt: 'mihi non placet hoc animo.' quippe [hinc] 'animo' aufer,
Et nihilo minus est plenum; uerum auxerit illud.

προσδιαγραφεσις P, *em. Schn. et Sauppe* 184 comules at significatio *P* 185 hinc *add. Halm*, hic *Schn.* tu quippe *Sauppe* 186 Enihil *P* illum *P*

CARMINA
CODICIS VINDOBONENSIS 16

486
REMI FAVINI
De ponderibus et mensuris

B. M. —

Pondera Paeoniis ueterum memorata libellis
Nosse iuuat. pondus rebus natura locauit
Corporeis: elementa suum regit omnia pondus.
Pondere terra manet: uacuus quoque ponderis aether
Indefessa rapit uoluentis sidera mundi.
  Ordiar a minimis, post haec maiora sequentur.
Nam maius nihil est aliud quam multa minora.

A = *Vindobonensis olim Bobiensis saec. VIII—IX fol.* 48 *r. u.;* 70 *u.; contulit Endlicherus* (*ed. Vindob.* 1828) *P* = *Parisinus* 7496 *saec. IX fol.* 246 *et* 249; *contuli* *B* = *Guelferbytanus Gud.* 132 *saec. X; cont. Hultschius* *C* = *Guelferbytanus Gud.* 64 *saec. X; cont. idem* *G* = *Sangallensis* 817 *saec. XI; cont. Schenklius; quem, ut specimen corruptelae latius serpentis, hic illic exhibeo.*

De ponderibus *A* *Inscriptione carent PB all. cf. Anthol. fasc. I p. XIX.* Remi Fauini epistola de ponderibus ex sensu eiusdem clari oratoris ad Symmachum metrico iure missa incipit *Parisinus* 7498 *saec. IX et fere Voss. oct.* 15. Remi Fauini de ponderibus et mensuris *C*, *Monacensis* 18375 *saec. X*, *all.* Itẽ Prisciani lib̃ de ponderibus et m̃suris ex opere Rufini uł Fauiani: ʃI. de ponderibus et mensuris *cod. Voss. q.* 33 *saec. X fol.* 115 *r. et fere Reginensis ap. Burm.* (*i. e. Vatic.* 1709). Versus Prisciani grammatici de figuris numerorum et ponderum *G* Incipiunt uersus Prisciani de ponderibus *Paris.* 8069 *saec. X —XI fol.* 4 *u.* 1 peonis *A* (peoniis A^2 *i. e. m. sec.*) poeniis *C* poeoniis *C m.* 2, *G* 2 rerum *A* (*corr.* A^2) *C* locabit A^1 7 $\overset{l}{\mathrm{n}}$ A^1 minora A^1 minuta A^3PBC *rel. uulgo*

Semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo
Gramma uocant, scriplum nostri dixere priores.
Semina sex alii siliquis latitantia curuis
Attribuunt scriplo, lentis uel grana bis octo,
Aut totidem speltas numerant tristesue lupinos
Bis duo; sed si par generatim his pondus inesset,
Seruarent eadem diuersae pondera gentes.
Nunc uariant: etenim cuncta haec non foedere certo
Naturae, sed lege ualent hominumque repertis.
Scripla tria dragmam uocitant, quo pondere doctis
Argenti facilis signatur nummus Athenis;
Olceque a dragma non re sed nomine differt.
Dragmam si gemines, erit is quem dicier audis
Sicilicum: dragmae scriplum si adiecero, fiet
Sextula quae fertur; nam sex his uncia constat.
Sextula cum dupla est, ueteres dixere duellam.
Vncia fit dragmis bis quattuor; unde putandum
Grammata dicta, quod haec uiginti quattuor in se
Vncia habet: tot enim formis uox nostra notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.
Vnciaque in libra pars est quae mensis in anno.

9 dragma *A*, *em.* A^3 scriplum *A* scrupulum *PB* scripulũ *CG* 11 attribuo A^1 adtribuunt A^2G scrupulo *B* scripulo *PC* uel grana bis *A* uergantur *P* uergantur in *BC* uergentibus *G* 13 Biduo PB^1C 14 diuersa *P* 15 etenim] etcum A^1 haec non *A* nunc (*om.* haec) PBC^1G federe *G* 17 Scripula *PBCG* namque *add.* *PG* ria A^1 (tria *m. tert.*) dracmam *G* drachmam *uulgo*, *et sic infra* uocitant *A*, *om.* *PBCG;* faciunt *Paris.* 12117 *saec. XI* quo *A* quam *rell.* 18 facile *A* ethaenis *P* aenis *B* et aeris *G* 19 olcae *B* olcis *G* quae *A BC* a] ad *C*, *om.* *B* Ñ *P* 20 geminas *G* erit *APC* aderit *B* eterit *G* is *A*, *om.* *PBCG* 21 sicilicum *A*, sicilicus *rell.* scripulum *PC* scrupulum *B* dracmae scripulus *G* adicero A^1 adiicero A^3 22 q̃ *P* untia *G* c̃stat' *P* 23 duelam *G* 24 bis IIII *A* 25 grammata A^2P dragmata A^1 gramma *BC* XX et quatuor *A* 26 totidem f. *C* nostra *ABC* una *P* graeca A^3 *in mg.* 27 *ante* 26 A^1 27 In se horis *A* quod A^1C qu^vot^ *P* peraget A^1 28 q̃ *P* quae *BC* annum *PBCG*

Haec magno Latio libra est gentique togatae:
Attica nam minor est: ter quinque hanc denique dragmis
Et ter uicenis tradunt explerier unam.
Accipe praeterea, paruo quam nomine Grai
Mnam uocitant nostrique minam dixere priores.
Centum hae sunt dragmae; quod si decerpseris illis
Quattuor, efficies hanc nostram denique libram;
Attica quae fiet, si quartam dempseris unam.
Cecropium superest post haec † docuisse talentum
Sexaginta minas, seu uis, sex milia dragmas,
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;
Nam nihil his oboloue minus maiusue talento.
Nunc dicam, solidae quae sit diuisio librae
Siue assis (nam sic legum dixere periti),
Ex quo quod soli capimus perhibemur habere,
Dicimur aut partis domini pro partibus huius.
Vncia si librae desit, dixere deuncem,
Ac si sextantem retrahas, erit ille decuncis.
Sed nullum reliquo nomen semuncia certum

30 non *G* t̃ *P* hanc *B*] s ad A^1 haec *PCG* hac A^3 *in mg.* ter quinis at A^2 31 uigenis *B* unum *B* 32 patrio *Vinetus* quam] cog *C* grai *AB* gradi *P* grandi *C* 33 nam A^1PCG mnam A^3B que A^3] quam A^1PCG, *om.* *B* nostri *et* minam *et* priores *om.* A^1, *qui* quam dixere duellam. minam A^3P mnam *BCG* dire *C* 34 heę *G* haec *C* erunt *PCG* quae si *A* decepseris *C* 36 nam fiet quartam si *G* emnam *libri* unam *Vinetus.* ei mnam *Schenklius. num* e mna? 37 Cecropeũ *PG* superem *A* docuisse *libri*, *nisi quod* uocare A^1, dixisse A^3 memorare *Hultschius* thalentũ *P* 38 Sexaginta *A* sex *PBCG* minis A^1 mnas *Vinetus* bis *libri* millia *A?* *post* milia *add.* *C* denique, *G* milia dragmis A^1, *Hultschius*, dragmas A^2PBCG 39 summus *PC* ethaenis *P* aenis *B* 40 obolo] binis *G*. ue *AG* ne *PBC* talento *A* talentum *BCG* thalentum *P* 42 seu *ABC* seu∫ *P* Siculicus assis *G* 43 solidi A^3 solide *G* 44 dicimus A^2BC cim' *P* ut *G* huius] usus *C* 45 deest *PBC* deerit *G* 46 Ac si *PB* axi A^1 at si A^3 assis *C* extantem *C* sex tandem *G* retrahas A^3B detrahas A^1PCG ill^{e}a *P* decuncis A^2PBCG^2 deuncis A^1G^1 47 relinquo A^1 reliqua *G*

Dempta dabit, neque [quae] est huius sescuncia triplex.
Dodrantem reliquum uocitant quadrante retracto;
Cumque triens desit, bessem dixere priores.
Idem septuncem dempto quincunce uocarunt.
Post haec semissis solidi pars maxima fertur;
Nam quae dimidium superat, pars esse negatur,
Vt docuit tenui scribens in puluere Musa.
Cetera dicta prius, quibus est semuncia maior.

Haec de ponderibus: superest pars altera nobis
Vmida metiri, seu frugum semina malis.
Cuius principio nobis pandetur origo.
Pes longo in spatio latoque altoque notetur,
Angulus ut par sit quem claudit linea triplex,
Quattuor et medium quadris cingatur inane:
Amphora fit cybus hic, quam ne uiolare liceret,
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.
Huius dimidium fert urna, ut et ipsa medimni
Amphora, terque capit modium; sextarius istum
Sedecies haurit, quot soluitur in digitos pes.
At cotylas, quas si placeat dixisse licebit

48 dempto *B* quae est] *post Wernsdorfium Schenklius*, est A^1 (namque est A^3 *in mg.*) *PG*, inest *B* enim est *C* huius *om. A* sescuncia A^2 sexuncia A^1 sexcuncia *PBC* 50 Cunque *C* defit *P* uesen A^1 besen A^2PB bessen *G* 51 septunciēm A^1 septunce est *B* septuncem ē *C* septunx est *G* qcmque A^1, *em.* A^3 cincūq. *PBC* uocatus *G* 53 nam que A^1 dimedium *A* 54 tenuis A^1 55 caetera (t) *P* caetera *C* est semuncia A^3 *rell.* septuncia *P ut uidetur* esse uncia A^1 esset uncia A^2 57 Vmida *P* Humida *rell.*? malis *A* mauis *PBC*
59 Pes etenim l. *G* in *om. PG* altoque *om. PBCG* notatur A^3 ℞ *P in mg.* 60 angelus A^1 ut *A* et *rell.* pars *B* lancea *G* 61 quadris medium *B* 62 anphora *A* cybus *A* cuius *PBCG* cubus *uulgo* hic *uulgo om.*; hanc ne cui *Schenkl.* quam *om. G* 63 tarpeio (a) *P* im C 64 dimedium *A* fertur nam ipsa A^1 fertur nam ut ipsa *PBC* fert urna ut ipsa A^3 nam fertur in ipsa *G* edemni A^1 medemni A^3 medimna *G* 66 Sedeties *P* aurit A^1 quod A^1PBC indirit ospes A^1, *em.* A^2 67 Ad *A* colittas A^1 cotilas A^3PBCG quasi *C*

Eminas, recipit geminas sextarius unus,
Quis quater adsumptis fit Graio nomine choenix.
Adde duos, chus fit, uulgo qui est congius idem,
E quo sextari nomen fecisse priores
Crediderim, quod eos recipit sex congius unus.
At cotyle cyathos bis ternos una receptat.
Sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur.
Bis quinae hunc faciunt dragmae, si adpendere malis:
Oxybaphon fiet, si quinque addantur ad istas.
At mystrum cyathi quarta est; sed tertia mystri
Quam uocitant chemen, capit haec coclearia bina.
Quod si mensurae pondus conponere fas est,
Sextari cyathus pars est quae [est] uncia librae;
Nec non oxybaphi similis sescuncia fiet,
Sicilicumque tibi mystro simulare licebit.
Coclear extremum est scripulique imitabitur instar.
    Attica praeterea discenda est amphora nobis

68 Emina A^1 heminas *uulgo* 69 Qui *et* assumptus (ads. A^2) *libri*, *em. Endlicher.* graia *A* cenis A^1 cenix A^2 chenix *G* 70 duas *Endl.* chus A^2PB^2C huius A^1 chrus B^1 dius, *om.* fit, *G* c̃gius *P* 71 Aequo A^1PC A quo *G* ex quo A^3 sextarii *A* (*e sil.*) *PC* 72 recipit *A* captet *P* capit et *CG* capiat *B uulgo* unas *P* 73 cotile A^2C cotilem A^1 cotila *PBG* cyatos A^1 chyatos A^2 ciatos *BG* (*qui sic ubique*) batos *PC* 'alius ciatos' *P m. pr. supra lin.* uix A^1, *corr.* A^2 74 chyato *A* deciato *B* de bato *PCG* 'alius ciato' *P ut supra* quoque *om. PBC* 75 Vix A^2, bis A^1 *rell.* nunc *PC* dracmę *C* appendere uelis *PBC* 76 Oxabafum *PBC* hocsibafon A^1 oxybafon A^3 oxifalum *G* fient *PC* facient *B* si *post* quinque *C*, *om. P* *u.* 77 *om.* A^1, *add.* A^3 *in mg.* Ad *BC* mistrum *ubique G* mixtu *C* ciati *ABC* cyati *P* sed *A* at *P* a *BG* ad *C* mustri *C* 78 ////emen A^1 clemen A^3 cyamen *BP* ciamen *CG* coclaria *A* bina *om. G* 79 pondus *om. PBC* componere *BC* cõp. *P* 80 Si sextarios A^1 Sextario A^3 *rell.*, *em. Hultsch.* ciatus *BC* cyatus *P* quae] q̃; *P* utque *G* quã *Paris.* 12117 *saec. XI* est *om. libri* 81 hoc so baphi A^1 hoxyibaphi A^3 oxibafi *B* exobafi *P* exobafit *C* exifalo *G* sescuncia A^3 uncia A^1 sexcuncia *BG* sex uncia *PC* 82 Siciculũq: *B* Silicumque *C* mistro A^1 similare *B* 83 clocleare A^1 q̃ *P* quae *BC* 84 Attico *C* dicenda *man. recentior in A*

Seu cadus: hanc facies, nostrae si adieceris urnam.
Est et bis decies quem conficit amphora nostra
Culleus: hac maior nulla est mensura liquoris.
Est etiam terris quas aduena Nilus inundat
Artaba, cui superest modii pars tertia post tres,
Namque decem modiis explebitur artaba triplex.

Illud praeterea ueteres perhibere memento,
Finitum pondus uarios seruare liquores.
Nam librae, ut memorant, bessem sextarius addit,
Seu puros pendas latices seu dona Lyaei.
Addunt semissem librae labentis oliuae
Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.
Haec tamen adsensu facili sunt credita nobis:
Namque nec errantes undis labentibus amnes
Nec mersi puteis latices aut fonte perenni
Manantes par pondus habent, non denique uina
Quae campi aut colles nuperue aut ante tulere.
Quod tibi mechanica promptum est deprendere Musa.
Ducitur argento tenuiue ex acre cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis producit harundo,
Cui cono interius modico pars ima grauatur,

85 facies *om.* A^1, *add.* A^3 una *PC* 86. quae confit *C* 87 culleu/// ac *P* hac A^3B hanc A^1 ac *C* hoc *G* maioris A^1, *em.* A^3 hac nulla est maior *B* m̃sura *P* 89 arta ua A^1, *em.* A^3 superest A^1 superat A^3 *rell.* modii *om.* *G* 90 modiis A^1BP modios A^3 modii *C* explebit A^1, *em.* A^3 91 ueteris *A*, *om.* *PBC* sensu *G* perhibere *AG* cohibere *PC* coniuere *B* 92 serua *P* 93 libra (e *supra*) *P* besen A^1 besem A^3 bessen *G* 94 plendas A^1, *corr.* A^3 lyęi *A* liei *PB* lyei *C* ligni *G* 95 semisse Tibrae *P* oliuae A^1 aliui *P* oliui A^2 *rell.* 96 Seu librãq. *P* Sedlibramque *CG* melli *P* libri *B*, *idem ante* superesse *C* 97 asensu *B* assensu *PCG* sunt] s *PC* 99 putei *PBC* puteo *G* forte A^1, *em.* A^2 100 manantes A^2PB manentes A^1C ñ *P* 01 aut tante *C* aut tanta *G* 102 mecanica A^1, *em.* A^2 deprehendere *PCG* 103 dicitur A^1PCG ducitur A^3B tenuesue A^1 tenue (*om.* ue) *P* tenuiue A^2 *rell.* ex atre *P* exstare *G* cilindrus *A ubique* celyndrus *ubique G* 104 arundo *BPG* 105 cano *P*

Ne totus sedeat totusue supernatet undis.
Lineaque a summo tenuis descendat ad imam
Ducta superficiem, tot quae aequa in frusta secatur,
Quot scriplis grauis est argenti aerisue cylindrus.
Hoc cuiusque potes pondus spectare liquoris.
Nam si tenuis erit, maior pars mergitur unda;
Sin grauior, plures modulos superesse notabis.
Quod si tantumdem laticis sumatur utrimque,
Pondere praestabit grauior; si pondera secum
Conuenient, tunc maior erit quae tenuior unda est;
Ac si ter septem numeros texisse cylindri
Hos uideas latices, illos cepisse ter octo,
His dragma grauius fatearis pondus inesse.
Sed refert aequi tantum conferre liquoris,
Vt grauior superet dragma, quantum expulit undae
Illius aut huius teretis pars mersa cylindri.
Haec de mensuris. quarum si signa requires,
Ex ipsis ueterum poteris cognoscere chartis.
Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
Argentum fuluo si quis permisceat auro,

106 Nec A^1PC Neu *A rec.* totis G^1 uersusnatet *G* supernatat *PC* 107 q̃ *P* descendat AB^2 descendet B^1 descendit *PC* ima *PBCG* 108 Ductam *B* superficie *PBCG* tot aequa A^1 totque aequa A^2 totq. qua *P* totq: quę *B* tot quo quũ *C* tot. quaque *G* totidemque aequa A^3 frustra *C* secetur *B* 109 Qđ *P* scripulis *PBC* aerisque *G* cilindrus *AC* 110 potest *PC* 111 si *om.* A^1, *corr.* A^2 maiori *PG* pars *om.* *PBC* mergitur A^2PCG pergitur A^1 submergitur *B* 112 Si grauio A^1, *corr.* A^2 modulatus suo peresse A^1, *em.* A^2 113—115 *post* 118 *ponit Christius* 113 Quod *A* Ac *PBC* At *G* aut *uulgo* tantundē *PB* latices G^1 sũmatur *P* utrũq; *supra scripto* ĩq; *m. pr. P* 114 grauiors P^1, grauior si P^2 pondere *PCG* 115 Conueniunt *PBCG* qui *G* 116 ac si A^1 at si A^3 quod si *PBC* septies A^1, *em.* A^3 humeros *PBCG* (*idque B ante* septem) cilindri AC^1 117 illas *P* coepisse PG^2 caepisse *BC* 119 equi *B* 120 *dedi ex PBC; corruptum dicit Hultschius* Vt dragma superet sua A^1 dragma superet grauior A^3 unda *G* undas A^3 undę A^1PBC 121 mensa *PB* cilindri *A* 122 Hae *P* si *om.* *G*, tu *C* requiris *PB* requiras *G* 123 cartis *B* certis *G* 124 tradamus *G*

Quantum id sit quoue hoc possis deprendere pacto,
Prima Syracosii mens prodidit alta magistri.
Regem namque ferunt Siculum quam uouerat olim
Caelicolum regi ex auro statuisse coronam,
Conpertoque dehinc furto — nam parte retenta
Tantundem argenti opifex inmiscuit auro —
Orasse ingenium ciuis, qui mente sagaci,
Quis modus argenti fuluo latitaret in auro,
Repperit inlaeso quod dis erat ante dicatum.
Quod te, quale siet, paucis (aduerte) docebo.
Lancibus aequatis quibus haec perpendere mos est
Argenti atque auri quod edax purgauerit ignis
Impones libras, neutra ut praeponderet, hasque
Summittes in aquam: quas pura ut ceperit unda,
Protinus inclinat pars haec, quae sustinet aurum;
Densius hoc namque est, simul aëre crassior unda.
At tu siste iugum mediique a cardine centri
Interualla nota, quantum discesserit illinc
Quotque notis distet suspenso pondere filum.
Fac dragmis distare tribus. cognoscimus ergo
Argenti atque auri discrimina; denique libram
Libra tribus dragmis superat, cum mergitur unda.
Sume dehinc aurum cui pars argentea mixta est

126 possit *PBCG* reprendere A^1 deprendere A^2B dep̄hendere *PC* 127 syracusi A^1B syracusii A^2G siracusii *PC* p̄dit *P* prodiit *C* alta prodidit A^1, *em.* A^2 128 Rege *C* siculo quam mouerat *PC* 130 Comperto, *om.* que, *PBC* forto *A* furti *P* retentam *A* recepta *C* 131 Arg. tant. *edd.* immiscuit *AC* 133 minor A^1, modus A^2 *rell.* 134 illaeso *B* diis *PBG* dicato *PC* 135 sitet *PC* 136 haec] et A^1, *em.* A^2 137 purgauerat P^1B^1 138 imponas *C* inpones *G* neultra A^1, *corr. m. rec.* neutro *PBCG* praepondere *PG* p̄ponere *C* 139 summittis *PCG* quas *A* quam *PBCG* coeperit *PC* ceperat G^1 140 pars A^3B par *PC*, *om.* A^1 aurum] *hic desinit Parisinus* 8069 141 nanq: *C* simil *B* a re *PB* ari *C* crassior A^3 grassior A^1 crassius *PBC* 142 a A^1 in A^3BG, *om.* *PC* centrum *G* 143 discerpserit *PBCG* 144 quodque A^1, *em.* A^2 quotue *Christ.* filo A^1, *em.* A^3 145 cognouimus *PBCG* 146 libra *P* libras *C* librae *G* 148 hinc *PBC* mixtast *A*

Argentique meri par pondus, itemque sub unda
Lancibus impositum specta: propensior auri
Materies sub aquis fiet furtumque docebit.
Nam si ter senis superabitur altera dragmis,
Sex solas libras auri dicemus inesse,
Argenti reliquum, quia nil in pondere differt
Argentum argento, liquidis cum mergitur undis.
Haec eadem puro deprendere possumus auro,
Si par corrupti pondus pars altera gestet.
Nam quotiens ternis pars inlibata grauarit
Corruptam dragmis sub aqua, tot inesse notabis
Argenti libras, quas fraus permiscuit auro.
Pars etiam quaeuis librae, si forte supersit,
Haec quoque dragmarum simili tibi parte notetur.
Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum
Ars docuit, quam tu mecum experiare licebit.
Ex auro finges librili pondere formam,
Parque ex argento moles siet; ergo duobus
Dispar erit pondus paribus, quia densius aurum est.
Post haec ad lancem rediges pondusque requires
Argenti, nam iam notum est quod diximus auri,
Fac et id argento grauius sextante repertum.
Tunc auro, cuius uitium furtumque requiris,

149 que] atque *P* metri *C* mori G^2 pars A^1, *em. m. rec.* idemque A^1, *em.* A^2 ubique *G* 150 inpositum *G* imposuit A^1 imposuitis A^2, *em̃.* A^3 expecta *PBG* expectare *C* pe tua A^1 specta A^3 151 fit uenturumque *G* docebis *A* 152 ter senis] terrenis *C* ter fuerit *G* superabit ut A^1, *em.* A^3 153 decimus *G* 154 quã *C* nihil *PC* in pondera *C* 155 in liquidis cum uergitur *C* 156 dep̃ndere *B* dep̃hendere (p̃hę *C*) *PC* deprendero *G*, *em.* G^2 157 Si pars *C* p//////rupti *P* corrupto *uulgo* pars *om. et in mg. add. A* par *G* 158 Nam quo *euanida in P* tersenis *B* pars *om. PCG* inlibato *A* illibata *BP* 159 sub aquam *PBCG* totiens ẽẽ *PC* mox esse *B* notabis *om. G* //////bis *P* 160 auro] *hic desinit C* 161 Par *G* queuis *P* 162 notetur] *hic desinit G* 163 aquis] *hic desinunt PB* 165 fingis *A* finges *ego* 167 densior auro *A*, *em. Christius* 169 auro *typotheta apud Endlicherum* 170 et *Denisius* que *A* 171 requires A^1

Finge parem argenti formam pondusque notato:
Altera quo praestat leuiorque est altera moles
Sit semissis onus: potes ex hoc dicere, quantum
Argenti fuluo mixtum celetur in auro.
Nam quia semissem triplum sextantis habemus,
Tres inerunt auri librae, quodque amplius hoc est,
Quantumcumque siet, fraus id permiscuit auro.
Causa[que] cur ita sit, prompta est, si discere uerum
Non pigeat ueterumque animos intendere chartis.
Nam si disparibus numeris accesserit idem,
Seruat inaequales itidem, tantumque manebit
Discrimen quantum fuerat prius, idque notabis,
Siue in temporibus quaeras, seu pondera rerum
Seu moles spectare uelis spatiumque locorum.
Quare diuersis argenti aurique metallis,
Quis forma ac moles eadem est, par addito pondus:
Argento solum id crescit, nihil additur auro.
Sextantes igitur quot tum superesse uidebis,
In totidem dices aurum consistere libris,
Parsque itidem librae sextantis parte notetur.
Quod si forte parem corrupto fingere formam
Argento nequeas, at mollem sumito ceram.
Atque breuis facilisque tibi formetur imago
Siue cybi seu semiglobi teretisue cylindri,
Parque ex argento simuletur forma nitenti,
Quarum pondus item nosces. fac denique dragmas
Bis sex argenti, cerae tres esse repertas:
Ergo in ponderibus cerae argentique liquebit,
Si par forma siet, quadrupli discrimen inesse.
Tum par effigies cera simuletur eadem
Corruptae, cuius fraudem cognoscere curas.
Sic iustum pondus, quod lance inueneris aequa,
In quadruplum duces; quadrupli nam ponderis esset,
Si foret argenti moles quae cerea nunc sit.

174 honus *A*[1] 179 que *Hultsch., om. A* et *Schenkl.* 189 quos tu *A*, *em. Buech.* 194 atque *Endlicher.* aeque *A* 195 cubi *Endl. finem deesse puto*

Cetera iam puto nota tibi — nam diximus ante —
Quo pacto furtum sine aquis deprendere possis.
Haec eadem in reliquis poteris spectare metallis.

487

HILARII

B. M. —

Si uere exurunt ignes, cur uiuitis, undae?
Si uere extinguunt undae, cur uiuitis, ignes?

487 a.

EIVSDEM

Lympharum in gremiis inimicos condidit ignes
Communis[que] ortus imperat alta manus.

487 *sq.* De septem miraculis mundi (*ed. Haupt. Ovid. Halieut. etc. p.* 67 *sqq. ex cod. nostro Vindob.*) *fol.* 56 (*p.* 71 *H.*): 'Quintum est de fontibus Gratianopolitanis, de quibus simul et latex emanat et ignis . . . hinc Hilarius quidam ait: Si . . . manus, et reliqua.' 'Hilarius] *Arelatensis*, *quem* uersus fontis ardentis *scripsisse Honoratus Massiliensis refert uit. Hil.* 11 (14).' *Hauptius* 2 extingunt *A* 487 a. *segregaui et* Eiusdem *inscripsi* 2 que *addidi*

CARMINA
CODICIS REGINENSIS VATICANI 215

B. V 88. M. 1051

488

Nomina feriarum

Prima dies Phoebi sacrato nomine fulget.
Vindicat et lucens feriam sibi Luna secundam.
Inde dies rutilat iam tertia Martis honore.
Mercurius quartam splendentem possidet altus.
Iuppiter ecce sequens quintam sibi iure dicauit.
Concordat Veneris magnae cum nomine sexta.
Emicat alma dies Saturno septima summo.

489

AVGVSTINI

B. M. —

De anima

Omnia sunt bona: sunt, quia tu, bonus, omnia condis.
Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus, amantes
Ordine neglecto pro te, quod conditur abs te.

Reginensem cod. 215 *saec. VIII exeuntis* (*uel anni* 805) *haec carmina continere tantum ex Areualii ed. Isidor. tom. II p.* 305 *sq. noui.*

488. *Inscr. om. S* (*Sangallensis* 878 *anno* 821 *scriptus, p.* 177); *dedi ex Vat. p.* 127 *et P* (*Paris.* 4883 *A saec. XI, ex Vatic. ni fallor descripto, fol.* 27 *r.*). Versus septem dierum *cod. Claromontanus ap. Burm.* 1 phebi *S* sacratus *Clar.* 2 uendicat *S* educens *P;* elucens *puto* 4 altum *Clar.* splendens percurrit ouantem *P* 5 ecce] inde *Gauricus* sibi uindicat alte *P* 6 magnae *om. S* magno *Clar.* sextus *Cl.* sexta sacratae *S* 7 almus *Cl.* summo] compta *P.* — *Secuntur in Vat. et P* Versus de psalmis, *deinde* 489.

489. Versus sc̃i Agustini de anima *P fol.* 27 *u. Primus ni fallor edidi.* 2 nr̃m *P*

Omnia nam, quae sunt, a te sunt, te sine nil [est].
His sine tu, simul es pro cunctis his et in illis.
His sine [tu], quod es, es; non hi sunt te sine, quod sunt.
Ac nec id hi quod tu, nec tu quod hi, sed in illis
Totus ades: in te totus, totus et in ipsis.
Hi nam nec sibi nec toti tibi sed sibi sunt hoc
Quod sunt, in quantum sunt, in tantum sibi toti.
Vt natura docet ratio perceptaque monstrat,
Totus homo est anima (siquidem hic sibi totus habetur).
Quicquid abest, extra se nec in se sibi sentit.
Deficit in toto, cum totus †se sibi constat.
Dum stat corporeus, homo semper et hic et ubique
Non habet in sese aeternos et tempus et actum;
Sed habet hoc nec habet, est et non est etiamque
Tempus habet, uiuit cum corporealis et ipse;
Tunc habet, est cum tempore et hoc ipso sine non est.
Cum non corporeus erit ac ipsum neque tempus
Tunc habet et non est nec esse habet hoc, quod amisit:
En homo finit et est non iam homo; sic quoque tempus.
Non ita uis animae ut careat semper, sed ubique
Cum noua nempe nouo descendit corpore tota.
Semper habet et ubique, neque est et habet ubicumque.
Ex quo constat ut est, naturam sumsit ut esset.
Semper habet, quoniam esse quod est non desinet esse.
Sunt eique modi, qui cuncta secuntur, adhaesi:
Sensus et ingenium, ratio, mens, perspicua quae
Et diffusa manet, cum sit in corpore toto;
Emigrat, ubicumque aciem porrexerit extra
Subtilique oculo, quoquo se uerterit, adstat
Intuitu mentisque doletque cupit metuitque,

4 quae *ego* que *P* nichil *P* est *addidi* 5 es *ego* his *P* 6 tu *addidi* es qđ es, non *P* 9 *num* nec sibi nec tibi, sed toti sibi (*cf.* 10) sunt hoc? 11 percautaque *P*, *correxi* 14 se: *fortasse* re 15 stat *i. e.* extat 16 aeterno sed *P*, *correxi* 17 Sed *ego* Sic *P* nec *ego* et non *P* 18 et ipse est *P* 19 hoc ipsum *P*, *correxi* non — *P*. est *ex u.* 18 *huc transposui* 23 *corruptus;* intereat *fortasse legendum* 27 q̃m *P* 28 eique *cf. L. Mueller. de re metr. p.* 272 aclęsi *P* 29 quae *ego* que *P* 31 *fort.* Emicat

Gaudet, et ista gerit gestu sine corporis ullo,
Vt deus inmortalis et intrectabile lumen.
Permanet ipsa, deus minime, similis sed in istis,
Nonque dei pars sed similis per talia uiuit.
Hoc uero esse quod est numquam desistit adesse.
Illius igneus est uigor, ex quo corporealem
Inspirando calet massam diffusa per artus.
Corporeis licet officia gestis uarientur,
Auditu uisu olfactu tactu quoque motu,
Illa tamen spirando calet animatque replendo
Omnia, nec quidquam † habet aut nec sumit ab ipsa.
Namque loco non corporeo concluditur ullo:
Est incorporea informis substantia quaedam.
At deus esse habet et fuit, est et semper in illo,
Dispar in hoc, quod cuncta tenet perlustrat et implet,
Totus ubique manetque patetque et regnat ubique.
Haec aut lapsa chaos aut ad [caelum] alta uolabit;
Haec loca sorte capit, sed dispar uiuit in illis:
Si felix fueris, hic tunc felicior extat,
Si infelix, etiam multo infelicior illic.

490

B. M. —

TIBERIANI

Versus Platonis de Graeco in Latinum translati

Omnipotens, annosa poli quem suspicit aetas,
Quem sub millenis semper uirtutibus unum

39 corpore aleni *P*, *em. Buech.* 44 quidquam *ego* quidam *P* *puto* ualet aut desumit 49 manet et ubique patet et regnat ubique *P*, *em. Buech.* 50 caelum *add. idem* 52 exta *P.* 53 illuc *P* *Sequitur et in Vat. p.* 128 *et post prosariam breuem interpretationem huius carminis in P c.* 490.

490. *P = Par.* 2772 *s. X—XI fol.* 53 *r.* *Q = Par.* 4883 *A s. XI fol.* 28 *r.* (= *P ad c.* 488). *R = Vindob.* 143 *s. XIII ab Hauptio collatus. Verborum diuisio in P corruptissima est, quam non affero. Ipse contuli PQ* Versus Platonis a (ad *PR*) quodam Tiberiano (quendam Tyberianum *R*) de *sqq.* (translatę *R*) *PR* Versus Platonis de deo *Q* 1 suscipit *PR* suspicit *Q* 2 mellenis *P* semp *om. Q*

Nec numero quisquam poterit pensare nec aeuo,
Nunc esto affatus, si quo te nomine dignum est,
Quo sacer ignoto gaudes, quo maxima tellus
Intremit et sistunt rapidos uaga sidera cursus.
Tu solus, tu multus item, tu primus et idem
Postremus mediusque simul mundique superstes.
Nam sine fine tui labentia tempora finis.
Altus ab aeterno spectas fera turbine certo
Rerum fata rapi uitasque inuoluier aeuo
Atque iterum reduces supera in conuexa referri,
Scilicet ut mundo redeat, quod raptibus astrum
Perdiderit refluumque iterum per tempora fiat.
Tu siquidem fas est in temet tendere sensum
Et speciem temptare sacram, qua sidera cingis
Inmensus longamque simul complecteris aethram
Fulmineis forsan † rapida sub imagine membris,
Flammifluum quoddam iubar es, quo cuncta coruscans
Ipse uides nostrumque premis solemque diemque.
Tu genus omne deum, tu rerum causa uigorque,
Tu natura omnis, deus innumerabilis unus,
Tu sexu plenus toto, tibi nascitur olim
Hic deus hic mundus domus haec hominumque deumque,
Lucens augusto stellatus flore † iuuentus.
Quem, precor aspires, qua sit ratione creatus,
Quo genitus factusue modo, da nosse uolenti.
Da pater, augustas ut possim noscere causas,

3 poterit quisquam *R* 4 effectus *R* effectu *Q* 5 quod maxima *PQR* 6 intremuit sistunt *Q* intremat et sistant *R* iuga *R* 8 supestas *P* mundu superextas *R* 10 alter *R* spectans *PQR* 11 facta *Q* 13 quod partibus *PQR*, *em. Buech.* quod partubus aethra *G. Hermannus* abstrum *P* austrum *Q* astra *R*
14 corpora *PR* tempora *Q* 15 Te si *Q* 16 saram *P* saram (c *suprascr.*) *R* 17 immensus *Q* a&ram *P* 18 fulmencis *P* fulmineus *Q* forsam *R* imaginẽ *P* 19 coruscas *PR* coruscant *Q* 21 dei tu *Q* 20 aperis *Herm.* 22 õmis *P* 24 haec *scripsi* hic *PQR* 25 angusto *P* stellatur *P* stellatus *QR* *puto* stellarum. iuuencus *Herm.* 26 p̃cor asspiras *P* si *Q* 27 modo da] moda *Q* 28 angustas *Q*

Mundanas olim moles quo foedere rerum
Sustuleris animamque leui quo maximus olim
Texueris numero, quo congrege dissimilique.
Quicquid id est uegetum, quod per cita corpora uiuit.

u. 30 *om. Q* maximi *P* 31 qua *Q* dissimuliq; *Q* 32 quod *Q*, *om. PR* ꝑ concita *PR*. *finem deesse puto*

CARMINA

CODICIS REGINENSIS VATIC. 333

491

B. M. —

TVRCII RVFI ASTERII

Sume sacer meritis ueracis dicta poetae,
    Quae sine figmenti condita sunt uitio.
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,
    Perquam iustus ait talia Sedulius.
Asteriique tui semper meminisse iubeto,
    Cuius ope et cura edita sunt populis.
Quem quamuis summi celebrent per saecula fastus,
    Plus tamen ad meritum est, si uiget ore tuo.

R = *Reginensis* 333 *saec. VIII—IX.* *O* = *Ottobonianus* 35 *saec. VIII—IX.* *A* = *Reginensis* 1360 *saec. IX. Hos tres ex Mignii coll. patr. XIX* 779 *sqq. noui; quare moneo, ne quid e silentio meo de eorum lectionibus efficiatur.* *P* = *Parisinus* 8094 *saec. XI fol.* 2 *V, quem contuli; ex eo ed. Mabillonius. Hi omnes Sedulii carmen paschale continent.*

491. Hoc opus Sedulius int̄ carthulas dispsū reliquit qđ recollectū adunatū atq; ad omnē elegantiā diuulgatū est a t^vcio rufo asterio. ṽc̃ excsule ordinario atq; patricio [*cf. O. Jahn Ber. d. saechs. gesellsch. d. wiss.* 1851 *p.* 350]. Sume sacer *sqq. P.* | sequentes eiusdem indicant asterii uersus *in summo folio* 45 *r. incipiens Q* (*Paris.* 8319 *saec. XI*). 491 *in OPQ.* 1 ueracia *Sirmondi* (*ad Ennod. epp. I* 24) *cod. Remensis* 5 iuuet te *Withofius* 7 scl̄a *P* fastus *libri: nec* fasti *nec* fasces *legendum*

492

B. M. —

BELLESARII

Sedulius Christi miracula uersibus edenS
Emicat, inuitans paruae ad sollemnia mensaE
Dignum conuiuam: non hunc, qui †carpescat illuD,
Vix quod nobilium triplici fert aula paratV,
Laetum quod ponit sub aurea tecta tribunaL,
In quo gemmiferi totque aurea uasa canistrI
Viuida pro modico portant sibi prandia uictV,
Sed quod holus uile producit pauperis hortuS.
At post delicias properant qui sumere magnA,
Nituntur paruum miserorum spernere germeN,
Tutum quod nihil est, dum nil cum uentre tumesciT
Insidias membrisque mouens animaeque †ludentI:
Si tamen his dapibus uesci dignantur egeniS,
Temnat diuitias animus paucisque quiescaT,
Exemplo adsumptus Domini, qui milia quinquE
Semotis cunctis modicis saturauit ab esciS.

B. M. —

493

Sedulius Domini per culta noualia pergenS
En loca prospexit multo radiantia florE:
Discurrit per prata libens, quo gramine DauiD
Vidit diuino modulantem carmina cantV.

492 *in ROAP.* Versus Bellesarii scolastici *A*, *P fol.* 34 *r. post Sedulium; inscr. om. RO* 2 solemnia *P* (*rell.?*) m̃saE *P* 3 conuiuium *P* quia *P* carpescat *P* (carperet *rell.?*) carpserit *cj. ed. Mignii recte* 4 quod] ad *AP* profert aulaea *R* 5 poneret *P* spondit *R* 7 Vuida *ROA* Viuida *P* Viui *Mabillon* 8 q^d^ holus *et* ortus *P* 9 dilitias *P* 11 Tutum *OAP* Tantum *R* quo *A* nil est *P* dum nil cum *OA* dum cum nil *RP*; nil in uentre *Regin. alius* 12 m̃bris *P* que *om, libri* animaequi *A* luenti *edd.* 13 dignatur *P* (dignantur *rell.?*) 14 Temptat *P* (*rell.?*) 15 assumpsit *O* quo *P*

493. *Inscr. om. RPA, rell. Mignii; carmen om. O* Liberti *Barthii cod. unus* Liberati *liber Labbei et alius Vsserii.* Liberii *uulgo* 1 cuncta *Mabill.* gaudens *A* 2 perspexit *R* radientia *AP* 3 quod *P* quo *RA* (?) 4 modolantẽ *P*

† Laudabili psallente uiro refluunt citharae meL.
Ille ubi grandisoni captus dulcedine plectrI
Vritur et celeri graditur per lilia passV
Sacratosque iterum † late conspexit amoenoS,
Aeterna Christi fluuius quos abluit undA,
Non passus torpere diu doctoris acumeN
Tunc sua Dauiticus dilectus plectra poposciT
Irrita polluti contemnens numina mundI.
Signa crucis fronti ponit, breuiterque triumphoS
Tangit, Christe, tuos numerosaque praemia libaT.
Ergo dum uario decorat sua rura colorE,
Stabunt hi † garrula dicti testudine uersuS.

5 Laudabili *PA* Laudisceu *et* uiri *R* Laudato *Fabricius* Laudes hoc *Barth.* refluit cithara *R* cytherae *P* 6 grandissoni *P* plecthrI *P* 8 lucos *et* 9 fluuius *cj. Mign.* fluuios *codd.* 8 prospexit *A* 9 aeternam *A* fluuio *Mab.* åbluit *PR* adluit *A* 10 Nam *P* Non *A* 12 contẽpnens *P* contempsit *rell.* 14 numerossacri *A* 15 sua sura *R* uerarua *A* uera *P* decorantur uera *Mab.* 16 Stabant *P* in *R* garrula *PAR* gracili *Fabric. puto* parua. ducti *Mign.* testitudine *P*

CARMEN

CODICIS VOSSIANI Q. 69

B. M. — 494

Discipulis cunctis domini praelatus amore,
Dignus apostolico primus honore coli,
Sancte, tuis, Petre, meritis haec munera supplex
Chintila rex offert: pande salutis opem!

494. In uelo quod ĩ chintilane rege rome dic. tũ ẽ *Vossianus saec. IX fol.* 18 *u. post inscriptiones ecclesiarum Romanarum.* 1 dĩ *V* 4 chintilla *V. Hoc carmen ne charta periret addidi.*

CARMINA

CODICVM SAECVLI NONI

CARMINVM
CODICIS VOSSIANI Q. 86
SERIES ALTERA

Carmina duodecim sapientum

I Monosticha de ratione tabulae

495 B. III 75. M. 445—456

PALLADII

Sperne lucrum: uersat mentes insana cupido.

V = *Vossianus Q.* 86 *s. IX* (*continet c. I—XII praeter* 628 *sq.*, 632, 635, 636) *fol.* 108 *sq.* 111 *sqq.* *C* = *Parisinus* 8069 *s. X—XI fol.* 121 *u. sqq. qui solus omnia haec carmina, et iusto ordine et poetarum nominibus ubique seruatis, continet.* *G* = *Sangallensis* 273 *s. IX* (*continet c. I—IV. V* 543—550, 2. *T* = *Turicensis* 78, *olim* 451, *s. IX* (*cont. c. I—VIII*), *fol.* 148 *u.* *P* = *Parisinus* 8093 *s. X in.* (*cont. I—V. VI* 555—561, 3. *XI. XII* 627. 630—632) *X* = *Valencenensis* 389 *s. IX ex.* (*cont. c. II. V—VII. X. XII* 627; 631; 633 *sq.*) *W* = *Vindobonensis* 113 *s. X* (*cont. c. II*)

VX Holderus, P Bursianus, CT ipse contulimus; GW Schenklius (*Sitzungsber. d. kais. Akad. d. Wiss. XLIII* 1863 *p.* 62 *sqq.*) *dedit. — Librorum familiae:* I, *CP.* II a, *GTW.* II b, *VX.* — *Petauianus Heinsii, quem non affero, cum C plerumque consentit. Leuiora ex CV omnia afferam, e reliquis selecta. Nomina om. PX, confundunt codd. recc. et edd., multa eorum etiam Vergilio tribuunt. Non contuli Parisinum* 2772 *s. X—XI.*

Monostica que scripta sunt a duodecis sapientib' id est Palladii Asclepiadii Fustenii Pompelianii Maximini Vitalis Basilii Asmenii Vomanii Euforbii Iuliani Hylasii *C*

Incipiunt carmina quae scripta sunt post morte (*deest particula folii*) a duodecim sapientibus id est Palladio Ascle-

496

ASCLEPIADII

Fraude carete graues, ignari cedite doctis.

497

EVSTHENII

Lusuri nummos animos quoque ponere debent.

498

POMPILIANI

Irasci uictos minime placet, optime frater.

499

MAXIMINI

Ludite securi, quibus aes est semper in arca!

500

VITALIS

Si quis habens nummos uenies, exibis inanis.

501

BASILII

Lusori cupido semper grauis exitus instat.

piado Eusthenio Pompeliano Maximiano Vitali Basilio Asmenio Vomanio Euforbio Iuliano Hilagio *P*

Incipiunt uersus sapientum (sapientium *VG*) hoc (id *X*) est Basili Asmeni Vomani Euforbi Iuliani Hilasi (Nilasi *X* Ilasi *G*) Palladi Asclepiadi Eustheni (Eusteni *V* Euthemi *X*) Pompeliani (Pompeani *V* Pompeiani *X*) Maximini (Maximi *V*) Vitalis *VGTX; sic fere Bruxellensis* 5657 *s. XI qui cont. I—II. VI—XI ultimorumque partem; inscr. om. W*

De diuersis causis (reb' *C*) *addunt CGTP.*

I. *Extat in libris praeter XW. Inscr. om. V.* Inprimis (Sed primum *P*) singuli uersus senis uerbis et litteris de ratione tabulae (racione tabula *C*) *CGT;* de rat. tab. sing. uers. *sqq. P.*

I 495—506. *Nomina om. CP, habent VT, incertum de G.* E ⁝ PIDO ⁝

495 libido *C; supra scripta rubro colore picta sunt.* 497 num-o-mus *T* 498 irosci *C* 499 *cf. c.* 82, 10: 'securus ludat amator, nummos quisquis habet.'

502
ASMENII

Sancta probis pax est: irasci desine uictus.

503
VOMANII

Nullus ubique potest felici ludere dextra.

504
EVPHORBII

Inicio Furias: ego sum tribus addita quarta.

505
IVLIANI

Flecte truces animos, ut uere ludere possis.

506
HILASII

Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.

II Epitaphia P. Vergilii Maronis disticha

507 B. II 198. M. 433–444
ASCLEPIADII

Tityron ac segetes cecini Maro et arma uirumque.
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

508
EVSTHENII

Vergilius iacet hic, qui pascua uersibus edit
Et ruris cultus et Phrygis arma uiri.

502 pb̄ *V* 504 Iuito *V* 505 plecte *VGTP* plecto *C*
II *In omnibus extat. Nominum, quae ubique compendiis scribuntur, discrepantias non addam orthographicas.*
Inscr. om. TGW Distica *C* Distica de uirgilio *P* Epitafium uirḡl duob. uer̄sb. *X* Itē idē ipse [*h. e. Vergilius ipse!*] de titulo eiusdē hoc ē epitaphio binis uersib; *V*
507. 1 Titiron *C* hac *C* a *V* segites *V m. pr. P* 2 genuit *CP* generat *VGTXW* 508. 1 Virgilius: *sic ubique CPTXW sed* Vergilius *VG* edidit *V* 2 ut *C* ruri *CGT* phrigis *C* frugis *V* frygis *G*

509
POMPILIANI

Qui pecudes, qui rura canit, qui proelia uates
In Calabris moriens hac requiescit humo.

510
MAXIMINI

Carminibus pecudes et rus et bella canendo
Nomen inextinctum Vergilius merui.

511
VITALIS

Mantua mi patria est, nomen Maro, carmina siluae
Ruraque cum bellis, Parthenope tumulus.

512
BASILII

Qui siluas et agros et proelia uersibus ornat,
Mole sub hac situs est: ecce poeta Maro.

513
ASMENII

Pastorum uates ego sum, cui rura ducesque
Carmina sunt. hic me pressit acerba quies.

514
VOMANII

A siluis ad agros, ab agris ad proelia uenit
Musa Maroneo nobilis ingenio.

515
EVPHORBII

Bucolica expressi et ruris praecepta colendi,
Mox cecini pugnas. mortuus hic habito.

509. 2 hic *T* requieuit *V* 510 2 inextinctus *C* meru *m. pr. V*, *corr. m. sec.* 511. 1 carmine *X* 2 parthenoque, *sed corr.*, *V* partinope *G* 512. 1 *prius* et *om. W* praelia *C* 2 ac *V* sitis *G* 513. 1 sum cui] cuius *P* 2 acerua *T m pr.*, *VG* 514. 1 p̃lia *V* ueni *C* 515. 1 expressit et *TX*

516
IVLIANI

Hic data Vergilio requies, qui carmine dulci
Et Pana et segetes et fera bella canit.

517
HILASII

Pastores cecini, docui qui cultus in agris,
Proelia descripsi. contegor hoc tumulo.

518
PALLADII

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica Musa
Per siluas, per rus uenit ad arma uirum.

III Disticha de unda et speculo

519 B. V 101—112 M. 517—528
EVSTHENII

Redditur effigies liquida cernentis in unda,
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.

520
POMPILIANI

Formas pura refert oculis spectantibus unda,
Quales obiecto speculi fulgore uidentur.

521
MAXIMINI

Fontis aquae reddunt simulacra imitantia uerum,
Qualia leue refert speculi, cum cernimus, aequor.

516. 1 uergł *V* carmina *GTW* 517. 2 hic *VGTWX* en *CP* 518. 1 musia *V* (a *m. sec. in ras.*)
III *In omnibus praeter XW extat.* Itẽ distica (*om. P*) de *sqq. CP* De duobus heroicis uersib; (*sic, nil amplius*) *V*. *Inscr. om. TG.* 519. 1 Eusth *om. V* currentis *CPTG* cernentis *cod. papyr. Vossii* uisentis *V* 520. 1 Pem̃ *V* 2 obiectu *CPTG* obiecti *V* sp.] laterum *C* 521. 1 fontes *T, sed corr., G* ncia *C* imitau(e)rum *V*

522
VITALIS

Exprimit oppositas immobilis unda figuras,
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.

523
BASILII

Apparet mendax inlimi fonte figura,
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

524
ASMENII

Vnda quieta refert alto de gurgite formas
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscat.

525
VOMANII

Spectantis faciem nitidissimus adsimulat fons,
Sicut in opposito speculi solet aequore cerni.

526
EVPHORBII

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Qualis purifico speculorum ex orbe relucet.

527
IVLIANI

Fontibus in liquidis simplex geminatur imago,
Vt solet a speculo facies splendente referri.

528
HILASII

Effigies liquido respondet ab aequore fontis,
Qualis et a speculo simulatrix umbra resultat.

522. 1 obpositas *V* 2 leuiati *C* 523. 1 m̃dax *V* inlimi in *VP* 2 nitorsimus, *corr. m. pr.*, *G* 524. 1 Aš t *V* 2 spec.] nitidum *C* coruscans *libri* 525. 1 spectaris *m. pr. V* mundissimus *edd.* assimilat *C* 2 oposito *V* 526 *ante* 525 *edd.* 526. 2 lucet *V m. pr.* 527 2 facie *G*
528. 1 Pal̃ (*ut iterum ad c.* 529) *V* Effugies *T* resplendet *Scriuerius* 2 cualis *C* unda *GT*

529
PALLADII

Effingit species purissimus umor aquarum,
Plana uelut speculi uiuas imitantia formas.

530
ASCLEPIADII

Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu leui in speculo solet apparere figura.

IV Disticha de glaciali aqua

531 B. V 89—100 M. 505–516
POMPILIANI

Qua ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur,
  Postquam tristis hiems frigore iunxit aquas.

532
MAXIMINI

Sustinet unda rotam patulae modo peruia puppi
  Et concreta gelu marmoris instar habet.

533
VITALIS

Quas modo plaustra premunt undas, ratis ante secabat,
  Postquam brumali deriguere gelu.

529. 1 $\overset{h}{\text{umor}}$ *T m. pr.* umor *V* humor *CGP* 2 plena *CPT* [*nonne et G?*] uelud *V* imitancia uerum *C* 530. 2 ceu] cu *V* figuram *P*

IV *In eisdem extat.* Itẽ distici (*om. P*) de *sqq. CP* De glacie pentametris uersib; *V. Inscr. om. TG. Ouidius Trist. III* 10, 31 *sqq.:* Quaque rates ierant, pedibus nunc itur et undas Frigore concretas ungula pulsat equi' *sqq.* 531. 1 Quadratis *C*, *G m. sec.* cogit *C* plustra *G* 2 hiemps *CV* iungit *C* uinxit *TG.* 532, 1; 533, 2; 533, 1; 532, 2 *C* 532. 1 patulando *CP* pupim *C* 2 Et *CP* Ut *VTG* 533. 1 unda *C* 2 diriguere *CVTG*

534
BASILII

Vnda rotam patitur celerem nunc passa carinam,
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.

535
ASMENII

Quae solita est ferre unda rates, fit peruia plaustris,
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo.

536
VOMANII

Semita fit plaustro, qua puppis adunca cucurrit,
Postquam frigoribus bruma coegit aquas.

537
EVPHORBII

Orbita signat iter, modo qua cauus alueus ibat,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hiems.

538
IVLIANI

Qua puppes ibant, hac ducunt planstra iuuenci,
Pigrior ut cano constitit unda gelu.

539
HILASII

Amnis iter plaustro qui dat, dedit ante carinis.
Duruit ut uentis unda, fit apta rotis.

540
PALLADII

Plaustra boues ducunt, qua remis acta carina est,
Postquam deriguit crassus in amne liquor.

534. 1 nunc (ñ *V*) *libri* modo *edd.* passam *C* 535. 2 Et *C* Ut *VTG* 536. 1 quia pupis *C* *u.* 2 *om. C* 537. 1 caus aluas *V* Eũs *V* 2 stringit *C* hiemps *CV* 538 *om. CP. post* 542 *ponunt edd.* 1 ac *V* 2 constetit *V m. pr. T* 539. 1 Iul̃ *C* dat *om. V* 2 diruit ut uentus *C* 540. 1 Pãl *om. V* Hil̃ *C* carinę *V* (est *om.*) 2 diriguit *CTVG*

541
ASCLEPIADII

Vnda capax ratium plaustris iter algida praebet,
Frigoribus saeuis ut stetit amnis iners.

542
EVSTHENII

Plaustra uiam carpunt, qua puppes ire solebant,
Vt rigidus Boreas obstupefecit aquas.

V Tristicha de arcu caeli

543
MAXIMINI

B. V 17—28
M. 469—480

Thaumantis proles uarianti ueste refulgens
Multicolor picto per nubila deuolat arcu
Iris et insigni decorat curuamine caelum.

544
VITALIS

Cum sol ardentis radios in nubila iecit
Cumque colorifico nimbos fulgore repleuit,
Apparet uariis distincta coloribus Iris.

545
BASILII

Clara sub aetheriis fulget Thaumantia proles
Nubibus, ut radiis pluuium sol attigit imbrem,
Et picturato caelum uelamine cingit.

541. 1 Paĩ *C* 2 inhers *V* 542. Eũf *C* 1 pupes *C* puppis *P* 2 Cum frigus (frigiis *C*) *CPT* Cum rigidus *V* Frigidus ut *G ut uidetur*, *edd.*

V *In eisdem et X extat.* Tristica de arcu celi *CP* De arcu caelestiae triplicis uersiculis *V* De Iride triplicis uersibus *X* De arcu *T. om. G* 543. 1 (Tau)mantis *C* 2 pictu *VX* 3 insignis *X* aruamine *V* 544. 1 Iũt *V* fecit *libri* 3 uariis *V* radiis *CPTGX* dist(i)anta *V* 545. 1 taumancia *C* ãmantia *V* 2 adtigit *V*

546
ASMENII

Discolor aetheriis apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferi rapuerunt lumina solis,
Et caelum uariis miranda coloribus ornat.

547
VOMANII

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit sol,
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores.
Dicitur haec Iris picto spectabilis arcu.

548
EVPHORBII

Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras
Phoebus et aduerso lumen resplenduit imbri,
Tunc Iris uario circumdat nubila cinctu.

549
IVLIANI

Mirifico nubes ambit Thaumante creata,
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis,
Tum iacit insignis per nubila densa colores.

550
HILASII

Nuntia Iunonis uario decorata colore
Aethera nubiferum conplectitur orbe decoro,
Cum Phoebus radios in nubem iecit aquosam.

546. Aŝt *V* 1 aethereis *V m. s.* in nubibus *G* atris. *sed corr.*, *C* 2 postque *C num* conplerunt? 3 uariis *V* radiis *CPTGX* 547. 1 imoriferas *V* 2 iacet *X* 3 ducitur *C* (*teste Burm.*) *TGX* dr̃ *V* spectaculis *libri* 548, 1. 2; 549, 3. 1. 2; 548, 3 *libri*, *transpos. Scal.* 548. 2 pheb' *C* foebus *VTGX* 3 nubila] cingula *CP* 549. 1 mirifice '*codd. quos contulit Is. Vossius*' taumante *C* nte *m. s. in ras. V* 2 ex *om. CP* solis *om. C* 3 tunc iacet *C* 550. 1 nuncia *C* uaria *C* 2 nubificum *C* ore *CP*. *Hic desinit G* 3 *sq.* phębus *C* foeb; *VTX* aqua//sam *V*

551
PALLADII

Nubila cum Phoebus perfudit lumine claro,
Tum fit ut umor aquae subfulgeat atque colores
Sub uaria specie iaciat mirabilis arcus.

552
ASCLEPIADII

Cum radiis imbres et aquarum pendulus umor
Tangitur, existit, quam Graecia nominat, Iris
Multorum insignis uario splendore colorum.

553
EVSTHENII

Iris habet uarios subiecta luce colores,
Quam sol imbrifera fulgens de nube creauit,
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.

554
POMPILIANI

Luce repentina cum sol impleuit aquosas
Aduersus nubes, effulget protinus Iris,
Picta ueste decens et multicoloribus alis.

VI Tetrasticha de Vergilio

555 B. II 197. M. 421—432
VITALIS

Prima mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra.
 Ad mea gnauus humum iussa colonus arat.

551. 1 lumine] lumina *P* nubila *V* 2 tunc *C* umor *T m. pr. X* humor *CV* 3 iaceat *libri* 552. 1 umor *T m. pr. VX* humor *C* 2 q̧ *C* 553. 2 imbriferus *X* 3 obstancia *C* lumina *CP* charis *V* 554. Võm̃ *VT* 1 implerat *X* aquosus *V* 3 decens *VTX* lucens *C*
VI *In omnibus praeter GW extant.* Tetrastica de uirgilio *CP.* Item epitaphium uerg̃ (uirgti *X*) quattuor uersibus *VX. inscr. om. T. In P fines uersuum euanidi sunt* 555. 1 titirus *C* 2 nauis *CP* gnauus *X*

Proeliaque expertos cecini Troiana Latinos
Fertque meos cineres inclita Parthenope.

556

BASILII

Hoc iacet in tumulo uates imitator Homeri,
Qui canit Ausonio carmine primus oues,
Ad cultos hinc transit agros, Aeneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.

557

ASMENII

Bucolica Ausonio primus qui carmine feci,
Mox praecepta dedi uersibus agricolae,
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi:
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

558

VOMANII

Tityre, te Latio cecinit mea fistula uersu
Praeceptisque meis rusticus arua colit.
At ne Musa carens uitiis Aeneidos esset,
Inuida me celeri fata tulere nece.

559

EVPHORBII

Romuleum Sicula qui fingit carmen auena
Ruricolasque docet, qua ratione serant,
Quique Latinorum memorat fera bella Phrygumque,
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

3 que] qui *CP* expertⁱes *X* 4 ferque *CPT*, *X m. pr.* inclyta *VX* 556. 1 honeri *C* 3 hic *VT* aeneidis *VXT* auctor *X* 4 ñ *V* reliquid *CV* 557. 1 bocolica *CP* buculica *T* ausonia *C* fecit *T* 3 phrigibus *C* frigib; *VT* 558. 1 titire *C* lacio *C* 3 ac ne *libri*, *corr. Burm.* uiciis *CP* anaeidis *V* 4 inuida *codd. recentes* infida *CVTX* neci *CPTX* nece *V* 559. 2. 3 secant (sant *V m. pr.*) quiue *libri* phrigaque *C* frigaque *TV* frygique *X*

560
IVLIANI

Qui pastorali peragrauit Maenala Musa
  Ruraque et Aeneae concinit arma Maro,
Ille decem lustris geminos postquam addidit annos
  Concessit fatis et situs hoc tumulo est.

561
HILASII

Haec tibi, Vergili, domus est aeterna sepulto,
  Qui mortis tenebras effugis ingenio.
Maenalium carmen qui profers ore Latino
  Et cultus segetum bellaque saeua ducum.

562
PALLADII

Primus ego Ausonio pastorum carmina uersu
  Conposui et quo sint rura colenda modo;
Post, quibus Aeneas Rutulos superauerit armis:
  Vatis relliquias hic pia terra fouet.

563
ASCLEPIADII

Sicanius uates siluis, Ascraeus in arnis,
  Maeonius bellis ipse poeta fui.
Mantua se uita praeclari iactat alumni,
  Parthenope famam morte Maronis habet.

564
EVSTHENII

Quisquis es, extremi titulum lege carminis, hospes.
  Hac ego Vergilius sum tumulatus humo,

560. 1 musam *C* c̃cinnit *V* 3 decim *P* postque *C* 4 satis *P* 561. 1 Virgilio *Francius* 3 moenalium *P*, *qui in hoc uersu desinit* 562. 2 quo] quę *C* modo] humo *C* 4 reliquias *CVT* relliquias *X* haec *VX* hic *CT* 563. 1 arcreus *V* 4 partenope *V* 564. 1 ospes *C*

Qui pecudum pastus, qui cultus fertilis agri,
    Mox Anchisiadae bella ducis cecini.

565
POMPILIANI

Vergilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
    Edidit. hic cineres uatis et ossa iacent.
Cuius in aeternum pastoria fistula uiuet,
    Rustica mox, eadem Martia Calliope.

566
MAXIMINI

Carmine bucolico nitui, cultoribus agri
    Iura dedi, cecini bella Latina simul.
Iamque ad lustra decem Titan accesserat alter,
    Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

VII Tetrasticha de quattuor temporibus

B. V 52—63.
M. 493–504.

'Ouidius:

Verque nouum stabat cinctum florente corona,
Stabat nuda Aestas et spicea serta gerebat,
Stabat et Autumnus, calcatis sordidus uuis,
Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos.'

3 pecodum *T m. pr.* part' *V* cultum *VTX* cultus *C* 565. 1 uirgilis *C* uirgilius *TX* uergilio *V* 2 hinc *T* 3 pastoris *X* uiuit *V m. sec.* manet *C* 4 mox] post *X* marcia *C* 566. 1 carmina *TX* buc(boc *C*)olica *CT* 3 decim *C*

VII *in VCTX extat. Inscr. om. T.* Tetrastica (*om. VX*) de quattuor temporibus *VCX* anni *add. V* O^u^ịdii *V* Eũs *T* Bãs *C. sunt uersus Ouidii Metam. 11 27 sqq.* 1 circum *C* cintum florentẽ co^or^ponã (or *m. s.*) *V* 2 aestas *om. T* 3 auptumnus *C* auc̣tumnus *T ubique* calcat' *V* sordibus *CT* sodidus *X* 4 hiemps *VC ubique* irsuta *X* capillis *V*

567
BASILII

Vere sinum tellus aperit floresque ministrat.
Tempore solis ager messis fert pinguis opimas.
Fecundos, autumne, lacus de uitibus imples.
Vis hiemis glacie currentes alligat undas.

568
ASMENII

Frigoribus pulsis nitidum uer aethera mulcet.
Scindit agros aestas Phoebeis ignibus ardens.
Autumno dat hiems mixtum uicina teporem.
Labentes haec durat aquas et flumina nectit.

569
VOMANII

Ver pingit uario gemmantia prata colore.
Ignea uestit agros culmis Cerealibus aestas.
Vitibus autumnus turgentes detrahit uuas.
Frigidus hiberna est grauibus niue nubibus aether.

570
EVPHORBII

Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua Ceres aestatis habet sua tempore regna.
Vuifero autumno summa est tibi, Bacche, potestas;
Imperium saeuis hiberno frigore uentis.

567. Basilii] As̃m *C*, *qui ad* 568 Vom̃ *et sic deinceps solito ordine; ad* 578 *iterum* Bãs *C* 2 messes *V* 3 fecundus *libri* (*corr. V m. s.*) cutibus *V* 4 gemis glacies *V*

568. ASM *V* 1 nitidus *C* uer *om. X* 2 aestas es phoebos (u *supra*) *V* 3 mixtus *C* mixtũ *TX* mistũ *V* tepore *T* 569. 1 pinget, *corr.*, *C* gẽmancia *C* calore *V* 3 autumpnus *C* turgentis *TX* 4 frigib; *T* hiberno *VTX* hib non *C* grauidus *et* nubilus *edd. uett.* grauidis *Heins.* 570. 1 sertis] t̃ris (*i. e.* terris) *V* 2 flaba cerer *V* 3 bacce *CX* bache *V* 4 hibęro *C*

571
IVLIANI

Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert aęstas torrida messes.
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructus.
Mox humus hibernis albescit operta pruinis.

572
HILASII

Vere nouis laeto decorantur floribus arua,
Et riget aestiuis hirsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia feruent,
Et ponunt frondes hiemali frigore siluae.

573
PALLADII

Ver placidum uario nectit de flore coronas.
Spicea serta ligat calidissima solibus aestas,
Temporaque autumnus cingit tua, Bacche, racemis.
Tristis hiems montis niueo uelamine uestit.

574
ASCLEPIADII

Ver agros nitidum gemmis stellantibus ornat
Et feruens aestas pinguissima frugibus arua.
Mox autumnali redolet uindemia fetu.
Fronde nemus male nudat hiems amnesque rigescunt.

u. 571, 2—572, 1 *om.* *X* 571. 3 pomiferas *C* frutũ *V* fructum *T* fructus *C* 572. 1 nob̄ *V* nouus *C* lecto *C* laeta *T* laeto iacto *V* 2 hyrsut' *V* 3 spumancia *C* spumantis *V* 573. 1 placidus *C* comas *V* 3 temporeq; *C* autumno *libri* (*sic et T*), *corr. Lindenbrogius* cincgit *V* bacce *CX* bache *V* 4 moueo *m. pr.* *V* uertit *C* 574. 1 geminis *C* stillantibus *libri* 2 frigib; *V* 3 uindimia foeta, *corr.*, *T* (foetu *T* *m. s.* *X*) 4 hieps *V*

575
EVSTHENII

Purpureos flores humus effert uere comanti,
Et Cereris donis horrescunt arua per aestum.
Bacche, tuo tempus fluit autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora ueste niuali.

576
POMPILIANI

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer.
Decrescunt celeres aestiuis ignibus amnes.
Temperies, autumne, fluit tua nectare dulci,
Perque hiemem lentus caelo niuis aduolat imber.

577
MAXIMINI

Veris honos tepidi flores, uere omnia rident.
Arua sub aestiuis undant horrentia flabris.
Vite coronatas autumnus degrauat ulmos
Decutit ipse rigor siluis hiemalis honorem.

578
VITALIS

Flore solum uario depingit odoriferum uer,
Falciferamque deam messes remorantur in aestu.
Dat musto grauidas autumnus pomifer uuas.
Sithonia glacialis hiems niue cana senescit.

575. Eũf *T* 1 purporeos *VX* purpureas *C*, *X m. pr.* affert *C* adfert *VTX* effert *edd. uett.* 3 bache *C* autumnoq; *C* autumnali *V* 576. 1 zephiris *CVX* zephyrus *T* spumantib; *X* 2 cereres *C* 4 ymber *C* 577. 1 honus *V* trepidi *VX* florent *libri, corr. Tollius* floret *Scal.* 2 horrencia *C* fabris *V* flagris *T* 3 ulm'os *V* 4 honores *C* 578. 1 Vit̃ *om. V* solus *C* odoriferus *C* 2 *sq. fere euanidi in X* 3 auc̣tumnus *V* ũbras *V* 4 sithonias *C* caua *C* senescat *m. pr. V*

VIII [Tetrasticha] de aurora et sole

B. V 2—13.
M. 457—468

579
ASMENII

Aurora Oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat et biiugis uecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfudit candidus orbis
Et clarum emicuit sole oriente iubar.

580
VOMANII

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astrigerum inficiens luce rubente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit, ab aequoreis Tethyos ortus aquis.

581
EVPHORBII

Extulit Oceano caput aureus igniferum sol:
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebrae, rebusque colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

582
IVLIANI

Tithoni coniunx roseo sublime rubore
Infecit caelum lutea sidereum,
Cum sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit et claris astra fugauit equis.

VIII *in VCT extat.* Tetrasticha *om. C.* De ortu solis IIII. heroicis uersibus *V. Inscr. om. T.* 579. 1 Asm̃ *om. V* oceanus *C* crocea (o *superscr.*) *T* 2 rubbebat *V* 3 polus *C* perfundit *C* orƀ *V* 4 clarus *C* sol *C* 580. 1 pallantius *libri* 2 astrigerus *C* 4 thetio fortis *C* thetyos artus *T* 581. 1 Eũs *VT* capud *V* aureos *V m. pr.* 3 deo *euanuit V* 4 lux (t *superscr.*) *sic V* 582. 1 coniux *V* iubare *C* rubare (o *superscr.*) *T* 3 *num* Tum? 4 aequis *C*

583

HILASII

Nox abit astrifero uelamine cincta micanti
Et redigit stellas, exoriturque dies.
Emicat Oceano Phoebi rota clara relicto
Inlustratque nitens lumine cuncta suo.

584

PALLADII

Lutea fulgebat roseis Aurora capillis
Et matutino rore madebat humus.
Tethyos undiuagae tum prosilit aequore Titan,
Flammiferos uultus ore micante ferens.

585

ASCLEPIADII

Exoritur Phoebus perfundens luce nitente
Et maria et terras stelliferumque polum;
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis
Et nox sidereas occulit atra faces.

586

EVSTHENII

Sol oriens currusque suos e gurgite tollens
† Oceano claro reddidit orbe diem.
Flammiferumque iubar terraeque poloque reduxit
Et pepulit radiis astra repente suis.

583. 1 Mox *T* habet *libri* hastrifero *V* cuncta *C* micani (?) *V* micantis *Heins.* 2 reddidit *T* 3 phoebus *V* claro *T* 4 illustratq; *C* nitentis *V* 584. 1 roreis *V* 2 hiemps *C* 3 thethyos *T* tethios *C* undiuagos *C* undifuga *V* undiuaga *T* cum *edd.* 4 ferens *CT* (*V?*) gerens *edd.* 585. 1 pheb' *C* foeb; *VT* (*sic* 590, 3) 3 fulgencia *C* 4 siderias *V* 586. 1 Eũf *T* 2 Oceani *Tollius fortasse recte* clarum *Burm.*

587
POMPILIANI

Memnonis ut genetrix infecerat humida caelum
Et roseis manibus sidera dispulerat,
Phoebus Atlanteis ec fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum luxque diesque redit.

588
MAXIMINI

Praeuia flammiferi currus Aurora rubebat
Extuleratque alto gurgite Phoebus equos
Noctiuagosque simul radiis flagrantibus ignes
Depulerat caelo reddideratque diem.

589
VITALIS

Vix Aurora suo rubefecerat aethera curru
Summaque canebat roribus herba nouis:
Prosilit e mediis candens rota Tethyos undis
Et uaga cesserunt sidera solis equis.

590
BASILII

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniunx
Et ueste ab rosea subrubet ipse polus,
Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras noxque peracta fugit.

587. 1 genitrix *C* 3 foeb; *VT* et athlanteis *C* ec *ego* et *libri e edd.* 588. 1 prẹmia *C* rudebat *V* 2 extoleratq; *V m. pr.* foeb; *V* 589. 1 Aurora uix *C* suo] sub *C* (*V*?) *T* athera *V* 2 canebant *C* 3 rotha *V* thetiof *C* thor *V* thethyos *T* 590. 1 titonis *C* tithonis *V* thitonis *T* coniunex *C* coniux *V* 2 subruit *libri*, *corr. Scal.* 3 tum *C teste Burm.* 4 *om. T* fugit *C* fuit *V* ruit *Heins.*

IX Pentasticha de duodecim libris Aeneidos

B. II 195.
M. 409—420

591
VOMANII

Liber I

Aeolus inmittit uentum Iunone precante
Troianis Libycasque uagos expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulcra Carthagine Dido,
Cui Venus Ascanii sub imagine mittit Amorem.

592
EVPHORBII

Lib. II

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus
Graiorumque dolos et equum fraudemque Sinonis
Excisamque urbem Priamique miserrima fata,
Vtque patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit caramque amiserit ipse Creusam.

593
IVLIANI

Lib. III

Post casum Troiae fabricata classe superstes
Vela dat Aeneas urbemque in litore Thraces,
Mox aliam pulsus Cretaeis condidit oris.
Cedit et hinc Helenumque uidet praeceptaque sumit
Et caecum Cyclopa fugit sepelitque parentem.

IX *in CV extat.* Pentastica de XII libris aeneid̃. *C* De XII lib̃ uergilii *V* 591. 1 uentos *V* 2 troiani *V* troianos *C, em. Buech.* libicasque *CV* Troianosque uagos Lib. *edd.* 3 uentrem *C* 4 Aenean *V* pulchra *V* cartagine *C* charthagine *V* 592. 1 Eũs *V* aneas *V* casus *V* causas *C* 2 iunonis *V m. sec.* (*sic*), sinonis *m. pr.* 3 pamiq; (i superscr.) *C* 5 clarũq; *V* 593. 1 fabrica *V m. pr.* 2 thraces *V* tracis *C* 3 cretis *V* 4 cṛedit & hic *V* (hinc *m. sec.*) elenumq; *V m. pr. C* discit *edd.* 5 et caecḷum *V* Aetnaeum *edd.* ciclopa *V* fuit *C* potentem *C*

594

Lib. IV

HILASII

Ardet amore graui Dido. soror Anna suadet
Nubere. iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemtus Iarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis; illa dolore
Inpatiens et amore necem sibi protinus infert.

595

Lib. V

PALLADII

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam tumuloque patris persoluit honorem.
Tunc cogit naues incendere Troadas Iris.
Troes ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum. somnus Palinurum mergit in undas.

596

Lib. VI

ASCLEPIADII

Sacratam Phoebo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius uatisque petit responsa Sibyllae.
Misenum sepelit. post haec adit infera regna,
Congressusque patri discit genus omne suorum,
Quoque modo casus ualeat superare futuros.

597

Lib. VII

EVSTHENII

Tandem deueniunt Laurentia Troes in arua
Et pace accepta laeti noua moenia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat: illa Latinos

594. 1 Annaque *edd.* 2 sub astra *C* sub atro *V* 3 cõtentus *C* hiarbas *CV* 5 inpaciens *C* amorẽ *V* 595. 2 aenean *V* 3 Tum *V* 4 sibi linquant sotios *C* liquunt *V m. pr.* ancxia *C* 5 undis *cod. Menagii* 596. 2 phrigius *C* frigius *V* sybillę *C* sibille *V* 4 patris *CV* 5 quoue *CV* m (o above) caseus *C* 597. 1 laurencia *C* arma *V* 2 menia *C* 3 satum *V*

Inter et Aeneadas bellum serit et ciet arma.
Protinus auxiliis terra instruit Itala Turnum.

598

POMPILIANI *Lib. VIII*

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari,
Arcadas Euandrumque senem sibi foedere iungit
Dardanioque duci sociatur Etruria tota.
Arma petit genetrix, dat Mulciber, in clipeoque
Res fingit Latias et fortia facta nepotum.

599

MAXIMINI *Lib. IX*

Ad Turnum propere Iunoni mittitur Iris
Instigatque animos. aciem mouet ille Phrygasque
Obsidet. in nymphas uersa est Aeneia classis.
Euryalus Nisusque luunt nece proelia noctis.
Vi Turnus potitur castris, ui pellitur inde.

600

VITALIS *Lib. X*

Placat et uxoris dictis et iurgia natae
Iuppiter. auxiliis instructus Troius heros
Aduenit. occurrunt Rutuli atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas uictorque superbus
Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

601

BASILII *Lib. XI*

Occisis proprium pars utraque reddit honorem.

598. Pom̃ *V*, *om. C* 2 archadas *C* 4 mulcifer *CV* clipioq; *V* 5 fingit *Heins.* pingit *libri* lacias *C* forcia *C*
599. 1 Iunonia *edd.* 2 instatque *C* acies *edd.* phrigasq; *C* frigasq; *V* 3 nimphas *C* nimfas *V* ęneida *C* aenea *V* 4 ęurialus *CV* 5 ui p.] impellitur *C* 600. 1 et iurgia *V* satnia *C* 4 a t̃no *V* supbos *V* 5 mezentis *C* 601. 1 Bas̃ *V*, *om. C*

Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, et obuia uirgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

602

Lib. XII ASMENII

Troianis Rutulisque placet coniungere foedus.
Id Rutuli rumpunt. nato Venus alma medetur
Dictamno Rutulique luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

X [Hexasticha] de Cicerone post mortem illius

B. II 158—169
M. 397—408

603

EVPHORBII

Hic iacet Arpinas manibus tumulatus amicis,
Qui fuit orator summus et eximius,
Quem nece crudeli mactauit ciuis et hostis.
Nil agis, Antoni: scripta diserta manent.
Vulnere nempe uno Ciceronem conficis, at te
Tullius aeternis uulneribus lacerat.

604

IVLIANI

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio,
Quique malis grauis hostis erat tutorque bonorum,

2 calidone *CV* 5 excepit *V* extinctam *CV* camillam *CV* 602. Aln̄ *V* 4 aenea *C* ꝑlis *V* 5 cingulo *V*

X *Extat in CVX; nomina om. X.* De cicero post mortem millius *C.* De titulo (Titulus *X*) ciceronis senis uersib; *VX. cf. Velleius II* 66 'Nihil tamen egisti, M. Antoni' *sqq.* 603. 1 amici *C* 2 eximis *C* 3 ciues *V* hortis *V m. pr.* 4 deserta *V* 5 comfocis *V*, cumfocis *m. sec.* at] a *CX* 6 tullis *C*

Quo paene indigne consule Roma perit.
Sed uigili cura, deiectis hostibus urbe
Supplicioque datis, praestitit incolumem.

605

HILASII

Vnicus orator, lumenque decusque senatus,
Seruator patriae, conditor eloquii,
Cuius ab ingenio tandem inlustrata perenni
Lumine praeclaro lingua latina uiget,
Occidit indigne manibus laceratus iniquis
Tullius ac tumulo subditus exiguo est.

606

PALLADII

Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras,
Aspice, quo iaceat conditus ille loco.
Ille uel orator uel ciuis maximus; idem
Clarus erat factis, clarior eloquio;
Ac, ne quid Fortuna uiro nocuisse putetur,
Viuus in aeternum docta per ora uolat.

607

ASCLEPIADII

Marcus eram Cicero toto notissimus orbe,
Cuius relliquias occulit urna breuis.
Dextera me patriae nuper ciuilis ademit,
Eripui patriam qui prius exitio.
Si quis in hoc saxo Tulli legis aduena nomen,
Non dedigneris dicere: Marce, uale!

604. 4 ind. cons. *euanuit* X 5 *dedi ex C.* detectis *V edd.* deuictis *X* urbem *VX*, *edd.* 6 incolomem *V* incolumen *X* 605. Hȳl *C* 2 patria *X* aeloquii *V* 3 laude *Iacobs* tandem *libri* perenne *Buech.* 4 Flumine *conicio* uocet̃ *V* nitet *Iacobs* 5 indigne *euanuit X* inique *C* 6 ac *et* est *om. X* 606. 2 qđ *V* 3 uel c.] ł ciues *V* 4 eloquiis *C* 6 diuus *X* 607. As̃ *C* 1 erat *libri, corr. Fabric.* 2 reliquias *V* 3 ademit̃ *V* 4 exicio *C* exic̃ia *V* 6 Ne *Broukhusius*

608

EVSTHENII

Tullius Arpinas ex ordine natus equestri,
 Sed uirtute sua consul in urbe fuit.
Quem Catilina malus coniuratique nocentes
 Senserunt uigilem ciuibus esse suis.
Hunc tamen (o pietas!) tres occidere tyranni;
 At Lamia ille pio subposuit tumulo.

609

POMPILIANI

Qui tenet eloquii fastigia summa Latini,
 Qui consul patriam caedibus eripuit,
Quique trium saeuo uitam dedit ense uirorum,
 Tullius en hac est ipse sepultus humo.
Sed uitae breuitas pensatur laude perenni;
 Quod mors eripuit, gloria restituit.

610

MAXIMINI

Tullius hic situs est, uenerabile nomen in aeuum,
 Clarus honore simul, clarus et ingenio,
Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt,
 Quod patriae uindex ille fidelis erat.
Sed nihil infanda profecit caede tyrannus:
 Ingenium uiuit; corpus inane perit.

608. 1 natur *V* 3 catillina *V* 6 ad *V* supposuit *X*
609. 3 sęuum *C*, sęuo *V* 4 n hac em *V* en hac est *CX* ille *Heins.* h(u)omo *V* 5 Si *Beekius* ꝑsatur *C* 6 quod *uulgo* quo *libri* quam *Oud.* 610. 1 n(u)ñ aeuũ *V* 3 Qua *X* dedertus *V* 5 nil *V* nichil infandos *C* infanda *V* infandus *X* proficit *V* tyrannos *C*

611
VITALIS

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
Maximus orator, ciuis et egregius,
Coniuratorum uindex hostisque malorum
Proscriptus periit a tribus ille uiris.
Qui caesus grauiter, qui detruncatus acerbe
Hoc Lamiae debet, quod iacet in tumulo.

612
BASILII

Doctrinae antistes, rerum mirabilis auctor,
Tullius existens nobilis ex humili,
Cui dedit excellens ars oratoria nomen,
Virtute ingenii uenit in astra sui.
Sed Fortuna nocens miserando funere raptum
Carpsit et hoc uoluit membra iacere loco.

613
ASMENII

Eloquio princeps, magnis memorabilis actis,
Tullius indigna caede peremptus obit.
Sed terras omnes impleuit nomine claro;
Ingenium caeso corpore morte caret.
Viuit et ingenti pollet cum laude per orbem,
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.

611 1. princebs̄ *C* decis *V* ordine tēpli *X* 2 ciues *V*, *X m. pr.* 3 hostisque] hostipi *V* 4 p̄scriptus *V* 5 caessus *V* 6 timulo *m. pr. V* 612. Bñ *V* Vomano *cod. Petauii tribuit* 1 antistis *V m. sec.* antestes *X* 2 tollius (u superscr.) *V* ex muli *X* 4 ingenui *V m. pr.* 5 funeṙė *V* 6 oc *V* solo *X*, *Petau.* 613. 1 eloquii *V* princebs *C* 2 indigne *X* perentus *V m. pr.* obis *C* obid *V* 3 terras omnes *VX* terrā om̃ipotens *C* 4 Ingenio *X m. sec.* (*sic*) mort// caret *C* 5 en *CX* ingenii *C* ingentio *V*

614
VOMANII

Inclitus hic Cicero est Lamiae pietate sepultus,
 Quem Fortuna neci tradidit immeritae.
Maximus eloquio, ciuis bonus, urbis amator,
 Perniciesque malis perfugiumque bonis.
Qui sexaginta conpletis ac tribus annis
 Seruitio pressam destituit patriam.

XI [Hexasticha] de duodecim signis

B. V 29—39
M. 481—492

615
IVLIANI

Primus adest Aries Taurusque insignibus auro
Cornibus et Fratres et Cancer, aquatile signum,
Tum Leo terribilis Nemeaeus et innuba Virgo,
Libra subit caudaque animal quod dirigit ictum,
Armatusque arcu Chiron et corniger Hircus,
Fusor aquae simul et fulgenti lumine Pisces.

616
HILASII

Proditor est Helles et proditor Europaeus
Et Gemini iuuenes et pressus ab Hercule Cancer,
Horrendusque Leo sequitur cum Virgine sancta
Libraque lance pari et uiolentus acumine caudae,

614. Uōl *V* Basilio *cod. Petau. tribuit* 1 inclitus *CV* inclytus *X* 2 inmeritae *V* 3 ingenio *C teste Burm.* cuius *C* ciues *VX* bonus] honor *X* 4 pfugiumq; *V* 6 seruicio *C* oppressam *Heins.* distituit *V*

XI *Extat in CPV.* De XII signis *C* De XII signis caeli heroicis uersibus *V. Inscr. om. P* 615. 1 que *om. C* 2 fr̃s *CV* et *om. P* 3 nemeus *CV* nem̃s *P* Nemees atque *Ald.* et *libri* 5 chyron *CV* hyrcus *CV* 6 furor *V* piscis *P*

616. 1 elles *CP* telles (h) *V m. pr.* eropeus *P* 3 sanctam *V* 4 pari: uiolento *C* uiolentis *V*

Inde sagittiferi facies senis et Capricornus
Et qui portat aquam puer urniger et duo Pisces.

617
PALLADII

Signorum princeps Aries et Taurus et una
Tyndaridae iuuenes et feruida brachia Cancri
Herculeusque Leo, Nemeae pauor, almaque Virgo,
Libra iugo aequali pendens et Scorpius acer
Centaurusque senex Chiron et cornua Capri
Et iuuenis gestator aquae Piscesque supremi.

618
ASCLEPIADII

Laniger astrorum ductor Taurusque secundus,
Tum sidus geminum et Cancri fulgentis imago,
Truxque Leo et Virgo, quae spicea munera gestat,
Et Libram qui Caesar habet, Chelaeque minaces
Atque arcu pollens et salsi gurgitis Hircus
Vrnaque nimbiferi Piscesque, nouissima forma.

619
EVSTHENII

Dux Aries et frons Tauri metuenda minacis
Et Ledae suboles et Cancri torridus ignis
Terribilisque Leo, species quoque Virginis almae,
Momentumque sequens, caudaque timendus obunca,

5 sa^{ti}giferi *V* faties *C* 6 E q^{i} *C* portãt *V* uniger *P* 617. 1 princebs *C* 2 tindaridę *C* 4 scorpis *C* scorpios *V* scorpius *P* 5 chyron *CV* cap^{i} *C* 618. 1 Corniger *edd. uett.* immago *C* 3 spiceam munere *V* gestant *C* 4 qui *libri* quam *edd.* 5 falsi *C* falsis *P* hyrcus *CV* 6 nimbriferi *C* 619. Eusto͠ *V* Vit̃ *C* 1 arieṇs *V* minacis (ci *m. sec.*) *V* 2 soboles *CP*, *V m. sec.* suboles *V m. pr.* 3 leo] dõ *V* sp&ies *C* 4 timendis (*olim* timentus?) *V* abunca *CP* abrunca *V*. *corr. Heins.* adunca *edd.*

Hinc tendens arcum, liquidi Caper aequoris inde,
Troiadesque puer geminique sub aethere Pisces. .

620
POMPILIANI

. . . .

621
MAXIMINI

Nubigenae iuuenis uector Taurique trucis frons
Et proles duplex Iouis et Nepa torrida flammis,
Aestifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens,
Quam sequitur Libra et uiolenta cuspide saeuus,
Semiuir Arquitenens subit et Capricornus aquosus
Et cui nomen aquae faciunt, Piscesque gemelli.

622
VITALIS

Corniger in primis Aries et corniger alter
Taurus, item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,
Terribilisque ferae species et iusta puella,
Libra simul nigrumque ferens in acumine uirus,
Centaurusque biformis adest pelagique Capella
Atque amnem fundens et Pisces, sidus aquosum.

623
BASILII

Lanigeri ductor gregis, Europae quoque uector

5 hic *CV*(*P?*) 6 troiadasq; *CP* 620 ersus (*i. e.* uersus) pompeliani desunt *rubris litteris et ordine inuerso C in mg.* 621. 1 iuuuenis *V* truci *P* fons *CV* 2 torridam *C* thorida *V* thorrida *P* 4 uiolencia *C* cuspides ęuus *V* 5 semifer *libri*, *corr. Burm.* arcitenens *V* arquitenens *CP* 6 nom̃ *C* fatiunt *C* 622 Vit̃ *iterum C* 1 ari es (ri *m. sec. in ras.*) *V* 3 speties *C* 4 gereus *edd.* in *V*, *om. CP* 5 uelagi *V m. pr.* capella *PV* puella *C* 6 sidus] id̃ *C* 623 Cornigeri *edd.* 1 queq; *C*

Et duo Tyndaridae, tum Cancer sole perustus
Herculeaque manu pressus Leo et optima Virgo,
Hinc Trutinae species uenit armatusque ueneno
Scorpius atque Sagittifer aequoreique Capri frons,
Quique urnam gerit et Pisces, duo signa sub uno.

624
ASMENII

Principium signis ouium pater, inde Iuuencus,
Progenies duplex, et aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaque Virgo.
Libra subest, caudaque gerens letale uenenum.
Tum geminus Chiron et Corniger aequoris alti
Dilectusque Ioui puer et (duo sidera) Pisces.

625
VOMANII

Dux gregis et placidum pandens subit aethera Taurus
Germanique pares et Cancro iam comes aestas
Atque Leo, primus labor Herculis, et pia uirgo.
Libra comes sequitur minitans et Scorpius ictu
Et qui tela gerit Centaurus et aequoris Hircus,
Deucalionis aquae et Pisces, postrema figura.

626
EVPHORBII

Velleris aurati fulget pecus aureaque Io,
Zethus et Amphion Cancrique figura calentis.

2 phustus *C* 3 herculaeaq; *V* obtima *C* 4 sp&ies *C* 5 scorpius *P* scorpis *C* scorpios *V* frons *ex* fons *corr. C*, *ex* fros *m. sec. corr. V* 624. 1 sator *edd.* pat̃ *libri* unde *P* 2 et *om. V* 3 fero *V m. pr.* 6 delectusque *P* 625. 1 greg̃ *C.* paridens *P. num* candens? *sed cf. Verg. Georg. I* 217. sub *CP* athera thaurus *V* 2 corona *V m. sec.*, *olim* cancro aestus *edd.* 3 herculi *V* 4 scorpis *C* scorpiyictus *V* 5 hyrcus *CV* 6 diucalionis *P* piscis *CP* 626. 1 ualleris *V m. pr.* Io *C* 2 Tetus & anphion *C* orion *V*

Insequitur Leo saeuus et almae Virginis astra,
Hinc aequale iugum caudaque uenenifer unca,
Centaurusque minax arcu et Neptunia Capra
Quique refundit aquas, et Pisces, ultimus ordo.

XII [Polysticha]

627

B. I 42. M. 598

HILASII

Dodecasticha de Hercule

Oppressit Nemeae primum uirtute leonem.
Extincta est, anguis quae pullulat, Hydra secundo.
Tertius enectus sus est Erymanthius ingens.
Cornibus auratis ceruum necat ordine quarto.
Deicit horrisono quinto Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolytae sexto sua cingula uictae.
Septimus Augeae stabulum labor egerit undis.
Octauo domuit magno luctamine taurum.
Tum Diomedis equos nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.
Vndecimo extractus uidit noua Cerberus astra.
Postremo Hesperidum uictor tulit aurea mala.

3 seutis et *C* alma *V* astrum *edd.* 5 capra] proles *edd.* 6 refudit *CV* piscis *V m. sec.*

XII. 627. *In CPVX extat; Pet(auianum) ex Burm. affero.* Polysticha *addidi.* Duodecastica. de hercule. Hy̆l *C, om. P.* De XII (duodecim X) laborib. (labor *V*) herculis *VX* Hy̆l *add. V* 1 Compressit *uulgo* primum nemee *C* primo *P* 2 q̃ populat *CP, dedi ex VX* ydra *C* 3 teratius *V* tertia senectus *X, om.* sus. erimantis *C* herymant' *V* 4 negat *C u.* 5—7. 10—12 *fere euanidi in X* 5 deič *C* aerisonas *Heins.* stimfal (ll *C*)-idas *CV* 6 h(h *om. C*)yppolite *CV* inpolytae *P* 7 uincula *libri, corr. Heins.* uitę *P* uinctae *Pet.* 7 augei *C Pet.* auges (?) *X* anguis tabolũ *V* undas, *corr. m. pr., C* 9 domidis *V* nonu *sed corr. V* 9 pempto *C Pet.* 10 gereonem *C* geriorem *VX* decimum *V* 11 abstractus *uulgo* 12 post tremo *C*

628

PALLADII

B. I 136. M. 263

De Orpheo

Threicius quondam uates fide creditur canora
    Mouisse sensus acrium ferarum
Atque amnes tenuisse uagos, sed et alites uolantes,
    Et surda cantu concitasse saxa,
Suauisonaeque modos testudinis arbores secutae
    Vmbram feruntur praebuisse uati.
Scilicet haud potuit, quae sunt sine, permouere, sensu
    (Finxere doctam fabulam poetae),
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit
    Doctaque uitam uoce temperauit;
Iustitiam docuit, coetu quoque congregauit uno
    Moresque agrestes expoliuit Orpheus.

629

ASCLEPIADII

B. III 104. M. 540

De Fortuna

O Fortuna potens et nimium leuis,
Tantum iuris atrox quae tibi uindicas,
Euertisque bonos, erigis improbos,
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus,

628. De orpheo Pal C. *Palladio tribuit Pet.: Versus recte distributi sunt in C. In c.* 628 *sq.* 635 *sq., quae ex solo C noui, Petauiani quoque lectiones a Burmanno notatas affero* 2 trium *C* atrium *Pet.* 3 uago *C* 5 modo *Pet.* 6 umbra *libri* 8 fincxere *C* doctam *libri* docti *edd.* 9 placudis *Pet.* mitigant *C* mitigarit *Pet.* 11 iusticiam *C* qq *C* quos *Duebnerus* 12 expoliauit *libri* 629. *In C extat.* De fortuna. Asci *C; eiusdem in Pet. 'Accursius testatur in uetusto bibl. Vatic. codice hos uersus Caelio Firmiano Simphosio adtributos' Burm.* 1 l&us *C* laetus *Pet.* at *et* leuis *Francius* 2 tibi *om. C* 3 eligis *libri, corr. Pith.*

Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat,
Indignos eadem diuitiis beat.
Haec aufert iuuenes ac retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad impios.
Nec discrimen habet rectaue iudicat
Inconstans fragilis perfida lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fouet,
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

630

B. I 98. M. 1614

EVSTHENII

De Achille

Pelides ego sum, Thetidis notissima proles,
  Cui uirtus clarum nomen habere dedit,
Qui straui totiens armis uictricibus hostes,
  Inque fugam solus milia multa dedi.
Hectore sed magno summa est mihi gloria caeso,
  Qui saepe Argolicas debilitauit opes.
Ille Menoetiadae soluit me uindice poenas;
  Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus inmensis uictor super astra ferebar,
  Cum pressi hostilem fraude peremptus humum.

7 illos *C* 8 diuiciis *C* *u.* 11 *delet Buechelerus, ut strophae sint binorum uersum; fort. recte.* 12 recteq; *C*, rectaque *Pet.* rectane iudicet *Heins.* 630. *In CPV extat.* De achẏl *C*, *sed demum ad c.* 632, 10. Dae achille *P* Epitaphiũ achillis *V*. Eũs *C*. *eiusdem in Pet.*, *om. PV*. Pentadii *Scaliger* 1 tethidis *C* nouissima *C teste Burm.* 2 nom̃ *CV* 3 statui *CP* uictorib' *CV Pet.* $\overset{h\ \ s}{\text{ortes}}$ *V* 5 m $\overset{i}{\text{g}}$ta *C* 6 deuilitauit *V m. pr.* 7 illae menoet$\overset{i}{\text{a}}$ade *V* ille manu eacide *CP Pet.* (ille interfectus subiit *uulgo*) 10 Cum *PV* con *C Pet.*

631

POMPILIANI

B. I 102. M. 241

De Hectore

Defensor patriae, iuuenum fortissimus, Hector,
Qui murus miseris ciuibus alter erat,
Occubuit telo uiolenti uictus Achillis:
Occubuere simul spesque salusque Phrygum.
Hunc ferus Aeacides circum sua moenia traxit,
Quae iuuenis manibus texerat ante suis.
O quantos Priamo lux attulit ista dolores!
Quos fletus Hecubae, quos dedit Andromachae!
Sed raptum pater infelix auroque repensum
Condidit et maerens hac tumulauit humo.

632

MAXIMINI

B. V 140. M. 1076

De Y littera

Littera Pythagorae, discrimine secta bicorni,
Humanae uitae speciem praeferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem
Difficilemque aditum primo spectantibus offert,
Sed requiem praebet fessis in uertice summo.

631. *In CPVX extat.* De nectore Pom̃ *C.* Maximini *Pet. qui hinc ad c.* 638 *ubique nomina in C insequentia habet.* Epitaphiũ Hectoris *V* De haectore *PX* Pentadii *Scaliger. Paene euanuit in X* 2 ater *C Pet.* alt̃ *V* erit *Pet.* 3 uiolentis ictus *CP* uiolent̃ hictus *V* uiolenti uictus *edd.* ſ ictus *in X legi potuit* 4 frygũ *V* 5 caeides *C* eacides (e *m. sec.*) *V* 6 ieiunis *P* 7 pamo (1 above) *C* illa *V fort. recte* 8 flectus *P* haecube *V* Hecubae *et* Andromachae *Francius* 10 c̃d////tit *V* (ic *add. m. s.*) merens *VC* atumulauit *Pet.* ns accumula////// *X* 632. *In CP extat.* Max̃, *titulo omisso*, *C. In Pet. deesse uidetur.* De Y littera *P* P. Verg. Maronis *edd. uetustissimae* 1 pitagorę *C* pytagorę *P* 2 spetiem *CP* 3 uia *edd.* una *C* unã *P* arduet *P* 4 primum *P* 5 sumo *P*

Molle ostentat iter uia laeua, sed ultima meta
Praecipitat captos uoluitque per aspera saxa.
Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget aeuum.

633

B. III 85. M. 535

VITALIS

De libidine et uino

Nec Veneris nec tu Bacchi tenearis amore;
  Vno namque modo uina Venusque nocent.
Vt Venus eneruat uires, sic copia Bacchi
  Et temptat gressus debilitatque pedes.
Multos caecus amor cogit secreta fateri:
  Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum saepe ciet ferus exitiale Cupido:
  Saepe manus itidem Bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:
  At Lapithas bello perdis, Iacche, graui.
Denique cum mentes hominum furiauit uterque,
  Et pudor et probitas et metus omnis abest.
Conpedibus Venerem, uinclis constringe Lyaeum,

6 uiolata *CP.* uia laeua *scripsi* sed *om. C* *u.* 7—12 *desunt P* 9 pararit *cod. Huydecooperi* 10 q (i *supra*) *C. In mg. C* 'De Achȳl' (*u. supr. carmen Eusthenii*) 11 laborem *C* 12 aeuum *om. C* transfugit *cod. Huyd.* 633. *In CVX extat.* Vi͂ de librĩ dine & uino *C.* De aebritate (e *supra* r) (e *m. s*) et libidin *V. Paene euanuit in X* 'Basilii' *Scal.* (*ex Pet.?*) 1 uini *C* bachi *V* capiaris *edd.* 2 m (o *supra*) *C* 3 bachi *V* 6 archanum *CVX* 7 ciet] petit *libri recentes* exiciale *C* 8 tadem *C* itidem *V* ///dẹm *X* bachus *V* 9. 10 *om. V*, *euanidi* (*sed extabant*) *in X* 10 at *C* ac *Pet.* et *cod. Voss. chartac.* laphidas *C* iache *C* 11 furauit *C* furaũ *V* 12 ḥabest *V* 13 lienũ *V*

Ne te muneribus laedat uterque suis.
Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines transiluisse nocet.

634

BASILII

B. II 190. M. 532

De XII libris Aeneidos

Primus habet, Libycam ueniant ut Troes in urbem.
Edocet excidium Troiae clademque secundus.
Tertius a Troia uectos canit aequore Teucros.
Quartus item miserae duo uulnera narrat Elissae.
Manibus Anchisae quinto celebrantur honores.
Aenean memorat uisentem Tartara sextus.
In Phrygas Italiam bello iam septimus armat.
Dat simul Aeneae socios octauus et arma.
Daunius expugnat nono noua moenia Troiae.
Exponit decimus Tuscorum in litore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillae.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

u. 14 *m. sec. in V scriptus.* N&e *V* nec te *C Pet.* uulneribus *Moserus* 15. 16 *om. V, euanidi in X* sedant *C* 16 seruat *C* transsiluisse *C* 634. *In CVX extat. C non contuli.* Prim' habet De XII libris aeneid. bas libicam require in principio eneid *C. requisiui nec inueni* De singulis libris uergilii aeneidos (dis *m. sec.*) *V* Versiculi Asmenii super XII Aeneidos libros incipiunt *Pet.* Asmenii super XII libros Aeneidorum incipiunt *Q* (*Paris.* 7927 *s.* X) *Inscr. om. X. Ouidio Nasoni alii tribuunt, uelut y* (*Paris.* 7936 *saec. XIV*)
1 libicam *Q* lybicam *X* urbe *Q* 2 etocet *y* etdocet extidiū *Q* dadēq; *Q* 3 canit in *y* 'aliqui hn̄t *canit* sine *in' mg. y, manu saec. fort. XIV* 4 helisę *VX* elisse *Qy* 5 Anchisę *V*] ad tumulum *Xy* quinte *V* 6 aenean *VQ Pet.* aeneam *Xy* 7 Et *X* frigas *VXQy* italia bellum *V* lello *X* 8 heneae *V* socius *Q* 9 oppugnat *V* 10 littore *y* 11 rutili uincunt *y* mortae *V* 12 necae *V* finem *om. V*

635

B. III 51. M. 533

ASMENII

De laude horti

Adeste Musae, maximi proles Iouis,
Laudes feracis praedicemus hortuli.
Hortus salubres corpori praebet cibos
Variosque fructus †saepe cultori refert,
Holus suaue, multiplex herbae genus,
Vuas nitentes atque fetus arborum.
Non defit hortis et uoluptas maxima
Multisque mixta commodis iocunditas.
Aquae strepentis uitreus lambit liquor
Sulcoque ductus inrigat riuus sata.
Flores nitescunt discolore germine
Pinguntque terram gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratae leui,
Cum summa florum uel nouos rores legunt.
Fecunda uitis coniuges ulmos grauat
Textasue inumbrat pampinis harundines.
Opaca praebent arbores umbracula
Prohibentque densis feruidum solem comis.
Aues canorae garrulos fundunt sonos
Et semper auras cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus, auocat pascit tenet
Animoque maesto demit angores graues;
Membris uigorem reddit et uisus capit,
Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multiforme gaudium.

635. *In C extat.* De laude horti Asiñ *C*, *om. Pet.* Vomanio *Pet.*, Vergilio *edd. uett. tribuunt. Num deleto u.* 22 *binorum uersuum strophae restituendae sunt?* 2 laudem *Pet.* 3 praebet corpori *C teste Burm.*, *Pet.* 4 saepe *a uoce* '*saepes*' *Buech.* caepe *Wakefield* 5 Olus *C Pet.* 7 desit *C*, *Pet.* 8 cõmixta modis *C Pet.* (*ubi* modos?) 9 Atque *C* ambi *C corr. Ald.* 10 ductis *et* riuis *Buech.* irrigat *C* 12 terram *C teste Burmanno*, *all.* terras *C?* gemeis *C* 16 pampinus *C*, *em. Aldus* 19 canores *C* 20 auras *C Pet.* aures *edd.* 23 uisus *C Pet.* uisum *Ald.* rapit *Christius* 24 graciam *C*

636

VOMANII

B III 92. M. 531

De interno liuore

Liuor, tabificum malis uenenum,
Intactis uorat ossibus medullas
Et totum bibit artubus cruorem.
Quo quisquis furit inuidetque sorti,
Vt debet, sibi poena semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores,
Suspirat fremit incutitque dentes;
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua uirus atrum,
Pallor terribilis genas colorat,
Infelix macies renudat ossa.
Non lux, non cibus est suauis illi,
Nec potus iuuat aut sapor Lyaei,
Nec si pocula Iuppiter propinet
Atque haec porrigat et ministret Hebe
Aut tradat Catamitus ipse nectar.
Non somnum capit aut quiescit umquam:
Torquet uiscera carnifex cruentus.
Vesanos tacite mouet furores
Intentans animo faces Erinys;
Est ales Tityique uultur intus,
Qui semper lacerat comestque mentem.
Viuit pectore sub dolente uulnus,

636. *In C extat.* De interno labore Vom̃ *C.* Euphorbii *est in Pet., ap. Scal. ed. sec., Pith. mg.;* 'Caelii Firminiani Symphosii' *apud Scal. ed. pr., Pith.* 2 infectis *Oud.* 3 bibet *C* libet *Pet.* 4 quisque *C teste Burm., corr. Barth.* fuerit *C* forti *libri, em. Pith.* forte *Buech.* 5 ipsi *Francius* 7 gemit *C teste Burm.* 9 aratrum *C* 13 Non *Pet.* sopor *C Pet.* liei *C u.* 14: nec si pocula porrigat iuppiter *C, recte Pet.* 15 Aut *edd.* ministr^{e}at *C* 16 radat *C* 17 nons *C* 19 futuros *C Pet.* 20 intentas am̃o face ferinus *C* 21 Letalis *Ald.* Est illi *Wernsd.* Est ales tuiq; *C* 22 cumest mente *C*

Quod Chironia nec manus leuarit
Nec Phoebus subolesue clara Phoebi.

637

B. I 169. M. 277

EVPHORBII

De Sirenis

Sirenes uarios cantus, Acheloia proles,
Et solitae miros ore ciere modos
(Illarum uoces, illarum Musa mouebat
Omnia quae thymele carmina dulcis habet:
Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille sonat,
Quod leues calami, quod suauis cantat aëdon,
Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor)
Inlectos nautas dulci modulamine uocum
Mergebant auidae fluctibus Ioniis.
Sanguine Sisyphio generatus uenit Vlixes
Et tutos solita praestitit arte suos.
Inleuit cera sociorum callidus aures
Atque suas uinclis praebuit ipse manus.
Transiluit scopulos et inhospita litora classis:
Illae praecipites desiluere freto.
Sic blandas uoces nocituraque carmina uicit,
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

24 quo *C* lauerit *C*, *corr. Ald.* 25 phębus sobolesue *C*

637. *In CV (Pet.) extat.* De sirenis Eũf *C* De sirenis *V*. Iuliani *in Pet.*, *Pith. in mg.* Festi Auieni *Pithoeus* 1 Sirenas *Pet.* syrenas *C* sirenos ac uarios *V* achiloia *C* acleloia *V* 2 miseros *C Pet.* 3—9 *παρένθεσιν puto*; *an* 9—10 *ante* 3 *ponendi sunt?* 4 thimile *C* thymilę *V* thymale *Pet.* habet *om. Pet.* 5 fuerunt *libri (praeter Pet.?)* 7 Quodque *edd.* leues et *C* et ·̧don *C* edon *V Pet.* 8 cythare *CV* olor *om. V* 9 illectos *C* modolamine *V* uocem *C* uocā *V*, *corr. Heins.* 10 marcębant *V* (ar *m. sec. in rasura*) 11 sisifio *CV* 13 inleui *C* sotiorum *C* 15 transiit ut *Heins.* transiuit *conicio* scapulos *V (m. pr.?)* et *om. C* unospita *C* littora *C* 16 Ille *CV* dissiluere *C* 18 sit *V m. pr.* exicio *CV*

638

IVLIANI B. V 132. M. 531

De die natali

Clarus inoffenso procedat lumine Titan
Laetificusque dies eat omnibus aethere puro,
Vosque simul iuuenes animis ac uoce fauentes
Concelebrate diem uotis felicibus almum,
Prosperus ut semper redeat uatique quotannis
Asmenidae referant alacres sua munera nati.

638. *In CV* (*Pet.*) De sole. Iũl *C* De uı diebus *V* De die natali Hilasii *Pet.* 3 animis animis, *corr. m. s.*, *V* et *edd.* facentes *C* 4 concelebrare *V* 5 q̃t annis *C* Expliciunt uersus. XII. sapienciũ. (*sequuntur* uersu^{s} sybillę) *C*. *Sequitur* De pedibus lib. IIII (*c.* 480) *nulla subscriptione interposita V*

CARMINA

CODICIS AVSONIANI VOSSIANI FOL. 111

639

[AVSONII]

B. V 86 M. 1052

E fol. 3 *r.*

Monosticha de mensibus

Primus Romanas ordiris, Iane, kalendas.
    Februa uicino mense Numa instituit.
Martius antiqui primordia protulit anni.
    Fetiferum Aprilem uindicat alma Venus.
Maiorum dictus patrum de nomine Maius.
    Iunius aetatis proximus est titulo.
Nomine Caesareo Quintilem Iulius auget.
    Augustus nomen Caesareum sequitur.
Autumnum, Pomona, tuum September opimat.

Ausoniana quaedam cur receperim uide in praefatione. E = Vossianus fol. 111 *saec. IX Ausonium continens.*

639. Monostica de mensibus *E* Versus de singulis mensibus *F* (*Valentianus* 330 *bis*, *saec. X*, *fol.* 76 *v.*), *et Meermannianus s. XI. Inscr. om. C* (*Caroliruhensis* 167 *saec. IX*) *fol.* 13 *v.*, *V* (*Vossian. quart.* 86 *saec. IX*) *fol.* 91 *v.*, *P* (*Parisinus* 7886 *s. IX—X*) *fol.* 36 *r. in quo* Arati quę uidentur *adscriptum.*

2 febroa *PV*   4 foetiferum *PCV* ferum *m. sec. in ras. E* aprelem *F*   6 etatis *E*   7 caesarea *PV* cessareo *C* 8 aũg *C*   9 pomona *E* poma na *C*, *Meerm.* nam poma *PV* Autumnus pomane tuus *F* septembre *CF*, *Meerm.* opimat *E* uegitet *P* uegitat *CV Meerm.* uegitat (e *supra* i) *F*

Triticeo October fenore ditat agros.
Sidera praecipitas pelago, intempeste Nouember.
Tu genialem hiemem, feste December, agis.

640

B. V 85. M. 1051

[AVSONII]

In quo mense quod signum sit ad cursum solis

fol. 4 r.

Principium Iani sancit tropicus Capricornus.
Mense Numae in medio solidi stat sidus Aquari.
Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.
Respicis Apriles, Aries Phrixaee, kalendas.
Maius Agenorei miratur cornua Tauri.
Iunius aequatos caelo uidet ire Laconas.
Solstitio ardentis Cancri fert Iulius astrum.
Augustum mensem Leo feruidus igne perurit.
Sidere, Virgo, tuo Bacchum September opimat.
Aequat et October sementis tempore Libram.
Scorpios hibernum praeceps iubet ire Nouembrem.
Terminat Arquitenens medio sua signa Decembri.

10 Iriticco *P* triceo *F* octuber *E* octimber *PF Meerm.* obtimber *V* octember *C* foenore *CVF* fęnore *P* 11 sydera *VP* pylago *C* intempteste, *sed corr.*, *E* intempesta *CVF* nouĕuer *E;* nobēber *m. sec.* 12 *dedi ex E* (iemem *m. pr.*). Imbrifer ast mensis tumque December adest *reliqui* (ymbrifer *F Meerm.* ast *FP* ∸ *C* tast *V*). — 640. *dedi ex EFP* (*qua littera Parisinum* 2772 *saec. X*, *fol.* 107 *v.*, *designo*). *Inscripsi ut E.* De signis et mensibus XII *P.* Versus de duodecim mensibus *Meerm.* Iĩ uersus de XII signis *F fol.* 77 *v.* (*a F fol.* 28 *uix discrepans*). *Inscr. om. F fol.* 28. 'Quidam ueterum' *Beda de temporum ratione* 16. *u.* 4—12 *ante* 1—3 *FP Meerm. Beda fort. recte* 2 in *del. Buech.* sidere *E* Sol distat sidere *edd.* 3 *om. F* dupplices *E* tēpore *P* 4 aprelis *F* prhixeae *E* frixee *FP* 7 solistitio *E* soltitio *P* cantri *P* austrum *Meerm.* 8 purit *E* 9 sidera *Meerm.* baccū *EP* bachū *F* 10 octuber *E* octymber *P* semtis *F* 11 scorpios *E* scorpius *FP Meerm.* ibernū *E* nobēber *E* nouimbrē *P* nouembrem *F Meerm.* 12 arcitenens *F* architenens *P.* — *Bernensis* 417 *saec. IX* (*ap. Sinner. catalogi tom. I p.* 351), *sine inscr.;* 4 aprilis *et* frixea 9 bachum 10 octimber 11 scorpius *et* nouembri; *u.* 12. 1. 2; *deest* 3. — *cf. Bern.* 441 *s. X ib. p.* 39.

641

[AVSONII] B. I 43. M. 583

Monosticha de aerumnis Herculis

fol. 4 *u.*

Prima Cleonaei tolerata aerumna leonis.
Proxima Lernaeam ferro et face contudit hydram.
Mox Erymantheum uis tertia perculit aprum.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.
Septima in Augeae stabulis inpensa laboris.
Octaua expulso numeratur adorea tauro.
In Diomedeis uictoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Hiberia palmam.
Vndecimo mala Hesperidum destricta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Ad 641. *In G p.* 48 *post Verg. Culicis u.* 412 *sq. haec leguntur*:
Alibi Spicula curuato pelluntur ferrea cornu.
Alibi Gramineo formose iaces sine coniuge lecto.
Alibi Turpe pecus mutinum (mutilum *Schenkl.*), turpis sine gramine campus
Et sine fronde frutex et sine crine caput.

641 *dedi ex EVS* (*Parisinus* 13026 *olim Sangermanensis* 1188 *s. IX—X fol.* 84 *v.*), *G* (*Sangallensis* 899 *s. XI: cf. Schenklius ber. d. k. k. akad. d. wiss.* 1863 *p.* 67 *sq.*). Monostiea (Monastica *G*) de erumnis erculis *EG; inscr. om. VS* 1 deonei *VS* tollerata *S* tolenata *V* 2 leraneam *E* lerneę *VS* irã *E* idra *V* hydra ·; *S* 3 erimanth(t*E*)eũ *libri* tercia *S* ꝑculit *E* 4 aeraspedis *V* aeripedes (i *sup.*) *S* 5 stimphalidas *EVS* 6 thereiciã *E* threciam *S* treiciã *V* expoliauit *VS* balte *S* belteo *sed corr. V* 7 Augei *Buech.* augeis *libri* stabulus *E m.* 2 (*sic*), *recte m. pr.* impensa *G* 8 octa *E* ba (a *sup.*) *add. m. sec.* adoria *libri* 9 diomediis *EVS* non *E* 10 gerione *ESG* cerione *V* yberia *S* impia *V* 11 esperidũ *E* hisperidum *S* spidũ *V* districta *G* destracta (i *sup.*) *S* trihũfo *V* 12 extrema *sed corr. V* extrem *S* subp̃ma *V* supprema *S*

B. V. 41. M. 66

642

fol. 4 *u.*

QVINTI CICERONIS

Flumina uerna cient obscuro lumine Pisces
Curriculumque Aries aequat noctisque dieique,
Cornua quem condunt, florum praenuntia, Tauri.
Aridaque aestatis Gemini primordia pandunt
Longaque iam minuit praeclarus lumina Cancer
Languificosque Leo proflat ferus ore calores.
Post modium quatiens Virgo fugat orta uaporem.
Autumni reserat portas aequatque diurna
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
Ecfetos ramos denudat flamma Nepai.
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians iubar † est spirans Capricorni,
Quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.
Tanta supra circaque uigent ui lumina mundi.
At dextra laeuaque ciet rota fulgida Solis
Mobile curriculum, et Lunae simulacra feruntur.
. . . .
Squama sub † aeterno conspectu torta Draconis
Eminet; hunc infra fulgentes Arcera septem
Magna quatit stellas, quam seruans serus in alta
Conditur Oceani ripa cum luce Bootes.
. . . .

642. Quinti ciceronis hi uersus eo pertinent ut quod signũ quo tẽpore inlustre sit nouerimus quod superius quoq; n̄sis uersib; [*Auson. ed. Bip. p.* 232] expeditur *E qui solus continet* 1 Flamina *Wakefield* 2 equat *E* 3 comunt florꝫ *E*, *em. Scal.* 5 mittit *puto* 6 lãguificsq; (u *supra*) *E*, *em. Pith.* 7 modiũ *E*, modicũ *m. sec.* 8 equatq; *E* 10 Et fetos *E* Effoetos *Pith.* dinudat *E* 11 pigra≋ *E* 12 et aspirans *E* exspirat *Ianus Heluetius. corr. Meyer.* capricornu *E* 13 quem *Heins.* nebulis *Wakefield* rorãs licor *E* 14 uigent umi (ubi *edd.* cui *Heins.*) flumina *E* uigent ui *ego* urgentur lumina *Buechelerus* 15 Ad dextera *E* 16 mouile *E. lacunam agnouit Buech.* 17 aetherio *Heins.* Arctoo *Scal.* 18 inter *E* infra *Buech. an* propter? 19 stellãs *E*, *em. Canterus* serbãs *E* 20 conditor *et* ripas *et* bootis *E*, *em. Canterus*

643

B. M. —

fol. 4 *u.* **Quo die quid demi de corpore oporteat**

Vngues Mercurio, barbam Ioue, Cypride crines.

644

AVSONII

B. V 141. M. 111 Ribbeck. append. Verg. p. 188.

fol. 14 *u.* **De uiro bono**

Vir bonus et sapiens, qualem uix repperit unum
Milibus e cunctis hominum consultus Apollo,
Iudex ipse sui totum se explorat ad unguem.
Quid proceres uanique leuis quid opinio uulgi
. . . .
Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
Externae ne quid labis per leuia sidat.
Ille diem, quam longus erit sub sidere Cancri
Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat et iusto trutinae se examine pendit,
Ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis
Partibus ut coeat, nil ut deliret amussis;

643. Hic uersus sine auctore est. quo die *sqq.* *E* iobe *E* cripride *E*, *corr. m. sec.* — *secuntur Ausoniana.* 644. De uiro bono pitagorica atioacıc *E inter Ausoniana. Ex Hor. serm. I* 4, 134 *sqq.* Publii Virgilii Marouis (P. V. M. *CX*) Uersiculi De Est Et Non Finiunt | (Uersiculi *add. R*) Eiusdem (Publii *add. R*) | De Institutione Viri Boni (inchoant *add. CX*) *RGCX et fere* (*qui* De Viro Bono) *P* (*Paris.* 8093 *s. X*) 1 bonos, *corr. m. pr.*, *R* sapens, *corr. m. antiq.*, *R* 2 e multis *Ald.* ///////consultos *R*, *postea* consultus *ead. m.* 3 fui *P* ãguẽ, *sed corr.*, *E* 4 uariique *Par.* 7936 *s. XIV* leuis] lues *E* ferat *Bembus* epinio *E* uolgi *E m. pr.* *post* 4 *uersum excidisse putat Ribb.* abens *E* adq' *E* at *P* rotundas *RP* 6 lauis *E* labiis *R m. pr. CX* fidat *RCXP* 7 illa *X* diem *libri* dies *Voss.* 96 *s. XV* quem *RCXP* eat *puto* 8 in carripi (campi *Holdero teste*) *C* corno *EG* cornu *RCXP* 9 cotigat *E m. sec.* (*sic*) et ψtonutrinae (ton *ex* tor *corr.*) *E* exanime *C* 10 proturberet *RCXP* 11 q^{u}oeat *E* cheat *P* coceat *CX* deleret *R* amusis *E*

Sit solidum quodcumque subest, nec inania subter
Indicet admotus digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputauerit acta diei:
'Qua praetergressus, quid gestum in tempore, quid non?
Cur isti facto decus afuit aut ratio illi?
Quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,
Quam melius mutare fuit? miseratus egentem
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
Quid uolui quod nolle bonum foret? utile honesto
Cur malus antetuli? num dicto aut denique uultu
Perstrictus quisquam? cur me natura magis quam
Disciplina trahit?' sic dicta et facta per omnia
Ingrediens ortoque a uespere cuncta reuoluens
Offensus prauis dat palmam et praemia rectis.

645

B. V 139 M. 285
Ribb. app. V. p. 185

AVSONII

fol. 14 *u.*

Est et Non

Est et Non cuncti monosyllaba nota frequentant.

12 quocumque *G* ianna *G* subter *EG* subtus *RCXP* *u.* 13 *om. RCXP, add. man. rec. in R* admet̃ *R* pollentibus *R* hictus *E* 14 Nõ prb *X* declinans *EG* declinatis *R corr. m. ant. CXP* declinatus *R antea* 15 hacta *E* apta *CX* 16 Quo *libri, corr. Schierius ad carm. aur.* 41 (πῆ παρέβην;) proptergressus quod *G* 17 sti *E* asit *R* afit *PCX* (*sic*) racio *C* *u.* 18 *om. G* mici *E* sentencia *C* s&̃&ia *E* 19 Quid *G* eg&̃em *E* egenum *recc.* 20 ꝑsẽsi *C* 21 uoluit *C* quod *EG* quid *RCXP* molle (*sic*) *CX* feret (*m. pr. fort.* foret) *E* furet *RCXP* onesto *E* 22 num] nõ *X* uoltu *E* 23 perstrictis *R* (*ubi* per) *CX* q: est? *puto* 24 trait *E* 25 ingrediens- que *R*, *corr. m. ant.* hortoque *R* cnc (u) *E* cunota *P* 26 det *ERPC*(*X?*) dat *G*. — 645. NAY. KAY OY PITAGORICON *E* *post c. de uiro bono; codex Mariangeli Accursii* Incipit de pythagoricis diffinitionibus naikeoy *G* *Titulo carent V* (*Voss. q.* 86 *saec. IX fol.* 91 *v.*), *S* (*Parisinus* 13026 *olim Sangerm.* 1188 *saec. IX fol.* 84 *v.*), *D* (*Durlacensis* 36, ſ *saec. IX—X*

His demptis nihil est, hominum quod sermo uolutet.
Omnia in his et ab his sunt omnia, siue negoti
Siue oti quicquam est, seu turbida siue quieta.
Alterutro pariter non numquam, saepe seorsis
Obsistunt studiis, ut mores ingeniumque,
Vt facilis uel difficilis contentio nata est.
Si consentitur, mora nulla, interuenit 'Est, est';
Sin controuersum, dissensio subiciet 'Non'.
Hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
Iurgia sunt circi, cuneati hinc †laeta theatri
Seditio, et tales agitat quoque curia lites.
Coniugia et nati cum patribus ista quietis
Verba serunt studiis salua pietate loquentes.
Hinc etiam placidis schola consona disciplinis
Dogmaticas agitat · · · certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorum:

fol. 18 *r.*) *in quo est post Prisciani periegesin.* Prisciano *tribuunt codd. recc. nonnulli.* Publii Virgilii Maronis Copa finit. Uersiculi (eiusdẽ Maronis *add. R*) de Est et Non incipiunt (incip̃ *R*) *RXC* (*X* = *Par.* 7927 *saec. X*). *Paris.* 8093 *non contuli.* 1 monosyŧŧa *S* monosillaba *EGDX* *u.* 3. 4. 2 *Ribbeckius* 2 d&̃tis *E* nil *EG* nichil ÷ ominum *C* quo *libri, corr. codd. saec. XV* 3 et *om. D* s̃ *VS* omnia *om. R* sue *S* negotii *EVS* naegqtii *D* 4 otii *EDV* totii *S* turbae *codd. recc.* quietis *libri, em. Ribb.* 5 non *om. X* numquam *D*, umquam *rell.* seorsum *D* *post* 5: Alter in alterius decertat (decerta, decẽpta) uoce notandis (nōdis, nota) *libri recc.* 6 studiis studiores *D* 7 Vt *Bondamius* Et *libri* faciles *et* difficiles *R m. pr. GXC* dificilis *S* contencio *C* nata *EDVS* nacta *RXC* nancta *G* 8 Sic *ED*, *ubi* ċ *m. sec.* interueniens est *D* est *alterum om. VSD* 9 In *EDVS* Si *G* contrauersum *XC* dessentio, *corr. m. ant. in* dissentio, *R* dissessio *E* dissenso *G* desenso *S* subiiciet *R* subbiciet *G* *u.* 13. 14. 10—12 *Buecheler* 10 foras *D* foro *VS* dis (diss *X*)tultant *XC* hic *V* 11 tanta *Ribb.* teatri *GV* teatro *D* teathri *R* 12 sedicio *DC* 13 sta *E* 14 studii *V* piaetate loquentis *D* 15 placidis *libri mei* placitis *Reginensis all.* schola *E* cola *S* scola *rell.* 16 docmaticas *D* dagmaticas *S* agittat *V* placido *EGVSD* placito *RXC*, do *ex* to *D cf. u.* 15 laeto *Gothanus recens* lento *add. Ribb.* 17 omnes *G* dialetica *GC* turbas *G*

'Si lux est, est ergo dies? non conuenit istuc.
Nam facibus multis aut fulguribus quotiens lux
Est nocturna homini, non est lux ista diei.'
Est et Non igitur, quotiens lucem esse fatendum est,
Sed non esse diem. mille hinc certamina surgunt
† Hic pauci multi quoque talia commeditantes
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis uita hominum, duo quam monosyllaba uersant!

B. III 292 M. 1023
Ribb. app. V. p. 181

646

De rosis nascentibus

fol. —

Ver erat et blando mordentia frigora sensu
Spirabat † croceo mane reuecta dies.
Strictior Eoos praecesserat aura iugales,
Aestiferum suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadrua compita in herbis
Maturo cupiens me uegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere aut holerum stare cacuminibus,

18 Estne dies *libri*] Si lux est *ego* Est lux *Ald.*, *transp. Ribb. deinde* estne dies ergo *Ald.*, *edd.* non *om. GXC* nū *m. rec. in R* stic *E* istic *DSXC* ista *V* istic *R* istuc *codd. recc.* 19 fulgerib̄ *EG* fulgoribus *rell.* quoties *VS* 20 nocturno *D* sta *E* ita *G* 21 quoties *VS* est *om. RCX* est *S* 22 set *E* seo *V* certamin *S* 23 Hic *EGVS* Hinc *DRXC* fatui *Buech.* rauci *Ribb. num* Inpauidi? multi multi quoqu[i]e *S* qui *Ribb.* cōmedtantes (i *add. m.* 2) *E* cōme·; *S* comine *V* commemorantur *D* 24 concluse *RS* conclusae *V* rauiosa *E* silencia *C* rodent *G* 25 monosillaba (b *ex* u *E*) *EV* monosyťťa *S* monosrocaba *X* uersant *om. X* 646. *In E non extat. Accursius ex fide uetusti codicis Ausonio tribuit.* Publii Virgilii (P. V. M. *CX*) Egloga (gloga *X; sc. de uiro bono*) finit (fin. *R*). Eiusdem (Virgilii Ecloga *add. R*) de rosis nascentibus (uascentibus *C*) (egloga *add. CX*) incipit (feliciter inchoat *R*) *RCX; similia in P.* 1 er *C* mordencia *C* 3 eohos *X* 5 competa *RCX* comp[i]&a *P m. pr.* herbis *RP* hertis *C* ertis *X* ortis *recc.* hortis *Ald.* 6 uegitare *libri*

Caulibus et patulis teretes conludere guttas
. . . .
Vidi Paestano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo roscida Lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutectis
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperetne rosis Aurora ruborem
An daret et flores tingueret orta dies.
Ros unus, color unus et unum mane duorum:
Sideris et floris nam domina una Venus.
Forsan et unus odor: sed celsior ille per auras
Difflatur, spirat proximus iste magis.
Communis Paphie dea sideris et dea floris
Praecipit, unius muricis esse habitum.
Momentum intererat, quo se nascentia florum
Germina comparibus diuiderent spatiis.
Haec uiret angusto foliorum tecta galero,
Hanc tenui folio purpura rubra notat,
Haec aperit primi fastigia celsa obelisci,
Mucronem absoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exsinuabat amictus,
Iam meditans foliis se numerare suis.
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem
Prodens inclusi semina densa croci.
Haec, modo quae toto rutilauerat igne comarum,
Pallida conlapsis deseritur foliis.

9 concludere *CX* u. 10 *periit. Codd. recc. partim* Nox assueta diu fecerat illud idem (*sic Par.* 7936 *s. XIV*) *partim* Et caelestis aquae pondere tunc grauidas (*sic m. rec. in mg. R*), *partim utrumque.* 11 candere *Scriuer.* 13 clara *Wakefield* gemina *CX* frutectis *RPCX* 14 interaura *C* 15 aura *RPX* tũc *suprascr. m. rec. R* 17 Ros unus *RP* ros unt *C* ros unorum *X* 18 una *om. C* 19 fosan *C* set *C* 20 Diffle *RPCX* l'difflatur *R in mg. m. rec.* spirať *C* 21 paphiae *libri* (ạe *R*) 22 abitũ *X* 23 nacencia *C* 24 disparibus *recentes* 26 Hac tenus in *libri* (l' tenuis *R in mg.*) 27 prima *libri, corr. R m. pr.* oboelisci *CX* primae florens praeludia formae *ludunt recc.* 29 illa *C* exinuabat *libri* 31 patefeci *X* patefeĉ *C* 32 femina *CX* densi *C*

Mirabar celerem fugitiua aetate rapinam,
Et dum nascuntur consenuisse rosas.
Ecce et defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor, et tellus tecta rubore micat.
Tot species tantosque ortus uariosque nouatus
Vna dies aperit, conficit una dies.
Conquerimur, Natura, breuis quod gratia [florum est].
Ostentata oculis ilico dona rapis.
Quam longa una dies, aetas tam longa rosarum,
Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero uespere uidit anum.
Sed bene quod, paucis licet interitura diebus,
Succedens aeuum prorogat ipsa suum.
Collige uirgo rosas, dum flos nouus et noua pubes,
Et memor esto, aeuum sic properare tuum.

B. V 142. M. 1078

647

AVSONII

fol. 14 u.

De aetatibus. Hesiodion

Ter binos deciesque nouem super exit in annos
Iusta senescentum, quos implet, uita uirorum.

37 et *om. X* riuuli *C* rutuli *X* 38 en *Burm.* tacta o rubore *P m. pr.* 39 speties *C* 40 Vna] Ipsa *R* Vna *rell.* comficit *C* cōflect̃ *X* una *R* (*sec. Ribbeckii silentium*) ipsa *PCX* 41 gracia *C* florum est *om. RPCX; add. m. rec. in R* florum *uel* talis *codd. recc.* 42 occulis *C* 44 uincta *C* premit *recc.* breuis *RPCX* 45 rutilis *R* (*m. pr. ex* rutulis) *PCX* eos *X* 46 cuidit *X* 48 *num* suo? sibi *Buech.* 49 uiro *R*, *corr. m. rec.* Publii Virgilii (P. V. *PCX*) Maronis (M. *CX*) (egloga *add. RCX*) de rosis finit *RPCX*. Eiusdem moretum (amnoretum *C*) incipit *CX; idem in RP sequitur.*

647. De aetatibus. Hesiodion *E*, *in quo post c.* 645. Incipit de aetatibus animantium hesiod *margine cum fine tituli auulso S* (*Valentianus* 393 *saec. IX fol.* 137 *r.*). De aetatibus animantium. hesidion *G* Hesiodus de aetatibus animantum *s* (*Valent.* 145 *saec. XII*, *ex quo ed. Mangeartus in catalogo bibl. p.* 130) Virgilii *edd. uett. cf. Hesiod. frg.* 163 *Göttl.* 1 nobem *E*

Hos nouies superat uiuendo garrula cornix
Et quater egreditur cornicis saecula ceruus.
Alipedem ceruum ter uincit coruus, et illum
Multiplicat nouies Phoenix, reparabilis ales.
Quem nos perpetuo decies praeuertimus aeuo,
Nymphae Hamadryades, quarum longissima uita est.
Haec cohibet finis uiuacia fata animantum.
Cetera secreti nouit deus arbiter aeui,
Tempora quae Stilbon uoluat, quae saecula Phaenon,
Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno
Circuitus, quali properet Venus alma recursu,
Qui Phoeben, quanti maneant Titana labores,
Donec consumto, magnus qui dicitur, anno
Rursus in anticum ueniant uaga sidera cursum,
Quália disposite steterant ab origine mundi.

648

SVLPICII LVPERCI SERVASII IVNIORIS

fol. 37 *u.* B. III 97. M. 512

Omne quod Natura parens creauit,
Quamlibet firmum uideas, labascit,
Tempore ac longo fragile et caducum
Soluitur usu.
Annis insúeta solet ire ualle

3 nobies *E* uidêdo *E*, *corr. m.* 2 garlula *S*, *corr. m. pr.* 5 uinxit *E* 6 nobies *E* phenix *s* reparauilis *E* 7 Quem uos *edd.* praeuertitis *E* praeuertimus *SGs* 8 nĩphe *E* nimphae *Ss* amadriades *ESs* (*qui* y) 9 Haec *ESG* Hi cohibent *edd.* coibet *E* cohibet *SG* finis *E* fines *SG* 10 Caętera *S* Cętera *S* secreta *SG* nobit *E* ds̃ *ES* 11—17 *in solo E extant; etiam Mariangeli Accursii codex Ausonio tribuebat. Schenklius alii carmini adscribit.* 11 q^{s} stilo inuoluat *E* phaenon, *corr. m.* 2 *in* phaeton, *E* 12 pirois *E* quod *E* 13 arma, *corr. m.* 2, *E* 17 qualia *E* quali *Pith. fort. recte.* dispositi *E* dispositu *uel* disp-a *Buech.* disp-e *ego. secuntur Ausoniana.*

648. It nersus Sulpicii *sqq. E* Seruasii *scripsi* Serbasti *E* Sebasti *Scriuerius* de uetustate *add. Scal.* 1 creabit' *E fortasse m. pr. sed erasum* 2 quã liu& *E* 3 ac *Scal. bis*

Mutat et rectos uia certa cursus,
Rupta cum cedit male pertinaci
    Ripa fluento.
Decidens scabrum cauat unda tofum,
Ferreus uomis tenuatur agris,
Splendet adtrito digitos honorans
    Anulus auro.

649

B. III 74. M. 543

EIVSDEM

fol. 37 *u.*

De cupiditate

Heu misera in nimios hominum petulantia census!
    Caecus inutilium quo ruit ardor opum,
Auri dira fames et non expleta libido,
    Ferali pretio uendat ut omne nefas!
Sic latebras Eriphyla uiri patefecit, ubi aurum
    Accepit, turpis materiam sceleris;
Sic quondam Acrisiae in gremium per claustra puellae
    Corruptore auro fluxit adulterium.
O quam mendose uotum insaturabile habendi
    Inbuit infami pectora nostra malo!
Quamlibet inmenso diues uigil incubet auro,
    Aestuat augendae dira cupido rei.
Heu mala paupertas numquam locupletis auari:
    Dum struere inmodice, quod tenet, optat, eget.
Quis metus hic legum quaeue est reuerentia ueri,
    Crescenti nummo si mage culpa subest?
Cognatorum animas promtum est fratrumque cruorem
    Fundier: affectus uincit auara fames.

7 caedit *E*   9—12 *cf. Ouidius ex Ponto epp. IV* 10, 5 *sq.*   649. It eiusdem de cupiditate *E*   1 H *add m.* 2 *E*   2 caęcus *E* (aę *saepius pro* ae) coruit *E*, *corr. m. sec.*   5 erifila *E. ex Statii Theb. IV* 211.   7 condã crisiaę E ꝑ *E*   9 mendosaę *E*   10 nŝa *E*   12 *num* Excitat?   14 t eget *add. E m. sec.*   16 crescente *E* cura E, *em. Buech.*   17 patrumque *edd.*   18 *fol.* 38 *r.* fundere et *Pith.*

Diuitis est, semper fragiles male quaerere gazas:
 Nulla huic in lucro cura pudoris erit.
Istut templorum damno excidioque requirit;
 Hoc caelo iubeas ut petat: inde petet.
Mirum ni pulcras artes Romana iuuentus
 Discat et egregio sudet in eloquio,
Vt post iurisonae famosa stipendia linguae
 Barbaricae ingeniis anteferantur opes?
At qui sunt, quos propter honestum rumpere foedus
 Audeat inlicite pallida auaritia?
Romani sermonis egent ridendaque uerba
 Frangit ad horrificos turbida lingua sonos.
Set tamen ex cultu adpetitur spes grata nepotum?
 Saltem istud nostri forsan honoris habent?
Ambusti torris species exesaque saeclo
 Aptantur priscis corpora de tumulis!
Perplexi crines, frons improba, tempora pressa,
 Extantes malae deficiente gena,
Simataeque iacent pando sinuamine nares,
 Territat os nudum caesaque labra tument.
Defossum in uentrem propulso pondere tergum
 Frangitur et uacuo crure tument genua.
Discolor † in manibus species, ac turpius illud,
 Quod cutis obscure pallet in inuidiam.

21 s[I]tut (*m. pr.*) *E* exitioque *edd.* 33 pul[h]cras (h *m. sec.*) *E* 25 stipendia] p *a m. sec. in ras. E;* m *m. pr. ut uidetur* 27 atqui *E* at qui *ego* atque hi *Heins. num* fenus? 28 abaritia *E*, *corr. m. sec.* 29 egens *edd.* 30 orrificos *E* 31 Set *E* (sed *m. sec.*) ultu *E*, *corr. Oud.* uultu *Scal.* 32 saltim s[i]tud (i *m. sec.*) n̄si *E* 33 exꝑęsaq; *E* 34 abtantur *E* raptantur *Heins.* aptantur *Vinetus* abduntur *edd.* 36 extãtes mala *E*, *corr. m. sec.* mala *et* genae *Scal.* 37 Simanturq; *E*, *corr. edd. uett.* uncae *Buech. num* patent? 40 uaro *Burm.* 41 decolor *Heins.* inmanis *Schrader* hac *E* ac *m. sec.* at *Buech.* 42 obscurę *E* ab inuidia *Buech.* *u.* 33—42 *uersui* 30 *statim subiungendos puto;* 31—32 *post* 26 *colloco. V.* 33 *sq. et* 42 *non intellego. Buechelerus cl. Ammiano XXXI* 2, 2 *sqq. de Hunnis cogitat.*

B. III 131. M. 180
Petron. ed. Buech.
fg. 29

650
PETRONII

fol. 38 *r.*

Fallunt nos oculi uagique sensus
Oppressa ratione mentiuntur.
Nam turris, prope quae quadrata surgit,
Detritis procul angulis rotatur.
Hyblaeum refugit satur liquorem
Et naris casiam frequenter odit.
Hoc illo magis aut minus placere
Non posset, nisi lite destinata
Pugnarent dubio tenore sensus.

B. VI 90. M. 170.
Buech. 30

651
EIVSDEM
De somniis

fol. eod.

Somnia, quae mentes ludunt uolitantibus umbris,
Non delubra deum nec ab aethere numina mittunt,
Sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
Vrguet membra quies et mens sine pondere ludit,
Quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit et flammis miserandas saeuit in urbes,
Tela uidet uersasque acies et funera regum
Atque exundantes profuso sanguine campos.

Sequuntur 'Versus Petronii' (*Petr. satir. c.* 14 *p.* 15 *Buech. no.* 159 *Mey.*), 'Item eiusdem' (*Petr. c.* 83 *p.* 99 *B. no.* 162 *Mey.*), 650 'It̃ eiusdem': metro falecio endecasillabo *add. m. sec. in mg. E* 4 adtritis *Scal.* 5 hibleũ *E* licorem *E* 6 maris *E*, *corr. Pith.* marcens *Duebnerus* 8 nõ poss̄t (v̄ above) *E* (v̄ *m. sec. in rasura.* possit *m. pr. teste Burm.*) 651 It̃ eidem (s above) de somniis *E cf. Lucretius IV* 962 *sqq.* 1 mendes *E teste Buech.* 2 delubrạ *E teste eodem* hab *E*, h *erasa* ethere *E* 3 quũ *E* prostata *E*, *corr. m. sec.* 5 facit *Barth.* uello, *sed corr.*, *E* 6 seruit (in above) urbes *E m. pr.* eruit *Buech.* 8 ꝓfuso (*i. e.* perfuso) *E*, *sic L. Muell.*

Qui causas orare solent, legesque forumque
Et pauida cernunt inclusum chorte tribunal.
Condit auarus opes defossumque inuenit aurum.
Venator saltus canibus quatit. eripit undis
Aut premit euersam periturus nauita puppem.
Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
Et canis in somnis leporis uestigia lustrat.
In noctis spatium miserorum uulnera durant.

652

CLAVDIANI

B. ad VI 90. M. —

fol. 38 *u.*

De eadem re

Omnia quae sensu uoluuntur uota diurno,
 Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
 Mens tamen ad siluas et sua lustra redit.
Iudicibus lites, aurigae somnia currus,
 Vanaque nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans, permutat nauita merces,
 Et uigili lapsas quaerit auarus opes.
Blandaque largitur frustra sitientibus aegris
 Inriguus gelido pocula fonte sopor.

10 pauidi *et* corde *E*, *corr. Mommsenus.* pauido *Scal.* 11 *cf. Verg. Georg. II* 507 13 premite uersam *E* puppim *edd.* 14 m^{u}nus *E* *u.* 15 *Buech., u.* 16 *Barthius delent* 15 latrat *E*, *corr. Burm.* 16 spatio *Scal.* 652 It̄ Claudiani *E* 2 quiaes *E* 3 quū *E* 5 cursus *E* (?) currus *Burm.* 6 moeta *E* aequis *sed corr. E* 7 ꝓmutat *E* 8 uigil *E*, *corr. Burm.* elapsas *E*, *em. Buech.* abarus *E* *u.* 9. 10 *om. Burmannus* egris *E.*

653

fol. 39 u. SVLPICII CARTHAGINIENSIS

Hexasticha in Aeneidis libris.

B II 175. M. 286 Praefatio

Carmina Vergilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali iusserat igne mori.
Tucca negat, Varius prohibet, superaddite Caesar
Nomen in Aeneae non sinis esse nefas.
O quam paene iterum geminasti funere funus,
Troia, bis interitus causa futura tui.

B. II 194. M. 223 I

Arma uirumque canit uates Iunonis ob iram
Et totum Aeoliis turbatum flatibus aequor,
Disiectas classes submersaque corpora ponto,
Hospitium Didus, casus quo gentis et annos
Aeneas Troiae fatumque et bella referret.
Quorum pars terrae, pelago pars addita famae est.

II

Conticuere omnes intentique ore loquentis
Ora tenent. ac tum dolus introducitur hostis
Et fallacis equi damnosum munus in armis
Perfidia notusque Sinon amissaque coniunx,

Sequitur 'EpiSrammatū obidii nasonis in libris eneidarum Vergili////', *quae dedi fascic. I p.* 1 *sqq.; deinde:* 653. Iť exastica Sulpicii cartaginiẽsis in eisdem libris *E*. *u.* 1—6 'Focae' *schedae Scaligeri* 1 frigiũ *E* 2 secu *E m. pr.* 3 proibet *E* 4 aenea *E, corr. Buech.* non] num *Oud.* 5 runere fu//us *E*, *corr. m.* 2, *ut uidetur Holdero* 6 futuri, *E*, *corr. m.* 2 Liber primus. I *E. in sequentibus numeros tantum habet.* 8 tubatum *E* fluctibus *edd.* 9 summersaq; *E* põto *E* 10 cassus *sed corr. E* ãnos *E* 11 aenean *E* uella *aut* ualla *E*, *corr. m. sec.* referre *E* 13 ingentiq; *E* 15 aequi *E*. *num* in aruis? 16 coniuncx *E*

Per medios ignes ablatus saeuaque tela
Anchises umero facilis pietate ferentis.

III

Postquam res Asiae disiectaque moenia Troiae,
Dant pelago classes. Polydori funera discunt
Atque Heleni praecepta, fidem cui fecerat usus,
Quae non accessus uia sit temptanda: Cyclopes
Et Scyllae rabies et ineluctabilis unda
Erroresque maris; labor in contraria uersus.

IV

At regina graui pectus succensa dolore
Ardet amore uiri. clausum uenatur amorem
Dumque capit, capitur: sentit, quos praebuit, ignes.
Aeneas altum sociis et classe petiuit.
Extructa regina pyra penetralibus instat,
Sorte fugam praestare mori; nec defuit hora.

V

Interea medium Aeneas tendebat in aequor,
Moenia respiciens causa flagrantia amoris.
Mox Siculae tenet arua domus Manesque parentis
Ludorum exequiiṣ celebrat. quibus additur Iris
† In faciem Beroes classem flammare iubentis
Iunonis mentita dolo: namque illa monebat.

VI

Sic fatur lacrimans Cumarum adlabitur oris,
Descensusque parans adiit praecepta Sibyllae,

17 alatus *E* que *add. m. sec. in rasura* 18 umero *scripsi* honor *E* oneri *Scal.* piaetate *E* 20 dãt *E* polidori *E* 21 husus, *sed corr.*, *E* 22 nõ *E* tẽptãda ciclopas *E* 23 scillae *E* 24 errorisque *E* IIII *E* 25 succe$\overset{n}{s}$sa *E*, s *in* n *corr. m. sec.* 26 ueneratur *E*, *em. Burm.* 29 pira *E* 30 mortem *E* morte *m. sec.* sorte *ego* morae *E* mori *ego* 33 sicula *E*, *corr. Oud.* 35 *num* Effigiem? beroex *E*, beroe *m. sec.* 36 iunonem *E* mutata *Heyne* 37 fatur *potius quam* fatus *E* oris *E* horis *m. sec.* 38 obiit *Schrader* sibillae *E*

Qua duce non fastum mortali limen aditur.
Hic primum maestos uidet inter cetera Troas.
Tum patrem agnoscit, discit reditura sub ortus
Corpora Romanosque duces seriemque nepotum.

VII

Tu quoque litoribus nostris, Caieta, manebis.
Seruat honos nomen: pietas testatur honorem.
Causam opus insequitur; bellum namque incipit esse,
Tyrrhidae iuuenum quod tunc conflauerat ira.
Turnus adest, monet, arma sibi contraria sumat.
Tum gentes socia arma ferunt, fremit arma iuuentus.

VIII

Vt belli signum cecinit sociosque uocauit
Turnus, tum uarias turbatus pectora mentes
Aeneas Euandron adit, facit hospitis usum
Atque operum causas, urbis cognoscit honores.
Arma rogat. Cytherea rogat, mox accipit heros.
† Tuque opere ars piget facti labor efficit artem.

IX

Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iris adest, monet, arma sibi contraria sumat.
Caeduntur uigiles et mutua corpora fratrum,
Nisus et Euryalus, morte et pietate fideles.
Dumque petunt laudem, uincunt contraria fata.
Audacem Remulum leto dat pulcher Iulus.

39 faustum *Burm.* fastum *E* 40 mestos *E* 41 sub] ub *E.* (*cf. Aen. VI* 680.) 43 n̄sis cateta *E* 44 serbat *E* piaetas *E* 45 causa *E*, *correxi* uellũ *E* 46 tirrides uuenũ *E* (iuuenũ *m. sec.*). Tyrrhidae *pro* Tyrrhidarum] *poeta falso intellegit Verg. VII* 484. 47: *fol.* 40 *r. cf. u.* 56 *u.* 48 *in ‘Ouidii’ argumento c.* 1, VII, 10 *in libris praeter E extat, cuius uersum in contextu recipere debui.* 50 tum] et in *E puto* uaria . . mente. 53 cithera *E* 54 lauor *E. Num* Cumque opera adspiceret? factis *et* addidit *Burm.* acrem *coni. idem, fort. recte* VIIII *E* 56 Ins *E. cf. u.* 47 58 eurialus *E* 59 petit *E* 60 laeto *E* pulcer *E*

X

Panditur interea caelum sedesque Tonantis;
Alternos questus Venus ac Saturnia promunt.
Illa dolos, haec bella mouet, sed uincitur ira
Mater. at Aeneas bello non segnior instat.
Vulnere Mezenti Lauso ňam fecerat iram.
Quem tetigit uirtus, superat per fata periclum.

XI

Oceanum interea Phoebus superauerat ortu.
Extruit Aeneas dextra quaesita tropaea.
Condit humi socios, fatum quos condidit ante.
Legati responsa ferunt ueniamque petitam
Non negat. et contra pugnat secura Camilla,
Femina caede potens, casu temeraria tanto.

XII

Turnus ut infractos uidit cessisse Latinos,
Instat atrox pugnae[que] uices sibi percipit hostis.
Pectore secreto uiolatur uulnere teli.
Aeneas causa est; illi Iuturna neganti
Adfuit obsequio, cum mors finiuerat iram.
Sed sua fata uirum traxerunt quaerere mortem.

654

Tetrasticha in libris Vergilii

fol. 40 *r.* In Georgicis B. II 193. 5 sqq. M. 863, 5 sqq.

Sidera deinde canit, segetes et dona Lyaei
Et pecorum cultus, Hyblaei mella saporis.

61 seditque *E* 62 quęstus *E* 65 la^{u}daem *E* Lauso *Oud.* 67 hortu *E* 68 q^{s}·sita tropea *E* 71 et] at? 74 neces *E*] que uices *Oud.* ꝑcipit hos. *E* tes *add. m. sec.* (ꝑ = per *in E*) 75 sed recto *Oud.* 76 negãte *E* 77 cum] quã *E* iam Mars *Heyne.* — *Sequitur* 'Tetrastica in cunctis libris Vergilii prẽf.' (B. II 189, 1—4. M. 336, 1—4) *et* 'Buc͠' (B. II 193, 1—4. M. 863, 1—4), *quae dedi c.* 2, 1—8. *Deinde* 654. Geo͠r *E* 1 liaei *E* 2 hiblaei *E*

Principio breuiter uentura uolumina dixit.
Intercidit opus coepitque referre secunda.

In Aeneide

I

Arma uirumque canit mira uirtute potentem,
Iunonis studio disiectas aequore puppes,
Hospitium Didus, classem sociosque receptos,
Vtque epulas inter casus regina requirat.

II

Conticuere omnes. Infandos ille labores
Deceptamque dolis Troiam patriaeque ruinas
Et casus Priami docet et flagrantia regna,
Ignibus e mediis raptum deque hoste parentem.

III

Postquam res Asiae deceptaque Pergama dixit,
Tum Polydore tuos tumulos, tum Gnosia regna,
Andromachen Helenumque et uasta mole Cyclopas
Amissumque patrem Siculis narrauit in oris.

IV

At regina graui Veneris iam carpitur igni
Venatusque petit. capitur uenatibus ipsa
Et taedas Hymenaee tuas ad funera uertit,
Postquam Anchisiades fatorum est iussa secutus.

V

Interea Aeneas pelagus iam classe tenebat
Ludorumque patris tumulum celebrabat honore.
Puppibus ambustis fundauit moenia Acestae
Destituitque ratem media Palinurus in unda.

3 ureuiter *E*]AЄÑ *E* I *om. E* 6 odio *E*, *em. Buech.* 8 aepulas *E* 11 primai *E*, *corr. m. sec.* 12 remediis *E* r *del. m. sec.* 14 polidore *E* 15 ciclopas *E* IIII *E* 18 ipsa *Burm.* ipsis *E* 19 himenee *E* 20 hãchisiades *E* h *del. m. sec.* sequutus *E* 21 plagas *E*, *corr. m sec.* 23 aceste *E*

VI

Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris
Descenditque domus Ditis comitante Sibylla.
Agnoscit Troas caesos, agnoscit Achiuos,
Et docet Anchises uenturam ad sidera prolem.

VII

Tu quoque litoribus famam, Caieta, dedisti.
Impetrat Aeneas Latium regnumque Latini
Foedus agens. saeuit Iuno bellumque lacessit
Finitimosque uiros Turnumque in proelia mittit.

VIII

Vt belli signum Turnus Mezentiaque arma
Conciuitque duces, tum moenia Pallantea
Aeneas adit Euandri socia agmina quaerens.
Arma Venus portat proprio Vulcania nato.

IX

Atque ea diuersa dum parte, hic diua Cybebe
Puppes esse suas Nympharum numina iussit.
Euryali et Nisi caedes et fata canuntur,
Fecerit inclusus castris quae funera Turnus.

X

Panditur interea caelum coetusque deorum.
Iam redit Aeneas et Pallas sternitur acer.
Eripuit Iuno Turnum, Lausoque parentem
Adiecit comitem mortis Cythereia proles.

26: *fol.* 40 *u.* sibilla *E* 26 domum *Buech.* 27 trohas *E* achibos *E* 30 impetreat *E* latinis *E* Latini *ego* 31 fedus *E* uellũq; *E*, *corr. m. sec.* 34 consciuitque *E*, *corr. Heyne* VIIII *E* 37 huic *Burm.* cibebe *E* 38 esse] es *E* nĩpharũ *E* 39 euriali *E* 43 Lausique *E* Lausoque *Heyne* 44 cithereia *E*

XI

Oceano interea surgens Aurora uidebat
Mezenti ducis exuuias caesosque sodales
Et Latium proceres Diomedis dicta referre,
Tum qualis pugnae succedat Etrusca Camilla.

XII

Turnus ut infractos [hos] uidit et undique caesos,
Vltro Anchisiaden bello per foedera poscit;
Quae Iuturna parat conuellere; sed tamen armis
Occidit et pactum liquit cum coniuge regnum.

655

B. II 185. M. 289 *Augusto Caesari tributum*

. . . .

(22) Nescio quid fugiente anima, non sponte sed altis
Expugnata malis odio languoris iniqui:
Infertur Tyriae post uulnera uulnus Elissae?
(25) Sentiet applicitos turbata Sibylla uapores
Et iurata mori nec cingula reddet Amazon?
Di meliora date ac sensum reuocate nocentem
(Pace uiri liceat tanti), nec commoda linguae
Diuitis intereant, per quam Romana iuuentus
(30) Aeternum florere potest: quod iusserat ille,
Sit uetuisse meum. nam post sua tempora uitae
Non taceat, immo aeterna resonante Camena
Laudetur placeat uiuat relegatur ametur!

45 oceanum *E*, *fort. genuinum, quamquam ineptum* (*cf. u.* 37): *cf. Aen. XI* 1 49 infracto *E*, *corr. m. sec.* hos *add. Buech.* uidis *E* et] set *m. sec.* cesos *E* 50 ꝑ phedera *E* 51 diuturna *E*²; *recte m. pr.* s& tamē *E* 60 liquid *E*

It monostica in libris aeneidos *E*, *quae uide in carm.* 1 *p.* 2 *sqq. Deinde:* 655. It epigramma. ã. cesaris in confirmatione eorundem libroɼ *E*. *cf. c.* 671, 22 *sqq.* 3 tiriae *E* helissae *E* 4 sibilla *E* 5 singula reddat *E* mazon, *corr. m. sec.*, *E* 6 dii *E* 9 forere *E* quod] uerum quod *E* 11 resonate *E*

Aenigmata

B. — M. —

656

Si me retro legis, potui quae uiuere numquam, EUA
Continuo uiuam, sumens de nomine uitam.

657

Si me retro legis, faciam de nomine uerbum. ARRA
Femina cum fuerim, imperatiuus ero.

657 [a]

Si me retro legis, dicam tibi semper id ipsum; AUE
Vna mihi facies ante retroque manet.

657 [b]

Mollior in tactu, sed durior omnibus actu ARA
Ille ego qui rabiem possum superare ferinam.

657 [c]

Si me retro legis, facere qui uulnera noui,
Ex me confestim noscis adesse deum.

656—657 [c]. Enigmata *E. a manu secunda adscripta sunt. nil mutaui.* EUA *et rell. alius adscripsit. Videtur* AVE *ad c.* 656, EVA *ad* 657, ARA *et* ARRA *ad* 657 [a] *pertinere;* 657 [b] *versiculos obscuros medii aevi puto;* 657 [c]: MUCRO *L. Muellerus.*

CARMEN
CODICIS MONTISPESSVLANI 306

658

B. V. 149. M. 39

De philomela

Distichon

Sum noctis socia, sum cantus dulcis amica:
 Nomen ab ambiguo sic philomela gero.

Item

Insomnem philomela trahit dum carmine noctem,
 Nos dormire facit, se uigilare iubet.

Dialogon tetrastichon

Dic, philomela, uelis cur noctem uincere cantu?

658. *M* = *Montispessulanus* 306 *saeculi IX ineuntis cf. Oehlerus philol.* 1860 *p.* 355. *P* = *Parisinus* 8440 *saec. X fol.* 37 *u., optimus.* *B* = *Bruxellanus* 1828—1830 *saec. XI fol.* 35 *r. contulit Noltius.* *T* = *Turicensis ap. Meyerum*, *L* = *Vossianus q.* 33 *s. X fol.* 159. *Iulium Speratum poetam Goldastus mentitus est; fortasse Eugenius Toletanus carmen scripsit, cuius poematum pars secunda, ex 'codice Gothico sanctae ecclesiae Toletanae, uulgo de Azagra' in Mignii scriptt. eccl. tom.* 87 *p.* 389 *sqq. primum edita, sed spuriis intermixta, id continet.*

Versus de filomela *M* Disticon in filomela *P* De philomela *B* Incipit uersus de filomella *L*. *inscr. om. T* Distichon philomelaicum *siue Mignius siue cod. Toletanus* (*Mi.*) 1 sotia *PL* dulos *L* 2 filomela *sic libri fere ubique. nomen a* μέλας *simulque a* μέλος *deducit poeta. ante* 3: IT̃ *P* Item *Mi.* 3 trahit diu *P* trahit per *B* transducit *MTL* trahit dum *scripsi et postea in Mi. repperi.* carmina *B* 4 iubet *P* docet *rell.* *ante* 5: Item dialogon tetrasticon *PMi.*

'Ouis ne noceat uis inimica meis.'
Dic age, num cantu poteris depellere pestem?
'Aut possim aut nequeam, me uigilare iuuat.'

Carmen

Vox, philomela, tua cantus † educere cogit,
Inde tui laudem rustica lingua canit.
Vox, philomela, tua citharas in carmine uincit
Et superat miris musica flabra modis.
Vox, philomela, tua curarum semina pellit,
Recreat et blandis anxia corda sonis.
Florea rura colis, herboso cespite gaudes,
Frondibus arboreis pignora multa foues.
Cantibus ecce tuis recrepant arbusta canoris,
Consonat ipsa suis frondea silua comis.
Iudice me cycnus et garrula cedat hirundo,
Cedat et inlustri psittacus ore tibi.
Nulla tuos umquam cantus imitabitur ales,
Murmure namque tuo dulcia mella fluunt.
Dic ergo tremulos lingua uibrante susurros
Et suaui liquidum gutture pange melos.
Porrige dulcisonas attentis auribus escas;
Nolo tacere uelis, nolo tacere uelis!

6 Ne nocea ouis *MPLT Mi.; recte B* 7 uunc *MT* nuu cantus *L* Pestem dic a. n. p. d. cantu *T* 8 Aut] Ut *P* (?), *edd.* 9 Item carmen philomelaicum *Mi.* edicere *P Mi.* seducere *M m. pr. BL* educere *M*, s *erasa*, *T* ediscere *Pith.* 10 cui *ML* sui *T* *u.* 9—10 *post* 12 *in B*, *post* 13 *in T sunt.* 11 cithara *P* cytharas *L* 12 fabra *BL* fibra *T* 15 ruram *T* coepiste *L* 16 pignera *P* parua *Mi.* 17 ecce tuis *P Mi.* et coetus *MLT* et cętus *B* 18 frondia *P* 19 Indicet me cignus *MPL* Iudicio cignus *B Mi.* garula *ML* cędit *B* cedat *rell.* hyrundo *ML* 20 cedit et *MPTL* cędit et *B* cedat *imitator Aluarus*, *Mi.* illustri *Mi.* inlustris *libri* spitacus *M* siptacus *L* psitacus *PBT* 21 tuos unquã *B* tuis *MT*
u -
tuis *P* 22 murmura *T* nanque *B* tuis *L* dultia *P* 21. 22. 19. 20 *transp. Schenklius* 23 tremulus *TPL* susurrus *TP* susuras *L* 24 suaue *MLP* suauae *T* guture *L* pangere *ML* 25 dulces sonus *Mi.* dulcis sonas *L* adtentis *LM* uiribus *L* odas *Pith.* 26 Nolo tac. u. *semel om. P* Nollo (*bis*) *Mi.*

Gloria summa tibi, laus et benedictio, Christe,
  Qui praestas famulis haec bona grata tuis.

27 glã *BL* tibi summa *MPL* XP͂c *B* 28 seruulis *Mi.* 27. 28 *om.* *T* Explic. *L*

Ad hoc carmen spectant uersus cod. Paris. 2773 *saec. XI fol.* 83':

Ipse libenter auem filomellē nomine dictam
  Liqui pennigera carperet alta fuga
Quam iterum laqueis uellem si prendere possem
  I quaediu doleo quod malefecit auis.
Vox filomella tui resonabat dultiter (*sic*) ouans:
  'Nolo tacere uelis' (*cf. u.* 26) te filomella nimis.
Istos qui fixit (*sic*) ualeat per saecula rethor;
Ore suo cecinit modicus de more . . .

Etiam Paulus Aluarus Cordubensis saec. IX monachus imitatus est, de quo uide ap. Burm.

CARMINA

CODICIS VALENTIANI 393

B. M. —

659

Romae in imagine Constantini

Credite uicturas anima remeante fauillas
Rursus ad amissum posse redire diem.
Nam uaga bis quinos iam luna resumpserat orbes,
Nutabat dubior cum mihi morte salus.
Irrita letiferos auxit medicina dolores
Creuit et humana morbus ab arte meus.
O quantum Petro donauit Christus honorem:
Ille dedit uitam, reddidit iste mihi.

B. II 118. M. 209

660

In memoria cuiusdam militis

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris
Inter mille uiros primus fortisque Batauos,
Hadriano potui qui iudice uasta profundi

V = *codex saec. IX fol.* 88 *u. sq. post* Expl Prouerbia. 659. 2 rursū *V* ad] et *Buech.* 3 orbis *V* 4 *in textu omissus, in mg. a m. pr. additus.* dubia? 6 moribus *V corr. m. rec.* 7 XPs *V.* — 660. In memoria *sqq. V statim post* 659. Item uersus eiusdem (*Hadriani, cui tributa c.* 392 393 *praecedunt*) de quodā milite sorano *P* (*Parisinus* 6630 *saec. XIII fol.* 1 *r.*). *Inscriptionem esse, quae Budae* (*Ofen*) *extet, testatur Geo. Fabricius Romae suae p.* 135. 1 horis *P* 2 fortesque *Burm.* 3 adriano *VP* Traiano *Fabric.*

Aequora Danuuii cunctis transnare sub armis,
Emissumque arcu dum pendet in aere telum
Ac redit, ex alia fixi fregique sagitta;
Quem neque Romanus potuit neque barbarus umquam,
Non iaculo miles, non arcu uincere Parthus,
Hic situs hoc memori saxo mea facta sacraui.
Viderit, anne aliquis post me mea gesta sequatur!
Exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

661

B. M. —

Lugduni in memoria geminorum

Hic gemini fratres iuncti dant membra sepulchris,
Quos iunxit meritum, consociauit humus.
Germine barbarico nati, sed fonte renati
Dant animas caelo, dant sua membra solo.
Aduenit † sagile patri cum coniuge luctus,
Defungi haud dubie qui uoluere prius.
Sed dolor est nimius Christo moderante ferendus.
Orbati non sunt: dona dedere deo.

662

B. M. —

In tumulo cuiusdam medici

Praeteriens hominum sortem miserere, uiator,
Deque meis, restent quae tibi fata, uide.
En mihi terra domum praebet † cinisque sepulchrum
Vermis et exiguus membra caduca uorat.
Conditor omnipotens paradysi cum esse colonum

4 equora *P* danubii *P; recte V* (*sed* danubi *m. sec.*) *et cod. Moroni* transnatare *V* 6 sagittas *V*, *corr. m. rec.* 7 nec barbarus *V* unq^{u}m *P* ũq *V* 8 Medus *uel* Maurus *Burm.* 9 memori *P* mori *V*, ubi moriens *m. rec.* 10 anne *ex* nnne *V* mea] me *V*, *corr. m. rec.* seqꝫtˇ *V* sequetˇ *P* 11 ^{i}m *P* 661. 1 frs̃ *V* 2 consotiauit *V* 3 forte *V*, *em. Buech.* 5 *num* subito? 7 nimus, *em. m. sec.*, *V* XP̃o *V* 662. 2 denique *V* 3 cinerisque *Buech.* 4 *in textu omissus*, *in mg. a m. pr. additus* 5 paradisi *Buech.* cum *V m. pr.* quẽ *V m. sec.*

Iusserat, hanc tribuit culpa nefanda uicem.
Nomine Felicem me olim dixere parentes,
Vita dicata mihi hic, ars medicina fuit.
Aegros multorum potui releuare dolores,
Morbum non potui uincere ab arte meum.

B. II 265. M. 853

663

Littera rem gestam loquitur; res ipsa medullam
Verbi, quam uiuax mens uidet, intus habet.

(B. I 74.) M. 618 (617. 619)

664

CATONIS

Nomina Musarum

Clio historias, Euterpe tibias, Thalia comoedias, Melpomene tragoedias, Terpsichore psalterium, Erato geometricam, Polymnia rhetoricam, Vrania astrologiam, Calliope litteras.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urguet.

6 dicere, *sed corr.*, *V* 9 potuit *V* *Sequuntur in V Ludus Senecae*, *alia*, *c.* 645 *et* 484 *et* 677, *distichon e Sueton. Dom.* 23; *deinde fol.* 139: 663 *sine titulo.* 'Vergilii disticon' *Rehdigeranus s. XIV uel XV* (*cf. Ribbeck. app. Verg. p.* 28).

664. *T* = *Turicensis* 451 *saec. IX—X fol.* 118. *C* = *Caroliruhensis* 36, f. *saec. IX—X fol.* 19. *L* = *Vossianus q.* 33 *saec. X fol.* 133 *u.* *X* = *Valencen.* 394 *saec. X fol.* 47 *r.* *P* = *Parisinus* 7930 *saec. XI fol.* 204. *G* = *Sangallensis* 899 *ap. Schenkl. ber. d. wien. akad.* 1863 *p.* 69. Versus Catonis de Musis uel nominibus philorum *C.* Incipiunt uersus Catonis philosophi de nouem musis *L.* *Inscriptione carent VG.* Nomina musarum *T* Musarum nomina *X* Versus de VIIII musis · et nomina · earũ *P*

Praemissa illa Clio historias *sqq. ad marginem habent TX*, *supra uersus VCL; in V non contuli* istorias *VC* talia *L* comedias *TLX* tragędias *X* T̃siphone *X* Terpsychore *L* Terpsicore spalterium *C* Eratho geometriãcã *C* geumetricã *L* rethoricã *TXL* astrolıͦgiã *T* Caliope *TL.* Incipiunt uersus *C*
2 dulciloques *P* urguet *TP* urget *VCXL*

Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
Melpomene tragico proclamat maesta boatu.
Terpsichore affectus citharis mouet imperat auget.
Plectra gerens Erato saltat pede carmine uultu.
Signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.
† Vrania poli motus scrutatur et astra.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Mentis Apollineae uis has mouet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phoebus.

3 comicolas ciuo *T* lassiuo *X* lasciuio *P* talia *P* 4 melpone *T* melpone *G* tragica *TCGL* traica *V* tragio *X* maesta *V* mesta *rell.* 5 Tersicore *V* Terpsicore *CP* Tersiphone *X* cytharis *TLPG* augere *G* 6 plecta *P* gerens *om. X* eratho *VCP* casmine *T* *u.* 8. 9. 7 *libri et edd.; solus P* 7. 8. 9. — 7 que *om. P* polimnia *VC* polimnia *P* 8 urani *G* Vranie *edd.* poliq. *C* poli *rell.* ipsa poli *Voss. recens* caeli *edd.* scrutor, *sed corr., X* 9 caliope *TGL* eroica *V* 10 apollineae *L* apolloneę *T.* *Aut* 10 *aut* 11 *spurius est.* 11 phebus *V* phębus *XP.* *Inter* 10 *et* 11 Diuus Apollo nouēm musarū nomina signat *P*, *post* 11 Cerne superficiem lector pariterque medullam (*cf. c.* 663) *idem. Finit codex V. Plerosque uersus Papias affert.*

Alii uersuum ordines habentur in Maii Mythographo secundo c. 24 (*u.* 1. 4. 7. 2. 5. 8. 3. 6. 9; = *c.* 619 *Mey.*), *apud Aldum* (*u.* 9. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 3. 10. 11; = *B. I* 74. *M.* 617), *apud Barthium aduers. lib. LII* 1 *ut inscriptionis uillae Manlianae* (*u.* 9. 1. 6. 3. 4. 5. 2. 7. 8). *V.* 2 doctiloquos *et* urget, 5 affectum, 6 ducto *Maius; leuiora omitto.*

CARMEN
CODICIS SANGALLENSIS 878

665

B. M. — **Monosticha de mensibus**

Primus, Iane, tibi sacratur nomine mensis,
　Vndique cui semper cuncta uidere licet.
Vmbrarum est alter, quo mense putatur honore
　Peruia terra dato Manibus esse uagis.
Condita Mauortis magno sub numine Roma
　Non habet errorem: Romulus auctor erit.
Caesareae est Veneris mensis, quo floribus arua
　Prompta uirent, auibus quo sonat omne nemus.
Hos sequitur laetus toto iam †corpore Maius,
　Mercurio et Maiae quem tribuisse iuuat.
Iunius ipse sui causam tibi nominis edit,
　Praegrauida attollens fertilitate sata.
Quam bene, Quintilis, mutasti nomen: honori
　Caesareo, Iuli, te pia causa dedit.
Tu quoque Sextilis uenerabilis omnibus annis
　Numinis Augusti nomen in ÷anno uenis.

665. *In S est*, *anno* 821 *scripto*, *p.* 302; *ed. Schenkl. l. c. p.* 71. *cf. c.* 488. *Ex P* (*Vaticano* 9135 *et Barberiniano* 31, 39 *siue apographo Peiresciano*) *ed. Mommsenus C. Inscr. Lat. I p.* 411　1 nomine *Buech.* et omnia *S* Ianus adest bifrons primusque ingreditur aunum *P*　5 nomine *SP*　6—13 *om. P*　6 errore *S*　7 Caesarem ut Veneris mensi *S; Schenkl et ego corr.* Prompta *S* compta *puto*　8 quod *S*　9 laicus *S*, *correxi. fort.* tempore　10 Maia *S* ioue *S*, *corr. Sch.* 13 quam *scripsi* nam *S* iam *Buech.* mutati *sed corr.*, *S* honore *SP*　14 Caesare qui *P* Caesari (qui) *S*, *correxi* Iulio *SP*, *em. Buech.*　16 in ora *Buech. puto* uehis

Temporis autumni September uincte racemis
† Velate iam numero nosceris ipse tuo.
Octobri laetus portat uindemitor uuas:
Omnis ager Bacchi munere uoce sonat.
Frondibus amissis repetunt sua frigora mensem,
Cum iuga Centaurus celsa retorquet eques.
Argumenta tibi, mensis, concludo, December,
Qui quemuis annum claudere [iure] potes.

17 Temporibus autumnis *P* Temporis autumni *S* Tempora maturis *Haupt.* septimber *S* uincta *S* uineta *P* uincte *ego* 18 iam] e *Haupt.* Vuarum numero *uel* Munere iam uitis *scribi possit* 21 mensem *corruptum putat Buech.* 22 torquet *S* t eques *om. P* 23 concedo *SP*, *correxi* 24 Quae *S* Quae sis *P* Quae uis *Bernensis* 108 *saec. IX hunc uersum habens* quamuis *SP* Qui quemuis *puto* iure (*uel* rite) *addidi* possis *SP*. potes *scripsi* poscis ouans *Hauptius*

CARMEN

CODICIS VALENTIANI 88

666

B. M. — HONORII

Contra epistolas Senecae

Si fontis breuis unda latens demersa tenetur,
  Ignotae uiles esse putantur aquae.
Quas cum docta manus produxerit arte magistra,
  Pura fit exiliens nympha uocata manu:
Tunc praegnantis humi laxantur uiscera partu
  Et subito sterilis flumina terra creat.
Non aliter ualidum genuino robore lignum
  Imbutis digitis dextra domare solet,
Arboris et speciem humanis non usibus aptam
  Cogit in externum crescere factor opus.
Sic cum te potior Seneca meliore magistro
  (Quem ut moneas, lucem cordis habere facis),
Non dubitare queam, Lucillo clarius illo
  Aeternas Christi sumere dantis opes.
Cedat opus priscum uera nec luce coruscans

666. Rescriptum Honorii scolastici contra illas epistolas exhortatorias Senecę *V* (*Valenc.* 88 *s. IX fol.* 96 *r.; descr. Mabillon. anal. I p.* 364; *ipse contuli*) In XPI nomine incipiunt uersus Honorii scolastici ad Iordanem episcopum *P* (*Paris.* 4860 *s. X fol.* 59 *r.; contuli.*) 1 dimersa *P* 2 et uiles *VP* et *del. Buech.* 3 artae *P* 4 nymfa *V* lymfa *P* 5 pregnantis *VP* 8 inbutis *V ex corr.* donare *P* 9 aptum *P* 10 in aeternum *Buech.* fator (*sed corr.*) opis *V* 11 Sic *ego* Sed *VP* 12 Quem *ipsum poetam.* ut *i. e. si* quem tu non *dubitans Buech.* 13. 20. 25 Lucillo *pro* Lucilio *VP* 14 XPI *VP*

Nec de catholici dogmatis ore fluens.
Illē mihi commenta dedit te uera docente;
Haec dedit, infida quae sibi mente tulit.
Nec cum de pretio mortis regnante perenni
Lucillum inbueret, hac sine morte perit.
At tu cum doceas homines superesse beatos
Ex obitu Christum morte sequendo pia,
Erigis et Senecam dominus uerusque magister
Ingeniis fidei me superare facis.
Vnde precor: Lucillum alium nec pectore talem,
Quae me nosse cupis, scire †precando iube;
Discipulumque tuum, prius isto nomine ditans,
Conforta reuoca corripe duce mone.

17 *fol.* 96 *u.* *V* monumenta *V* monimenta *P em. Buech.* 18 Haec *ego* Nec *VP* 19 Nec *ego* Nam *VP num* perennis? Nerone *uel* tyranno *Buech.* 20 imbueret *V ex corr.* mente *Buech.* 21 supẽẽ *P* beato *VP* beatos *Quicheratius* 22 obito *V* X̄P̄m *VP* 25 aliam *V* 28 duce *Buech.* disce *VP.*

Expliciunt uersus Honorii scolastici. ad Iordanem episcopum (ep̄m̄ *P*) ad rescripta Senecae ad Lucillum. quam (quae *P*) ei scripserat. exhortatoria (exortatoria *V*. *Transponendum* exhort., quam ei scripserat) saeculum relinquere et ueram amplectere philosophiam (philosophiam amplecti. feliciter *P*) *VP*. *In vtroque 'Iordanis' chronica sequuntur.*

CARMINA
CODICIS VALENTIANI 373

667

B. II 228. M. 838 **Epitaphium Senecae**

Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores,
    Ite, alias posthac sollicitate animas!
Me procul a uobis deus euocat. ilicet actis
    Rebus terrenis, hospita terra, uale.
Corpus, auara, tamen sollemnibus accipe saxis:
    Namque animam caelo reddimus, ossa tibi.

668

B. II 229. M. 839 **Epitaphium Lucani**

Corduba me genuit, rapuit Nero, praelia dixi,
    Quae gessere pares hinc gener inde socer. —
Continuo numquam direxi carmina ductu,
    Quae tractim serpant: plus mihi comma placet. —
Fulminis in morem, quae sint miranda, citentur:
    Haec uere sapiet dictio, quae feriet!

667. *Titulum exhibent V* (*Valent., saec. IX, folio ultimo, manu eiusdem saeculi; qui* Senece), *P* (*Paris.* 8319 *saec. XI fol.* 40 *u.*), *F* (*Florentinus Senecae saec. XI fol.* 1 *r. cf. Senec. trag. ed. Peip.-Richt. p. XXVIII, qui* Epitaphyũ · M · L · A · Senecę, *Q* (*Paris.* 6630 *saec. XIII fol.* 1 *r.*). Hildeberto *cod. Turonensis tribuit, cf. Hildeb. ed. Benedictin. p.* 1369.

2 I te (*uel* re) *P* hęc *V* 3 auocat *Q* illicet *P* ast//// *P* 4 terrenis rebus *F* 5 sollempnibus *PFQ* excipe *FQ* 6 Iamque *Cannegieterus* celo *F.* — 668. *Titulum exhibet V fol. ult.* *u.* 1 *adfert Aldhelmus de metris p.* 240 *Giles* ('Quem Lucanus emulans his uerbis imitabatur dicens: Corduba' *sqq.*)
inc
ıɪpuit *P* (*Parisinus* 7936 *s. XIV fol.* 184 *u., ubi u.* 1—2).
cesar pōpei' i
2 socer inde gener *P* 4 m *V* 5—6 *om. V; extant in* 'meo [*Burmanni*] antiquissimo Lucani codice olim Sixiano' *qui u.* 4 serpit, *et Leidensi* 383 *saec. XI fol.* 1 *ante Lucanum* Fluminis *codd. plerique Vseneri* 5 sint *Vsenerus* sunt *Burm.*

CARMINA
CODICIS PARISINI 8093

669
DOMNI EVANTII

B. M. —

Nobilis et magno uirtutum culmine celsE,
Ingens consiliis et dextrae belliger actV,
Care mihi genitor et uita carior ipsA!
Hoc nati pietas offert post munera carmeN,
Offerre incolumi quod mors infanda uetauiT.
Lux tibi summa Dei nec non et gratia ChristI
Adsit perpetuo nec desit temporis usV,
Omnipotensque tuis non reddat debita culpiS.

670
BASSI
In tumulo Monicae

B. M. —

Hic posuit cineres genetrix castissima prolis,
  Augustine, tui altera lux meriti,

P = codex saec. IX, litteris Longobardicis scriptus
669 *inter Eugenii carmina P fol.* 19 *r. legitur; contuli solum B* (*Par.* 8071 *s. IX—X, ubi in Eugenianis fol.* 24 *r. extat*). 2 dextre *B* 4 funera *edd.* carnē *B* 5 columni qđ *B* 7 tempr̃is (i *ex* e *corr.*) usu *B* 8 ñ *B*

670. Uersus inlustrissime memorie Bassi excōsul·e·scripti in tumulo sc̄e memorię Mūnice matris sc̄i Agustini *P fol.* 32 *u. post Damasum.* Ephitafiū beat Monnice genetricis sc̄i agustini *V* (*Vossianus q.* 69 *saec. IX*) *fol.* 19. Epytaphium beatae Monicae genetricis beati Augustini *Q* (*Paris.* 8094 *saec. XI*) *fol.* 57 *r.* 1 genetris *P* 2 agustine *VP*

Qui seruans pacis caelestia iura sacerdos
Commissos populos moribus instituis.
Gloria uos maior gestorum laude coronat
Virtutum mater felicior subolis.

671

PHOCAE

Vita Vergilii

B. II 186. M. 288

Praefatio

O uetustatis ueneranda custos,
Regios actus simul et fugaces
Temporum cursus docilis referre,
Aurea Clio,
Tu nihil magnum sinis interire,
Nil mori clarum pateris, reseruans
Posteris prisci monumenta saecli
Condita libris.
Sola fucatis uariare dictis
Paginas nescis, sed aperta quicquid
Veritas prodit, recinis per aeuum
Simplice lingua.
Tu senescentes titulos laborum
Flore durantis reparas iuuentae.
Militat uirtus tibi; te notante
Crimina pallent.
Tu fori turbas strepitusque litis
Effugis dulci moderata cantu,

3 serbans *P* conmissos *P* pupulos *Q* instituens *P* 5 iestorum *P* 6 sobolis *V* subolis. Finit *Q. In P Theodulfus usque ad c.* 671, *in Q Persii satt.* 5, 52 *sq. et uersus* 'Dissimilis cunctis uox uultus uita uoluntas' *sequitur.*

c. 671. *P fol.* 37 *r. et u.* Uita Vergilii incpt a Foca grammatico urbis Romae uersibus edita Prefatio *P* 1 memoranda *P*, *corr. L. Muellerus* 3 docili *P* 7 secli *P* 10 set, *sed corr.*, *P* quiquid *P*, *corr. man. sec.* 14 reparans iubentē *P* 18 modulata *Tollius*

Nec retardari pateris loquellas
Compede metri.
His faue dictis! retegenda uita est
Vatis Etrusci, modo qui perenne
Romulae uoci decus adrogauit
Carmine sacro:

Vita

Maeonii specimen uatis ueneranda Maronem
Mantua, Romuleae generauit flumina linguae.
Quis, facunda, tuos toleraret, Graecia, fastus,
Quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem,
Aemula Vergilium tellus nisi Tusca dedisset?
Huic genitor figulus Maro nomine, cultor agelli,
Vt referunt alii, tenui mercede locatus,
Sed plures figulum. quis non miracula rerum
Haec stupeat? diues partus de paupere uena
Enituit, figuli suboles noua carmina finxit!
Mater Polla fuit, Magii non infima proles,
Quem socerum probitas fecit iam grata Maroni.
Haec cum maturo premeretur pondere uentris,
Vt solet in somnis animus uentura repingens
Anxius et uigili praesumere gaudia cura,
Phoebei nemoris ramum fudisse putauit.
O sopor indicium ueri! nil certius umquam
Cornea porta tulit. facta est interprete lauro
Certa parens onerisque sui cognouerat artem.
Consule Pompeio uitalibus editus auris
Et Crasso tetigit terras, quo tempore Chelas
Iam mitis Phaethon post Virginis ora recenset.
Infantem uagisse negant; nam fronte serena
Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.

21 hic fabe *P* 23 adrogabit *P* Vita Virgilii *P* 26 generabit *P* flumina *P* fulmina *Muell.* 26 *sq. recte distinxit Buech.* 33 stupet *P*, *corr. m. rec.* dibes *P* 34 emicuit *Scal.* noba *P* 36 iam data *P* clara *Scal.* tam cara *Heins.* grata *scripsi* 38 refingens *Burm.* 39 et] e *Burm.* uigilis *Reifferscheid. Suet. p.* 69 40 putabit *P*, *qui* b *et* u *saepe commutat* 45 Chelis *Heynius* 46 receptus *P*, *correxi* recepit *Reiffersch.*

Ipse puerperiis adrisit laetior orbis.
Terra ministrauit flores et munere uerno
Herbida supposuit puero fulmenta uirescens.
Praeterea si uera fides (sed uera probatur),
Lata cohors apium subito per rura iacentis
Labra fauis texit dulces fusura loquellas.
Hoc quondam in sacro tantum mirata Platone
Indicium linguae memorat famosa uetustas.
Sed Natura parens properans extollere Romam
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.
Insuper his genitor, nati dum fata requirit,
Populeam sterili uirgam mandauit harenae,
Tempore quae nutrita breui, dum crescit in omen,
Altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.
Haec propter placuit puerum committere Musis
Et monstrare uiam uicturae in saecula famae.
Tum Ballista rudem lingua titubante receptum
Instituit primus, quem nox armabat in umbris
Grassari solitum. crimen doctrina tegebat;
Mox patefacta uiri pressa est audacia saxis.
Incidit titulum iuuenis, quo pignera uatis
Edidit. auspiciis suffecit poena magistri.
['Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus;
  Nocte die tutum carpe uiator iter.']
Nos tamen hoc breuius, si fas simulare Maronem:
'Ballistam sua poena tegit; uia tuta per oras.'
['Hic Ballista iacet: certo pede perge uiator.'
'Carcere montoso clausus Ballista tenetur:
  Securi fraudis pergite nocte, uiri.'
'Quid trepidas tandem gressu pauitante, uiator?
  Nocturnum furem saxeus imber habet.'
'Ballistae uitam rapuit lapis, ipse sepulcrum
  Intulit; umbra nocens pendula saxa tremit.'

52 set *P*   55 condam *P*   57 Set *P*   61 omnẽ *P, corr. Toll.*   64 uenturae *edd., corr. iam Burm.*   69 incidi *P*   70 pęna *P*   71 *sq. cf. Donatus ed. Suet. Reiff. p.* 58 *et carmen* 261   *u.* 71—83 *et* 85 *sq. delet Reifferscheid. quem fere sequor*   74 auras *P* oras *Scal.* umbras *Heins.*

'Crimina latronis dignissima poena coercet:
Duritiam mentis †damnat ubique lapis.']
Hinc Culicis tenui praelusit funera uersu.
['Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium uitae pro munere reddit.']
Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipsa magistrum
Roma potens proceresque suos tibi iunxit amicos.
Pollio Maecenas Varus Cornelius ardent;
Te sibi quisque rapit, per te uicturus in aeuum.
Musa refer, quae causa fuit componere libros.
Sumpserat Augustus rerum moderamina princeps.
Iam necis ultor erat patriae, iam caede priorum
Perfusos acies legitur uisura Philippos.
Cassius hic Magni uindex et Brutus in armis
Intereunt. uictor nondum contentus, opimis
Emeritas belli spoliis ditasse cohortes,
Proscripsit miserae florentia rura Cremonae,
Totaque militibus pretium concessa laborum
Praeda fuit. uiolenta manus bacchata per agros.
Non flatus, non tela Iouis, non spumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus impia, uastant.
Mantua, tu coniuncta loco, sociata periclo es;
Non tamen ob meritum misera [es]: uicinia fecit.
Iam Maro pulsus erat, sed †uiribus obuius ibat
Fretus amicorum clipeo, cum paene nefando
Ense perit. quid dextra furis? quid uiscera Romae
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Posteritas ipsumque ducem, nisi Mantua dicat!
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum: quid Martius horror

82 quoercet *P* 83 signat? *an* clamat? 84 prolusit *Heins.* 85 *sq.* *Culex* 413 *sq.*, *Donatus l. c.* 85 pecodum custus *P* 87 sironem *P* 89 Varus *Weichertus* uarius *P* 90 Te *Klotzius* Et *P* 94 perfusos (*sic*) *P* filippos *P* 96 contemtus *P* 97 choortes *P* 99 precium *P* 100 b uaccata *P* 102 rabidi *Muell.* uastat *P*, *corr.* *Heins.* 103 periclis *P* periclo es *Buech.* 104 misera *P* es *addidi* miseram *edd.* 105 set *P* 111 marcius orror *P*

Egerit, ostendunt. qui tam miseranda tulisset,
Caesaris huic placido nutu repetuntur agelli.
His auctus meritis cum digna rependere uellet,
Inuenit carmen, quo munera uincere posset.
Praedia dat Caesar, quorum breuis usus habendi:
Obtulit hic laudes, quas saecula nulla silebunt.
Pastores cecinit primos. hoc carmine consul
Pollio laudatur ter se reuocantibus annis
Conposito. post haec ruris praecepta colendi
Quattuor exposuit libris et commoda terrae
Edocuit geminis anno minus omnia lustris.
Inde cothurnato Teucrorum praelia uersu
Et Rutulum tonuit. bis sena uolumina sacro
Formauit donata duci trieteride quarta.
Sed loca, quae uulgi memorauit tradita fama,
Aequoris et terrae statuit percurrere uates,
Certius ut libris oculo dictante notaret.
Pergitur. ut Calabros tetigit, liuore nocenti
Parcarum uehemens laxauit corpora morbus.
Hic ubi languores et fata minacia sensit,

. . . .

672

B. II 184. M. 558 *Caesari Augusto tributum*

Ergone supremis potuit uox inproba uerbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes

112 quid *P* qui *Toll.* tunc *edd.* 113 hic *P*, *corr. Tollius* 117 silescunt *P* silebunt *Francius* 119 ter se] terrae *P* 121 quatuor *P* 123 coturnato *P* 124 sacrum *P* 125 donanda *Francius*, *fort. recte* 128 certius *P* 129 pergit et ut *Burm.* at ut *puto* 130 laxauit *P* luxauit *Scal.* lassauit *Muell.* 131 *In hoc uersu fol.* 37 *desinit.* langores *P.*

P = *Par.* 8093 *saec. IX fol.* 75 *u.* *B* = *Bernensis* 165 *saec. IX* *F* = *Bernensis* 167 *saec. X* *G* = *Bernensis* 172 *saec. X* *R* = *Parisinus* 7927 *saec. X fol.* 9 *u.* *C* = *Parisinus* 8069 *saec. X—XI* *S* = *Parisinus* 2772 *saec. X—XI* ς = *edd. inde ab Aldina omnes; primus codices sequor. PRCS ego, BFG Hagenus contulimus. Extat etiam in Bembino* (*Vaticano* 3252)

Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?
A scelus hoc dignum? soluetur littera diues
Et poterunt spectare oculi, nec parcere honori
Flamma suo? † ductumque operi seruabit amorem?
Pulcher Apollo, ueta! Musae prohibete Latinae!
Liber et alma Ceres, succurrite! uester in armis
Miles erat, uester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid uer ageret, quid cogeret aestas,
Quid pater autumnus, quid bruma nouissima ferret.
Arbuta formauit, sociauit uitibus ulmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Haec dedit, ut pereant, ipsum si dicere fas est!
'Sed legum est seruanda fides; suprema uoluntas
Quod mandat fierique iubet, parere necesse est.'
Frangatur potius legum reuerenda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Hauserit una dies, supremaque uerba parentis
Amittant uigilasse suum. si forte supremum

Vergilii s. IX, *Vindobonensi* 113 *s. X*, *aliis multis. Titulo carent PBGC.* Incipit carmen Octauiani Caesaris de Vergilio *FS* Octauiani cęsaris augusti uersus de laudanda ac adfirmanda arte uirgilii post mortem illius incipiunt *Bembinus* (*fol.* 14 *u.*) Carmen octauiani caesaris augusti de laudanda arte ac sublimanda per secula P.V. M. incip̄ *R* (*Petauiano Burmanni simillimus*) 1 improba *B* 2 ignis *C* 4 At *GR* Ad *S* indignum ς litera *R*, diui, *Heynius* 5 poter̃ *C* sp&ta oculis n& *S* occuli *C* 6 dictumque *duo codd. Burm.* dignumque ς. *num* dirumque? seruauit *P*, *sed corr.*, *GS* amore *S* seruare decorem ς 7 Noster ς ꝓhibete musę (e *supra*) *C* 10 agerat *S* aleret *Heins.* 11 Quid daret ς brumma *G* 12 Arbusta *S* Arua reformauit ς 13 *fol.* 76 *r. P* *post* 14 *Parisin.* 7936 *saec. XIV addit:* Insanũ morte pressum sic condere f////), *sed in mg. eadem manu:* aliqui non habent istum uersum: Insanũ. 15 longum *R* fides et *R* supprima *S* 16 qđ *P* quo *reliqui* fieritque *F* que *om. GS* 17 frangitur *G* frangantur *S* pocius *C* 18 Qua *G* congestos *R* (*nisi erraui*) congestas *reliqui* labores *G* laboris *reliqui* 19 hauserat *P* (*sed corr. m. pr.*) *F* (*sed corr.*) *GS* huna *R* suppremaq; *S* iussa ς 20 amittant ς amittit (a *supra*) *P* (a *a m. sec.*) amitat *C* amittat *rell.* superbum *libri*, *em. Heinsius* soporus *Buech.*

Errauit iam morte piger, si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo non sponte sed altis
Expugnata malis odio languoris iniqui,
Si mens caeca fuit: iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere † uoces?
Ardebit miserae post uulnera uulnus Elissae?
Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens et perfidus error?
Huc huc, Pierides, date flumina cuncta, sorores;
Exspirent ignes, uiuat Maro ductus ubique
Ingratusque sui studiorumque inuidus orbi
Et factus post fata nocens. quod iusserat ille
Sit uetuisse meum: † satis est post tempora uitae.
Immo sit aeternum tota resonante Camena
Carmen, et in populo diui sub numine nomen
Laudetur uigeat placeat relegatur ametur!

21 iam *Oud.* in *libri* piger] dolor ς 22 *sqq.*: *cf. c.* 655. 23 langoris *CG* iniquae *S* 25 cogitur modo *S* uoces] poenas *Heynius* 26 elisę *F* elysae *S* 27 opus *P m. pr. in marg.* Hoc opus aeternum ruet et ς 28 ora *PFG* noscens *C* 29 pieridịes *F* pyerides *S* flamina, *om.* cuncta, *S* 30 Et spirent *libri*, *em. Buech.* doctus *S* ductus *rell.* clarus *puto* 31 ingratisque, *sed corr.*, *F* ingrandusque, *sed corr.*, *R* suis *C* 32 fractus *P* fatus *S* $\overset{c}{\text{fata}}$ *G* fata *BFS* facta *GRC* ille; eger dr̃ *R* 33 Sit *Buech.* Si *libri* sacer *puto* 34 aeternum *P* aeternus *rell.* aẽtius *R* 35 nomen] diomen *S* nostri *Buech.*

29—36: Huc huc Pierides nemorum per lustra loquaces | tendite et ardentes ignes fluuialibus undis | mergite, ne pereat tam clari Musa poetae | flammaque (famaque *Schrader*) uanescat. uiuat Maro clarus in orbe | ingratusque sibi, sed quod male iusserat ipse, | sit uetuisse meum. sacer est post tempora uitae. | Sicque erit aeternum tota resonante Camena | carmen et imperii diui sub nomine uiuat, | laudetur uigeat placeat relegatur ametur ς.

CARMINA

CODICIS REGII BRITANNICI 15 B. XIX

673

Vergilio tributum B. M. —

De quodam cum cruribus obliquis nato

En dat aperturam crurum flexura recuruam
  Et patet oblicus inter utrumque locus,
Quo praegnantis equae calcaribus urgeat aluum
  Curuato et tutum crure sit intus onus.

674

Vergilio uel Ouidio tributum B. M. —

De imagine et somno

Pulchra comis annisque decens et candida uultu
  Dulce quiescenti basia blanda dabas.

C = Codex, saec. IX, membr., de quo cf. Th. Oehlerus musei rhen. I p. 133 *sq.*

673: *C, fol.* 90 *u.* Virgł *C in mg.* 1 fluxura *C* 4 fit *C.* — *fol.* 99 *u.:* Virgilius de sua nutrice (*i. e. Martial. I* 19), *tum* 674 Item idem. de imagine et somno. 674. 2 *Aldhelmus de metris p.* 293 *Gil.:* 'bassias bassiant, ut Ouidius 'dulce . . . bassia . . . dabas'. *Sequitur* De caluo a culice obuiato.

De caluo a culice obuiato B. M. —

Stridula musca uolans caluum conspexit euntem.
'Calue uiator', ait 'quo tendis? cede parumper
Perque tuos iuro qui restant retro capillos
Me gratam liceat rostro decerpere sedem.'
Sic ait et trepidum circumuolat inproba caluum,
At contra ille timens solito caput armat amictu. —
[Quid ualet en caluus muscae lassatus ab ictu?]

Si te iam uigilans non unquam cernere possum,
Somne, precor, iugiter lumina nostra tene.

675

Hic addere libet uersiculos ab Aldhelmo de metris p. 232 (cf. p. 284) Gil. Vergilio adscriptos:

VIRGILII

'Virgilius item libro, quem Paedagogum praetitulauit, cuius principium est

Carmina si fuerint te iudice digna fauore,
Reddetur titulus purpureusque nitor.
Si minus, aestiuas poteris conuoluere sardas
Aut piper aut caluas hinc operire nuces,

syllabam elisit dicens:

Durum iter et uitae magnus labor.'

u. 7 *om. C*, *sed extat pro* 6 *in cod. bibl. publ. Cantabrig.* 1552 *saec. X fol.* 367 *r.*, *ubi sequitur* 'Incipit responsio Hugbaldi de laude caluorum.' *Extat carmen et in Parisino* 2773 *saec. XI*, *sine titulo; ubi* 4 rostro liceat, 5 Hoc ait, 6 armat (ornat *C*), 7 *deest.* — 675 *in Monacensi* 14505 *saec. XI fol.* 131 *r. carmini* 668 *assutum esse Vsenerus docet schol. in Lucan. I p.* 6; *ubi u.* 1 reddatur.

CARMINA

CODICIS CAROLIRVHENSIS AVG. 167

676

B. V 43. M. 1030

Me legat, annales cupiat qui noscere menses
Tempora dinumerans aeui uitaeque caducae.
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur.
Alternant elementa uices et tempora mutant.
Accipiunt augmenta dies noctesque uicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora messis,
Sic iterum spisso uestitur gramine campus.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi.
Tempora sunt uitae, sunt tristia tempora mortis.
Tempus et hora uolat. momentis labitur aetas.
Omnia dat tollit minuitque uolatile tempus.
Ver aestas autumnus hiems: redit annus in annum.

676. *C = Caroliruhensis saec. IX (Bedam continens) fol.* 13 *u., qui c.* 678. 679. 676. 680. 639. 394 *continet. inscriptionibus caret. D = codex Cuiacii, de quo cf. Burm. ad V* 47, *qui* 676. 677. 678. 679 *continuit.* De compoto *S (codex Scaligeri Leidensis, cf. Burm. ad V* 43; *idem fortasse atque D)*

2 denumerans *C* 4 alimenta *C* 6 sed flores *S* florens *Scaliger* me^{s}sis *C* 12 *cf. Hieron. comm. in Ezechielem* I 7 'quattuor temporum circulum . . . de quibus pulchre uno uersiculo dictum est: Ver aestas autumnus hiems et mensis et annus.'

In suum usum contulit Columbanus in uersibus ad Sethum u. 60 *sqq.* 'Pulchre ueridici cecinit uox talia uatis *sequuntur u.* 2.

B. V 44. M. 1031

677

Exsurgens Chelas Aries demergit in ima.
Scorpion aurati submergunt cornua Tauri.
Tum subit Arcitenens Geminis surgentibus aequor.
Dum surgit Cancer, Capricornus mergitur undis.
Portitor urceoli formidat terga Leonis.
Virgo fugat Pisces. redit et uictoria uictis.

B. V 45. M. 1032

678

Bis sex signiferae numerantur sidera sphaerae,
Per quae planetae dicuntur currere septem.
Pollucis proles ter denis uoluitur annis.
Fulmina dispergens duodenis lustrat aristis.
Bellipotens genitor . . . .
. . . . †mensum pensare bilibri.
In medio mundi fertur Phaethontia flamma
Ter centum soles sex denos quinque quadrantem.
†Ter senas partes his [tu] Cytherea retorques
Lustrando totum praeclaro lumine mundum.
Terque dies ternos puro de uespere tollens
Semonis diui completur circulus anni.

3. 5—9. 11. 12 (2 dinumerans 9 s̃ 12 hiemps — in anũ *cod. Paris.* 8303 *saec. X*), *deinde* Omnia cum redeunt, homini sua non redit aetas;' *idem ibid. u.* 7 *uersu* 10 (ora cod. Par., h supra scr.) *usus est.*

677. *Dedit Burmannus, quem sequor, ex D.* 1 Exoriens, 4 Dum cancer surgit, 5 terga] signa *in ed. Bedae Colon. tom. II p.* 74 3 Tum *Scal.* Dum *D* Hinc *ed. Bed.*

678. *In CP* (*cod. Petauii ap. Burm.*) *S extat.* 1 sf̃ae *C* 2 per] ṕ (*i. e.* per) *C* quas *edd.* 3 polluris ꝓlis *C. ad* 3 satn; 4 iouis 5 mars 6 sol 8 ueņ 10 mer̃ 13 luņ *C in marg.* 4 duodenas *et* aristas *S* 5 *lacunam statui* mensem *P* pensatque *Burm.* bilibre *S. Sed possis etiam* B. uehitur (iter *suspicatur Buech.*) m. pensatque bilibre (*i. e.* duplex) 6 phoetontia *C* 7 bis denos adde *S* quadrantam *S* (?) denas *P* 8 *corruptus.* tu *addidi*, plus *add. aut S aut P in mg.* retorquens *P* 10 Ternas ter partes *P* T̃que *sqq. C. Cum Mercurii cursus sit* 87 *dierum*, dies terni *fortasse intellegendi sunt cuiusque mensis kalendae nonae idus, cf.* 680, 4 puro] *puto* porro 11 Sermonis d̃ni *C* Sermonis domini *P* Sennonis dũi *S, corr. Scal.* comple[illegible]tur *C* anno *S*

Horas octo, dies ternos seruato nouenos,
Proxima telluri dum curris, candida Phoebe.

679
PRISCIANI
De sideribus

B. V 47. M. 284

Ad Boreae partes Ἄρκτοι uertuntur et Anguis,
Post has Arctophylax pariterque Corona, genuque
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus et Cassiepea,
Auriga et Perseus, Deltoton et Andromedae astrum,
Pegasus et Delphin Telumque, Aquila Anguitenensque.
Signifer inde subest, bis sex et sidera complent
Hunc: Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo
Libra Scorpius Arquitenens Capricornus et urnam
Qui tenet et Pisces. post sunt in partibus Austri
Orion Procyon Lepus ardens Sirius Argo
Hydrus Chiron Turibulum quoque Piscis et ingens.
Hinc sequitur Pistrix simul Eridanique fluenta.

12 t̃nos *C* *u.* 9. 12 (? 10 *Burm.*). 13 *om. P*

679. *V* = *Valentianus* 393 *saec. IX fol.* 138 *u.* *M* = *Valentianus* 330 *bis saec. X fol.* 1 *r.* *N* = *Parisinus* 12117 (*olim Sangermann.* 434) *saec. XI fol.* 172 *u.* *O* = *Parisinus* 5371 *saec. XIII fol.* 240 *u.*

Incipit epitome phenomenon id est apparitio siue apparentia prisciani gramatici uersus XII· de sideribus *M* Versus prisciani de sideribus caeli *N* Versus prisciani de astrologia *O* *inscriptione carent CVD* 1 arctoi *CV* arct$\overset{on}{u}$ri *M* (on *m. paulo recentiore*) arcty *N* arctôy *O* uertunt, *corr. m.* 2, *M* iunguntur *D* 2 has *CVM* hars *O* hos *N* haec *Pith.* posthac *ed. Bedae* arctophilax *VO* arctofilax *CM* 3 lira *NO* cetheus *M* cassiiphea *V*, *corr. m.* 2 casiophea *C* ċasiephea *M* casiephia *N* casiępia *O* 4 aurigam *C* et *om. VCN* deltonon *N* andromadę *O* 5 delfin *VMNO* 6 bi *O* sydera *NO* conplent *M* complens *D?* 7 Hinc *NO* ariaes *M* cincer gemini leo *O* 8 libraq̃. *O* arcitenens *libri* urna *CVM* (*in quo* uitia *m. pr.*) 9 ui tenet *euanida O* pos *M*, *corr. m.* 2 st̃ *C* 10 ꝓcion *VM* prochion *M m.* 2, *N* ꝓcinon *O* syrius *O* 11 Idros cidron *V* Hidr$\overset{v}{ı}$s chyron *M* Idrus *N* 12 pistris *O* heridaniq; *MN*. *post u.* 12 *addit N*:

B. V 68. M. 390

680

Bis sena mensum uertigine uoluitur annus,
Septimanis decies quinis simul atque duabus,
Ter centum bisque tricenis quinque diebus,
Quos ternis gaudet diuisos stare columnis,
Scilicet Idibus et Nonis simul atque Kalendis.
Nam quadris constat Nonis concurrere menses
Omnes excepto Marte et Maio, sequitur quos
Iulius † et October: senis soli hi moderantur.
Septenis denis patet hos quadrare Kalendis.
Octonisque pares menses sunt Idibus omnes.
Ianus et Augustus semper mensisque December
Voluuntur denis † tantum nonisque Kalendis;
At contra currunt bis nonis rite quaterni
Iunius Aprilis September et ipse Nouember.
Sedenis Februus cito solus ab omnibus errat.
Bis senis sic namque rotatur mensibus annus
Per Nonas Idusque decurrens atque Kalendas.

Sed uaga preterea dicuntur lumina septem
Luna et Mercurius, Venus ac Sol, Mars quoque fulgens,
Hinc Iouis et sidus super omnia sydera lucens,
Celsior his Saturnus, tardior omnibus astris.

quos uersus editiones receperunt.

680. *In C et P* (*Parisinus* 7886 *saec. IX—X fol.* 14 *r. contulit I. Kleinius mus. rh.* 1866 *p.* 136) *extat. Meyerus sine causa Bedae tribuit*, *in cuius ed. Colon. I p.* 401 *extat* (= *B*).
1 senis *C* mensium *B* annis *P* 2 septimanas *C* duobus *P* 3 Ter cenis *C* Centenis *B* 4 quos *ego* qua *C* qui *PB* diuisos *ego* diuisus *CPB* 5 scilicet et *C* kalandis *C* 6 occurrere *C* concedere *B* 7 quos *om. P* 8 et *om. BP*, *fort. recte* octimber *PB* senis *om. C* 9 petet *B* Septenis patet hos pariterque flagrare Kalendis *libri* (flagitare *Migne* kal.] diebus *C*). denis *et* quadrare *scripsi*, *uerba transpos. Buech.* 10 simul e paras, *om.* menses, *P; sic B* 12 tandem? semper *et* tantum *permutat Buech.* 13 Et *B* corrunt *C* nonis bis *B* quaternis *P* 14 *om. C* Iulius *PB*, *recte Migne* ap i lis *P* ipse et *B* 16 nam *C* namque *P* 17 *num* excurrens? kalandas *C.* Festaque quae passim sanctorum inscripta leguntur, sub certis anni quae sint celebranda diebus *addit Migne t. XCIV p.* 603, *ubi* '*Martyrologii poetici*' '*prologus*' *hoc carmen est.* — *Sequuntur in C c.* 639 *et* 394 *alternis mixta.*

CARMEN

CODICIS BERNENSIS 16

681

B. M. —

Coniugis †interea basium, oscula dantur amicis,
Suauia lasciuis miscentur grata labellis.

681. 1 interea *B* (*glossarium in Bern.* 16 *saec. IX ap. Sinner. I p.* 394), *Bonnensis saec. XIII: ann. philol.* 1867 *p.* 497 intereti *Bb* (*Bern.* 243 *saec. X; mus. rh. XXII p.* 97). *num* intererit? Basia coniugibus, sed et (ast *Vossianus fol.* 12, *recens*) *Isidorus different., unde Papias; Voss. f.* 12. osculantur *B* 2 Sauia *Bb*, suauia *rell.* miscemus *Bb* puellis *Voss.*

'Basium: quod uxori datur. nam distantia haec est ut basium uxori, osculum filiis, suauium scorto sit deputatum. Quod quidam etiam uersibus hoc [modo] distinxit: Coniugis *sqq.* Esidori de differentiis sermonum' *B. Isidori editiones recentiorem aliquam mutatam lectionem sequi puto.*

CARMINA

CODICIS TVRICENSIS 78

682

B. M. – *Ouidio Nasoni tributum*

Rustice lustriuage capripes cornute bimembris
Cinyphie hircigena pernix caudite petulce
Saetiger indocilis agrestis barbare dure
Semicaper uillose fugax periure biformis
Audax brute ferox pellite incondite mute
Siluicola instabilis saltator perdite mendax
Lubrice uentisonax inflator stridule anhele
Hirte hirsute biceps fallax niger hispide sime
† Scrans arbusticola spurce breuicole Fatucle!

T = *codex Turicensis* 78 (*olim* 451) *saec. IX olim Marq. Freheri cf. Burm. ad IV* 88. — 682 *fol.* 52 *u. post Serenum Sammonicum sine interuallo T.* Ouidius Naso in amatoria arte de Pan pastore dt̄ *P* (*Parisinus* 8094 *saec. XI fol.* 56 *r.*); *utrumque contuli. Etiam in Reginensi* 421 *s. XI extat.* 1 bimenbris *T* bim̃bres *P* 2 cynife *T* cinife *P* hirpigena *T* hyrpegena *P* p&ulae *T* p&ulcé *P* 3 s&iger *T* sitiger *P* 4 semicaper uilose *sic P* 5 brute *P*, *om. T* mutae *T* mute *P* muto *Hertzbergius* 6 siluicula *P* 7 anelae *T* anhelle *P* 8 hirce *P* hyrtae hyrsute *T* fallax hispidissime niger *T* niger hispidissime fallax *P*; *corr. L. Mueller.* *u.* 9 *om. P* Scrans aridus iolae spurce bruciole fataucle *sic T*; *corr. Hertzbergius* Scrans] sons *uel* Pan *uel* Intonse ariole *idem* exscreans *confert Buech.*

683

B. IV 20. M. 1173

Epitaphium Vitalis mimi filii Catonis

Quid tibi mors faciam, quae nulli parcere nosti?
  Nescis laetitiam, nescis, amara, iocos.
His ego praeualui toto notissimus orbi,
  Hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.
Gaudebam semper. quid enim, si gaudia desint,
  Hic uagus ac fallax utile mundus habet?
Me uiso rabidi subito cecidere furores;
  Ridebat summus me ueniente dolor.
Non licuit quemquam mordacibus urere curis
  Nec rerum incerta mobilitate trahi.
Vincebat cunctos praesentia nostra timores
  Et mecum felix quaelibet hora fuit.
Motibus ac dictis, tragica quoque †uerba placebam
  Exhilarans uariis tristia corda modis.
Fingebam uultus, habitus ac uerba loquentum,
  Vt plures uno crederes ore loqui.
Ipse etiam, quem nostra oculis geminabat imago,
  Horruit in uultu se magis esse meo.
O quoties imitata meo se femina gestu
  Vidit et erubuit totaque mota fuit!

683. *fol.* 95 *u. sq. T, sine titulo.* Epitafium filii Catonis *P* (*Parisinus* 2772 *saec. X—XI fol.* 96 *r. post Catonis disticha*). Epitaphiũ Vitalis mimi *Q* (*Paris.* 8319 *s. XI fol.* 54 *u. sq. post Catonis disticha, uersiculis medii aeui interpositis quibusdam*) Epitaphium Vitalis *Maius Class. auctt. V* 414 *sq. e cod. Vaticano saec. X Carolinae praecipue aetatis carmina continente.*

2 amare *libri, em. Buech.* 3 notissimus (i di) *T* (*m. pr.?*) urbi *P* 4 Hinc *P* cesus *P* 6 uagis *P* 7 uiro *P* 9 quenquã *P* curis *sed corr. P* 10 nobilitate *Q* 12 ora *TP* 13 uerba] uoce *Pith.* ueste *Buech. et ego* placebat, *corr. m. pr., P* 14 exilarans *TP* tristitia *P* 15 angebam *P* loquentur *P* loquent˘ *T* 16 crederis *TPQ, corr. in T* 18 isse *ex* nse *T* ense *P* esse *Q* uultus . . meos *libri; recte Maius* 19 quotiens *PQ* imita (ta) *T* imitameos esse mina *P* femine *T* R *m. pr. in marg. T* 20 compta *T* mmata *P* mata (o) *Q* (nata *Maius*)

Ergo quot in nostro †uidebantur corpore formae,
 Tot mecum raptas abstulit atra dies.
Quo uos iam tristi turbatus deprecor ore,
 Qui titulum legitis cum pietate meum:
'O quam laetus eras, Vitalis' dicite maesti,
 'Sint tibi, Vitalis, sint tibi laeta modo'.

B. IV 88. M. 1225

684

Luciola, effigies illorum iudice quouis,
Quos peperit quondam †morum fecunda uetustas,
Hic tegitur, laudis monumento exstante superstes.
Nobilitas patriae Treueri praeclara, patrumque
Aruernum hospitium ciuem se adscisse superbit.
Pignorat haec tellus terrae felicis alumnam.
Fundorum spatiis cinerum est possessio maior.
Coniuge fortunata equitum peditumque magistro
Omni humilem officio dum se gerit, auxit honorem:
Altior inuidia, qui non subcumbit honori, est.

B. M. –

685

Collis sum collisque fui collisque manebo;
 Tertia si pereat littera, sexta manet.

B. M. —

686

Vrbs quae tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna cupressi,

21 ego (r *supra*) *P* quot *ex* qui *T* (*m. pr.* ?) quod̃ *P* uideantur *Q* corpora forma, *sed corr.*, *T* 22 raptor *TP* rapitor *Q*, *em. Pith.* 32 Quod *P* 24 tumulum *libri*, *em. Burm.* ////mẹcũ *T m. pr.* 26 uitales (dii *supra*) (es *ex* is *corr. T*). — 684. Epitafium *T fol.* 96 *r.* 4 triueri *T* patremque *Crusius* 5 ospitiũ *T* 7 R *in marg. T* 8 aequitum *T* 9 humili *T*, *corr. Crusius* aux̃ *T* 10 honori *Pith.* amori *T.* — 685. AL *T fol.* 116. *ed. Kleinius mus. rh.* 1868 *p.* 191 *ex cod. Reginensi* 421 *s. XI*, *ubi u.* 2: Littera sexta perit, tertia sicque manet. — 686. *sine titulo T fol.* 116. Maro Mecenati salutem *G* (*Sangallensis* 878 *p.* 70, *cf. Vsener. mus. rh. XXII p.* 628; *is saeculo X*, *Schenklius anno* 821 *tribuit*, *cf. c.* 488.) 1. 2. *Verg. ecl.* 1, 24 *sq.*

Mantua nostra aliis tantum concedit honoris,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis
Aut oleae spinus caris aut uitibus alnus,
Elleborus nardo, piperi faba, tofus et auro.
Qua nullus princeps, nullus quoque uerna moratur,
†Aequales totum retinent uel cuncta tyranni.
Pax abiit tristis, ciuilia bella geruntur,
Friget amoris honos, odiorum semina pollent,
Frumentum premitur, lolium sine nomine surgit;
Moerorum lapides et propugnacula uendunt,
Excubias qui sorte gerunt. cultura deorum
Virtutumque cadit; fingit sibi quisque colendum,
Mens uaga quod suadet. magnae uicina ruinae
Mantua uae miserae, quam barbarus incola replet,
Quam sermone secant, uenter quos protulit unus,
Frater et ad fratrem uerbis non haeret eisdem!
Tityrus admonuit ciues quam saepe cauere,
Ne lupus in stabulis ouium misceret aceruos!
Dissona sed cunctam uetuit discordia plebem,
Ne saltim excubiis uel saepe ambronibus obstet.
Stertit enim upilio. casus heu cerno propinquos:
Ei mihi — iamque nefas — heu, pro dolor! ei mihi — tandem,
Si qua tuae nunc matris habet te cura, faueto!

687

Conflictus ueris et hiemis B. V. 70. M. 391

Conueniunt subito cuncti de montibus altis
Pastores pecudum uernali luce sub umbra

4 *Verg. ecl.* 5, 17 5 ole/// *G* 7 Quia, i *erasa, T* 8 *num* totam . . uel uincla? 9 abiit mitis *puto* 12 moerorũ *TG* 13 *sq. hominem non Christianum prodit* 15 *cf. Verg. ecl.* 9, 28 19 ammonuit *TG* 22 saltim *TG* ut saepe *Vsener.* 23 opilio *TG; cf. ecl.* 10, 19. 25 *cf. ecl.* 7, 40.

687. *V* = *Valentianus* 396 *s. IX exeuntis* (*contulit Holderus*). *T* = *Turic. fol.* 116. *B* = *Paris.* 7359 *s. X* *C* = *Par.* 8319 *s. XI* (*hos ipse contuli*) *P* = *Par.* 7540 *s. XI* *S* = *Sorbon.* 1536 *s. X* (*Kleinium mus. rh. XXII* 299 *sqq. sequor*). *Valent.* 395 *s. IX—X ex V descriptus Holdero uidetur.*

Arborea, pariter laetas celebrare Camenas.
Adfuit et iuuenis Daphnis seniorque Palaemon;
Omnes hi cuculo laudes cantare parabant.
Ver quoque florigero succinctus stemmate uenit;
Frigida uenit Hiems rigidis hirsuta capillis.
His certamen erat cuculi de carmine grande.
Ver prior adlusit ternos modulamine uersus:

Ver

Opto meus ueniat cuculus, carissimus ales.
Omnibus iste solet fieri gratissimus hospes
In tectis, modulans rutilo bona carmina rostro.

Hiems

Tum glacialis Hiems respondit uoce seuera:
'Non ueniat cuculus, nigris sed dormiat antris.
Iste famem secum semper portare suescit.'

Ver

Opto meus ueniat cuculus cum germine laeto,
Frigora depellat, Phoebo comes almus in aeuum.
Phoebus amat cuculum crescentem luce serena.

Hiems

Non ueniat cuculus, generat quia forte labores,
Proelia congeminat, requiem disiungit amatam,
Omnia disturbat: pelagi terraeque laborant.

Miloni Elnonensi primus Oudinus suppl. script. eccles. II p. 326 (*sed nullum in eo cod. Colbertinum secutus*), *Bedae alii recc. tribuunt* (*m. rec. in T, cod. Voss.*), *Virgilio Pithoeus, Ouidio Goldastus et cod. Gothan. s. XV. Auctorem libri mei omnes tacent.* hyemis *BC.* 2 pecodum *TC* pecudum *B* (o above) 3 arboreas *libri* u. 4 *om. P* affuit *V* dafnis *TCVB* pelemon *C* 5 Oomnes *T* cucculo *C, sed corr.* 6 sthemate *P* scemate *S* 7 hyemps *B* hiemps *VCP* rigidus *T* irsuta *TPB* hyrsuta *V* 8 tamen *S* 9 modolamine *B* ŨR *P* allusit *PV* altussit *S* 10 UẼR *TB* karissimus *T* calissimus, *corr. m. pr., V* 12 t&tis *P, V m. pr.* nostro *S* 13 HYEMPS *B qui sic ubique* Tunc *S* clacialis *C* hiemps *CSB* uera *om. S* 14 migris *V* 17 foebo *VTSBC* phebo *P* comis *VTCSB* 18 Foebus *libri* crescentim *V* crescenti *CPS* crescente *TB* 19 q; *P* ꝗ *V* 20 praelia *P* disrumpit *S* 21 pelagic///// *C*

Ver

Quid tu, tarda Hiems, cuculo conuitia cantas?
Qui torpore graui tenebrosis tectus in antris
Post epulas † ueheris, post stulti pocula Bacchi.

Hiems

Sunt mihi diuitiae, sunt et conuiuia laeta,
Est requies dulcis, calidus est ignis in aede.
Haec cuculus nescit, sed perfidus ille laborat.

Ver

Ore refert flores cuculus et mella ministrat,
Aedificatque domus, placidas et nauigat undas,
Et generat suboles, laetos et uestiet agros.

Hiems

Haec inimica mihi sunt, quae tibi laeta uidentur.
Sed placet optatas gazas numerare per arcas
Et gaudere cibis simul et requiescere semper.

Ver

Quis tibi, tarda Hiems, semper dormire parata,
Diuitias cumulat gazas uel congregat ullas,
Si uer uel aestas ante tibi nulla laborant?

Hiems

Vera refers: illi, quoniam mihi multa laborant,

22 hiemps *CS* c̃uitia *VTB* conuicia *rell?* 23 tenebrosus *C* tactus *P* t&tus *C* 24 Veneris *libri* ueheris *temptaui* Cui . . tactus (*concubitus*) . . Veneris *Buech.* bachi *VPSB* 25 diuici͏̨e *PC* 26 alidus *C m. pr.* 27 s) *V* 28 refert *P* feret *VTCSB* et uina *Pithoeus*, *B?* 29 domus *VTCS* domos (v above o) *B* domos *P* 30 subules *P sed corr.* soboles *T* et u. a. *om. S* uestiget *T* 31 sunt *om. S*, *eras. in C* s͠t *V* 32 obtatas *TC* optotas *P* aras *P* 33 ciuis *VCT* 34 hiemps *CS* 35 diuicias *TC* comulat *C* illas *Buech.* 36 aut *P* uel *VTCSB* atque *Duebnerus* tibi nulla uel ante *P* laborat *Goldast.* 37 q͠m *VT* ////// q͠m, *om.* mihi, *P* quõ *C*

Sunt etiam serui nostra dicione subacti,
Iam mihi seruantes domino, quaecumque laborant.

Ver

Non illis dominus, sed pauper inopsque superbis,
Nec te iam poteris per te tu pascere tantum,
Ni tibi qui ueniet cuculus alimonia praestet.

Palaemon

Tum respondit ouans sublimi e sede Palaemon
Et Daphnis pariter, pastorum et turba piorum:
'Desine plura, Hiems. rerum tu prodigus, atrox.
Et ueniat cuculus, pastorum dulcis amicus.
Collibus in nostris erumpant germina laeta,
Pascua sit pecori, requies et dulcis in aruis,
Et uirides rami praestent umbracula fessis,
Vberibus plenis ueniantque ad mulctra capellae,
Et uolucres uaria Phoebum sub uoce salutent.
Quapropter citius cuculus nunc ecce uenito!
Tu iam dulcis amor, cunctis gratissimus hospes:
Omnia te expectant, pelagus tellusque polusque.
Salue, dulce decus, cuculus; per saecula salue!'

B. M. — 688

Fonte lauat genitor, quem crimine polluet uxor,
Et puerum refouet, quem iuuenem perimat.

37—39 *om. C* 38 nostrā *C* ditione *TBCS* 39 Nam *BS* dominio *P* 40 inobsque *SB* superbus *libri, corr. codd. recc.* 42 ueniat *P* PALEMON *C* PAŁ *TB* 43 Tunc *S* a sede *P* pelamon *B* 44 dafnis *CT* daphihnis *P* 45 hiemps *CS* 46 ueniat *P* ueniet *rell.* pastoriā *S* 48 sint *S* pecorū *C* peccori *T* et] sit *Buech.* 49 praestant *VCST* praest^{e}ant *B* *u.* 50 — *fin. om. C* 50 ueniunt *VTSP. cf. Hor. epod.* 16, 49 ueniant *B* que *om. S fort. recte* mu^{l}cra *B* mulcra *S* 51 uarie *V* salutant *VTPB* 52 cuculus cicius *S* 53 Tum *P* ^{h}ospes *P* 54 spectant *S* pelagi *P* polusque *om. P* 55 scta *V* saluae *TB*.

688—688^{c}. *fol.* 118 *T.* 688—688^{c} *imaginibus statuisue Hippolyti subscripta fuisse puto; primus edidi.* 1 genit' *T* polluit *T*

688ª. B. M. —

Ante suum gremium portat portatus alumnum;
Vnum gestat equus, sed duo terga premunt.

688ᵇ. B. M. —

Mergitur Hippolytus moriturus amore nouercae,
Quem quia fata iuuant, flumina nulla nocent.

688ᶜ. B. M. —

In causa Hippolyti uersa est natura parentum:
Saeua nouerca fouet, quem pater ipse necat.

689 B. M. —

Conlatum uitae destruxit femina culmen,
Femina sed uitae gaudia longa dedit.

689ª. B. M. —

SILVII

Versus de cognomentis saluatoris

Spes ratio uia uita salus sapientia lumen
Iudex porta gigans rex gemma propheta sacerdos
Messias sabaoth rabbi sponsus mediator
Virga columba manus petra filius emmanuel
Vinea pastor ouis pax radix uitis oliua
Fons panis agnus uitulus leo propitiator
Verbum homo rete lapis domus omnia Christus Iesus.

688ª. s$\overset{v}{o}$ūm (˜ *erasum*) *T* 688ᵇ. ippolitus mersurus *T* moriturus *scripsi* fac̣ta *T* 688ᶜ. ippoliti *T*. — 689. *fol.* 153 *T. Columbani esse* (*cf. eius carmen* 4) *uix credibile est.* distruxit *T.* 689ª. Versus Siluii de *sqq. fol.* 157 *T. Damaso uulgo tribuitur, ut in Mignii coll. patr. XIII p.* 378 1 lumen *Mign.* X͞PC *T* 3 mesias *T* 4 columna *Mign.* emmanuelque *id.* emmanuhel *T* 6 paries *Mign.* propitiator *om. T* Iesus *pro eo T* 8 X͞PC *T* Iesus *Mign., om. hic T.*

CARMINA

CODICVM SAECVLI IX VEL X

CARMINA

CODICIS ISIDORIANI BELLOVACENSIS

690

PETRONII ARBITRI

B. M. — Buech. fg. 26.

Sic contra rerum naturae munera nota
Coruus maturis frugibus oua refert.
Sic format lingua fetum cum protulit ursa
Et piscis nullo iunctus amore parit.
Sic Phoebea chelys uinclo resoluta parentis
Lucinae tepidis naribus oua fouet.
Sic sine concubitu textis apis excita ceris
Feruet et audaci milite castra replet.
Non uno contenta ualet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere uices.

691

PETRONII

B. V. 148. M. 1084 Buech. 41.

Indica purpureo genuit me litore tellus,
Candidus accenso qua redit orbe dies.

S = *Bineti contextus, qui codicem Bellouacensem* (*Isidori, saec. IX—X cf. praef.*) *satis fideliter repraesentare uidetur. Binetum ex ed. Petron. Dousae* (*LB.* 1585) *p.* 111—120 *affero.*

690. 'Extabant illi duo priores uersus, ubi legitur *Sic contra r.* Reliquum expleui ex meo V. C.' *Binetus.* Vnde et Petronius: sic contra . . refert *Fulgentius mythol. I* 12 *p.* 44. *Hinc* 'Aliud' *Scal. catal. p.* 258 *inter Petroniana* (*u.* 1. 2) 1 Sicut sunt rerum *S* notae *Fulg.* tota *Scal.* 3 foetum *S* 5 phoebaea chelis *S* uicto *S*, *corr. Bin.* 6 ora *Hadrianides* 7 caeris *S.* 691. Arbitri *hic et in seqq. om. S* 1 littore *S*

Hic ego diuinos inter generatus honores
Mutaui Latio barbara uerba sono.
Iam dimitte tuos, Paean o Delphice, cycnos:
Dignior haec auis est, quae tua templa colat.

692

B. M. — Buech. 42

PETRONII

Naufragus eiecta nudus rate quaerit eodem
Percussum telo, qui sua fata legat;
Grandine qui segetes et totum perdidit annum,
In simili deflet tristia fata sinu.
Funera conciliant miseros, orbique parentes
Coniungunt gemitus, et facit hora pares.
Nos quoque confusis feriemus sidera uerbis,
Et fama est iunctas fortius ire preces.

693

B. III 213. M. 983. Buech. 44

PETRONII

Si Phoebi soror es, mando tibi, Delia, causam,
Scilicet ut fratri quae peto uerba feras:
'Marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, templum
Et leuibus calamis candida uerba dedi.
Nunc si nos audis atque es diuinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?'

694

B. M. — Buech. 45

PETRONII

Omnia quae miseras possunt finire querellas,
In promptu uoluit candidus esse deus.
Vile holus et duris haerentia mora rubetis

3 honores *S* odores *Bin.* 5 cicnos *S* uos *S* uox *Bin.* auis *ego* 692. 2 cui *S* qui *Buech.* fleat *Iacobs.* 5 sortique *S*, *corr. Bin.* 6 urna pares *Reiskius* 8 fas *Buech.* iunctas *Bin.* socias *Buech.* constans *S. Sequitur c.* 218: Petronii, *deinde* 693. 2 si licet *Buech.* 4 condita *Heins.* 694. 1 querelas *S* 3 olus *S*

Pugnantis stomachi composuere famem.
Flumine uicino, stultus sitit. effugit Euro,
Cum calidus tepido consonat igne focus.
Lex armata sedet circum fera limina nuptae;
Nil metuit licito fusa puella toro.
Quod satiare potest, diues natura ministrat;
Quod docet infrenis gloria, fine caret.

695
PETRONII

B. III 236. M. 1001. Bu. 46

Militis in galea nidum fecere columbae:
Adparet, Marti quam sit amica Venus.

696
PETRONII

B. M. — Bu. 47

Iudaeus licet et porcinum numen adoret
Et †Caeli summas aduocet auriculas,
Ni tamen et ferro succiderit inguinis oram
Et nisi nodatum soluerit arte caput,
Exemptus populo Graia migrabit ab urbe
Et non ieiuna sabbata lege premet.

697
[PETRONII]

B. M. — Bu. ad 47

Vna est nobilitas argumentumque coloris
Ingenui, timidas non habuisse manus.

698
PETRONII

B. III 205. M. 977. Bu. 48

Lecto compositus uix prima silentia noctis
Carpebam et somno lumina uicta dabam:

4 pungentis *Dousa* 5 et riget *Bin.* effugis *puto* 6 rogus *S* focus *Buech.* tholus *Hauptius* 8 thoro *S* 10 inferius *S*, *em. Bin. An* ulterius? 695 *sic S* 696. 1 nomen *S* 2 cilli *Pith.* asini *sane notionem expectes.* agricolas *S*, *em. Bin.* 3 aram *S* oram *uel* arram *Bin.* 4 nudatum *Pith.* 5 Graias . . ad urbes *Bin.* 6 Sabbatha *S* 696 *a* 697 *separauit Buech.* 1 doloris *L. Muell.* 698. 2 uincta *Heins.*

Cum me saeuus Amor prensat sursumque capillis
Excitat et lacerum peruigilare iubet.
'Tu famulus meus,' inquit, 'ames cum mille puellas,
Solus, io, solus, dure, iacere potes?'
Exsilio et pedibus nudis tunicaque soluta
Omne iter impedio, nullum iter expedio.
Nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire
Poenitet et pudor est stare uia media.
Ecce tacent uoces hominum strepitusque uiarum
Et uolucrum cantus turbaque fida canum:
Solus ego ex cunctis paueo somnumque torumque
Et sequor imperium, magne Cupido, tuum.

699

B. III 203. M. 975. Bue. 49

PETRONII

Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
Quae te prima meo pectore composuit;
Sit torus et lecti genius secretaque † longa,
Queis tenera in nostrum ueneris arbitrium.
Ergo age duremus, quamuis adoleuerit aetas,
Vtamurque annis, quos mora parua tenet.
Fas et iura sinunt ueteres extendere amores:
Fac, cito quod coeptum est, non cito desinere.

700

B. III 220. M. 992

[Item]

Foeda est in coitu et breuis uoluptas
Et taedet Veneris statim peractae.
Non ergo ut pecudes libidinosae
Caeci protinus irruamus illuc:

3 prensum *S*, *corr. Oud.* uulsumque *Buech.* 8 *num* ingredior? 13 thorumque *S* 14 En *Burm.* 699. 3 thorus *S* lingua *ci. Bin.* sponda *Heins.* lampas *Buech.* 6 teret *Pontanus*

'*Sequebantur ista, sed sine Petronii titulo. at priores illi duo Phalaecii uix alius fuerint quam Petronii*' *Binetus.* 700 Item *addidi*

Nam languescit amor peritque flamma.
Sed sic sic sine fine feriati
Et tecum iaceamus osculantes.
Hic nullus labor est ruborque nullus:
Hoc iuuit, iuuat et diu iuuabit.
Hoc non deficit incipitque semper.

701

Item

B. III 221. M. 993

Accusare et amare tempore uno
Ipsi uix fuit Herculi ferendum.

702

Item

B. III 206. M. 978

Te uigilans oculis, animo te nocte requiro,
Victa iacent solo cum mea membra toro.
Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni.
Somnia tu uinces, si mihi uera uenis.

703

[Item]

B. III 214. M. 984

Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore
Hesperie, teneras officiosa manus.
Et pulcro pulcràs strophio producta papillas
Gaudet utrumque sui pectoris esse decus.

704

[Item]

B. III 215. M. 985

Hesperie lateri redimicula nectit eburno
Facta suis manibus, pectore digna, suo.

7 et tractim *Buech.* 9 iuuat *Bin.*] iuuit *S.* 701. — 702. *cf.* (*Ouid.*) *Heroid.* 16, 99 *sq.* 2 somno *Cannegieter* 3 egomet *S* ego me *Bin.* 4 uincis *S* '*Sequentia tetrasticha* [703—704] . . *in exemplari coniuncta erant*' *Bin.* 703 *sqq.* Item *ter addidi.* 703. 2 Hesperies *S* certans *Bin.* 3 pulchro pulchras *S* praeducta *Heins.* redimita *Buech.*

Iam ueteres iras Venus et Tritonia ponit:
Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

705

B. III 216. M. 986

[Item]

Intertexta rosa Tyrii subtemine fuci
Inuoluet quoties mobile zona latus,
Ambrosium gemino potabit ab ubere rorem
Et uere roseo fiet odore rosa.

706

B. III 218. M. 988

Item

Me niue candenti petiit modo Iulia. rebar
Igne carere niuem: nix tamen ignis erat.
Quid niue frigidius? nostrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus, Iulia, missa tuis.
Quis locus insidiis dabitur mihi tutus amoris,
Frigore concreta si latet ignis aqua?
Iulia sola potes nostras extinguere flammas:
Non niue, non glacie, sed potes igne pari.

707

B. III 7. M. 175

De Delo

Delos iam stabili reuincta terra
Olim purpureo mari natabat
Et moto leuis hinc et inde uento
Ibat fluctibus inquieta summis.
Mox illam geminis deus catenis
Hac alta Gyaro ligauit, illac
Constanti Mycono dedit tenendam.

704. 3 ponunt *Heins.* 705. 1 rosa e *Oud.* sub tegmine *S*, *em. Bin.* 2 inuoluit *S* nobile *Heins.* 3 potanit *S.* — *Sequuntur c.* 364. 348. 347. 349, *deinde* 706: 4 missa puella tuis *cod. Perotti.* — 707. 5 cathenis *S* 6 giaro *S* 7 Mycono *Heins.* Myconae *S*

708

GERMANICI CAESARIS B. I 103. M. 117

Ad Hectoris tumulum

Martia progenies, Hector, tellure sub ima
(Fas audire tamen si mea uerba tibi),
Respira, quoniam uindex tibi contigit heres,
Qui patriae famam proferet usque tuae.
Ilios en surgit rursum inclita, gens colit illam
Te Marte inferior, Martis amica tamen.
Myrmidonas periisse omnes dic Hector Achilli,
Thessaliam et magnis esse sub Aeneadis.

709

EIVSDEM

De puero glacie perempto B. IV 92. M. 69

Thrax puer adstricto glacie cum luderet Hebro,
Frigore frenatas pondere rupit aquas,
Cumque imae partes fundo raperentur ab imo,

Ἀδριανοῦ Καίσαρος· οἱ δὲ Γερμανικοῦ· (*Anth. Pal. IX* 387)
Ἕκτορ, Ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
Χαῖρε καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται, κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
Σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους.
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο· παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ,
Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

Sequuntur c. 363, *tum post uerba Bineti* In his quae subjiciuntur, adpositi sunt auctores *c.* 414; *deinde* 708.

4 praeferat *S* proferat *Pith.* proferet *ego* 7 Mirmidonas *S.* — *Sequitur* 'Caesaris de libris Lucani' (233), *deinde* 709: Eiusdem Germanici de *sqq. S*

Dedi ex S. Inscr. om. V (*Vindobonensis* 2521 *saec. XII*) *fol.* 42 *r.* Ver (s) Iulii Caesaris *P* (*Parisinus* 6630 *saec. XIII*) *fol.* 1 *r.* ϛ = *Burmanniani uel omnes uel plerique. Iulio Caesari Florentinus* 54, 11 *saec. XIV init. et* ϛ *tribuunt; Germanico primus post S Lilius Gyraldus, Augusto cod. Guelferb.* 93. 1 Trax *V* Thax *P* astricto *PV* gladio *V* dum ludit in Hebro *V*ϛ 2 fraenatas *S* concretas *VP*ϛ 3 Dumque imae partes rapido traherentur ab amne *VP*ϛ (amni *P*)

Abscidit a iugulo lubrica testa caput.
Quod mox inuentum mater dum conderet igni,
 'Hoc peperi flammis, cetera' dixit 'aquis.
Me miseram! plus amnis habet solumque reliquit,
 Quo nati mater nosceret interitum.'

B. I 23. M. 194

710

C. CAECILII PLINII SECVNDI

Huc mihi uos largo spumantia pocula uino,
 Vt calefactus Amor peruigilare uelit.
Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris,
 Nam sunt unanimi Bacchus Amorque dei.

711

B. III 258. M. 232

GALLIENI

Ite agite, o iuuenes, et desudate medullis
Omnibus inter uos! non murmura uestra columbae,
Brachia non hederae, non uincant oscula conchae.
Ludite: sed uigiles nolite extinguere lychnos.
Omnia nocte uident, nil cras meminere lucernae.

Ad c. 709: Φλάκκου (*Anth. Pal. VII* 542)

Ἕβρου χειμερίοις ἀταλὸς κρυμοῖσι δεθέντος
 κοῦρος ὀλισθηροῖς ποσσὶν ἔθραυσε πάγον,
τοῦ παρασυρομένοιο περιῤῥαγὲς αὐχέν' ἔκοψεν
 θηγαλέον ποταμοῦ Βιστονίοιο τρύφος.
Καὶ τὸ μὲν ἡρπάσθη δίναις μέρος· ἡ δὲ τεκοῦσα
 λειφθὲν ὕπερθε τάφῳ μοῦνον ἔθηκε κάρα.
Μυρομένη δὲ τάλαινα 'τέκος, τέκος' εἶπε 'τὸ μέν σου
 πυρκαϊή, τὸ δέ σου πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ.'

4 Persecuit tenerum *VP*ς. Abscidit heu tenerum ς 5 Orba quod inuentum *VP*ς igni *S*] urna *VP, sic uel* urnae ς. dum condit in urnam *cod. Medic.* 6 cętera *S* 7. 8 *S solus; om. VP*ς plus *S* pius *an* impius? — 710. 1 uos] des *Oudend.* 4 dii *S.* — 711. Galieni imperatoris *S. Trebellius Pollio Gallieni c.* 11 *u.* 1—3 *exhibet* (o pueri, pariter sudate *Pollio*); 4 *et* 5 *solus S habet* 3 uincāt *S.*

712

L. APVLEI

B. III 231. M. 230

Ἀνεχόμενος. ex Menandro

Amare liceat, si potiri non licet.
Fruantur alii: non moror, non sum inuidus;
Nam sese excruciat, qui beatis inuidet.
Quos Venus amauit, facit amoris compotes:
Nobis Cupido uelle dat, posse abnegat.
Olli purpurea delibantes oscula
Clemente morsu rosea labia uellicent,
Candentes dentes effigient suauio,
Malas oberrent ore et ingenuas genas
Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
Quin et cum tenera membra molli lectulo
†Cumpectora adhaerent Veneris glutino,
Libido cum lasciuo instinctu suscitet
Sinuare ad Veneris usum femina feminae
Inter gannitus et subantis uoculas,
Carpant papillas atque amplexus intiment
Thyrsumque pangant hortulo Cupidinis;
Arentque sulcos molles aruo Venerio
Dent crebros ictus conitente †lumine
Trepidante sursum Venere et anima fessula
Eiaculent tepidum rorem niueis laticibus.
Haec illi faciant, queis Venus non inuidet;
At nobis casso saltem delectamine
Amare liceat, si potiri non licet!

Sequitur c. 232, *deinde* 712 (*quod suspectum habuit Scaliger*) 4 fecit *S* 7 labella *S* labra *uel* labia *puto* 8 *om. Bin.* '*agnoscit, teste Sauarone ad Sidonium, Cl. Bineti MS. schedium*' *dicit Scriuerius; ubi* effugient 9 odorent *S*, *correxi* adorent *Scriuer.* 12 una (*post* pectora) *add. Bin.*, arte *Dousa* Complexiora *ego* Compaginata *Buech.* 13 lasciuia instincto *S*, *em. Bin.* 14 Sinuent *Bin.* at Veneri cursum *S*, *em. Bin. Scriu.* femina, foeminę *S* 18 *ante* 17 *posui* 18 horto in *S* hortulo *Bin.* in *del. Buech.* 17 Haerentque *S*, *em. Bin. qui et* Iterentque 19 dent *Bin.* dum *S* conhibente *S*, *correxi* conniuente *Binetus.* conbibente *Dousa. num* semine? 20 crepidante *S*, *em. Bin.* cursu *S* sursum *ego* 21 lactibus *cj. Bin.* 23 casto *Meinekius*

713

B. II 177. M. 255

ALCIMI

de Vergilio et Homero

Maeonio uati qui par aut proximus esset,
Consultus Paean risit et haec cecinit:
Si potuit nasci, quem tu sequereris, Homere,
Nascetur, qui te possit, Homere, sequi.

714

B. III 212 M. 258

EIVSDEM

O blandos oculos et inquietos
Et quadam propria nota loquaces!
Illic et Venus et leues Amores
Atque ipsa in medio sedet Voluptas.

715

B. III 211. M. 257

EIVSDEM

Lux mea puniceum misit mihi Lesbia malum:
Iam sordent animo cetera poma meo.
Sordent uelleribus hirsuta cydonia canis,
Sordent hirsutae munera castaneae;
Nolo nuces, Amarylli, tuas nec cerea pruna:
Rusticus haec Corydon munera magna putet.
Horreo sanguineo male mora rubentia suco:
Heu graue funesti crimen amoris habent!
Misit dente leui paulo libata placentae
Nectare de labris dulcia membra suis.
Nescio quid plus melle sapit, quod contigit ipsa,
Spirans Cecropium dulcis odore thymum.

713. Virgilio *S*. 3 Si] Ni *Buech.* — 714. 1 et] nec *Buech.* infacetos *S* inquietos *Bin.* *num* infŭcatos? 2 Set *Buech.* — 715. 1 misi tibi *S* 3 cidonia *S* 5 amarilli *S* caerea *S* 6 coridō *S* 7 succo *S* 9 misi *S* placenta *S* placentae Munera *cj. Bin.* membra *S* mella *Bin.* *an* mixta *uel* compta? 11 qui *Mey.* 12 caecropium *S* thimum *S*.

CARMINA

CODICIS VATICANI CVIVSDAM

716

[CATONIS]

B. III 110. M. 938

Vtilibus monitis prudens adcommodet aurem.
Non laeta extollant animum, non tristia frangant.
Dispar uiuendi ratio est, mors omnibus una.
Grande aliquid caueas timido conmittere cordi.
Numquam sanantur deformis uulnera famae.
Naufragium rerum est mulier male fida marito.
Tu si animo regeris, rex es; si corpore, seruus.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Nullus tam parcus, quin prodigus ex alieno.
Audit quod non uult, qui pergit dicere quod uult.
Non placet ille mihi, quisquis placuit sibi multum.

1 *VaPV* (*de M cf. infra*) 2 *VaP Columbanus monostich.* 101, *V* 3 *VaPV* 4 *PV* 5–7 *VaP* 8 *VaP Columbanus monost.* 102 9 *P* 10 *VaP* 11 *P*

716. Incipiunt sententiae generales in singulis uersibus *Va* (*Vaticanus s. IX—X*, *ubi inter Prosperi exhortationem ad uxorem et P. Syri sententias extant: cf. Maius Class. auctt. e Vatt. codd. edd. V p.* 461). *Inscr. om. C* (*Paris.* 8069 *s. X—XI*). Monosticha de moribus. Incerti *P* (*Pithoeus*, *e quo Opitius Burm. Mey. pendent*). *Pet.* = *Petauianus ap. Burm.* Prouerbia Catonis philosophi *M* (*Marbodi cod. S. Gatian. Turon. n.* 164 *in Hildeberti et Marbodi ed. Benedictin. p.* 1634), *qui u.* 1—14. 18. 20—40. 64—68 *continet.* Uersus Platonis de gręco in latinũ translati *V* (*Vindobonensis* 2521 *saec. XII fol.* 141) 1 accomodet *V* 4 corde *Petauianus*

Iuri seruitium defer, si liber haberis.
Vel bona contemni docet usus, uel mala ferri.
Ex igne ut fumus, sic fama ex crimine surgit.
Paulisper laxatus amor decedere quibit.
Splendor opum sordes uitae non abluit umquam.
Inprobus officium scit poscere, reddere nescit.
Inridens miserum dubium sciat omne futurum.
Mortis imago iuuat somnus, mors ipsa timetur.
Quanto maior eris, tanto moderatior esto.
Alta cadunt odiis, parua extolluntur amore.
Criminis indultu secura audacia crescit.
Quemlibet ignauum facit indignatio fortem.
Diuitiae trepidant, paupertas libera res est.
Haut homo culpandus, quando est in crimine casus.
Fac quod te par sit, non alter quod mereatur.
Dissimilis cunctis uox uultus uita uoluntas.
Ipsum se cruciat, te uindicat inuidus in se.
Semper pauperies quaestum praediuitis auget.
Magno conficitur discrimine res memoranda.
Terra omnis patria est, qua nascimur et tumulamur.
Aspera perpessu fiunt iucunda relatu.
Acrius adpetimus noua, quam iam parta tenemus.
Labitur ex animo benefactum, iniuria durat.
Tolle mali testes: leuius mala nostra feremus.
Saepe labor siccat lacrimas et gaudia fundit.
Tristibus adficiar grauius, si laeta recorder.
Quid cautus caueas, aliena exempla docebunt.
Condit fercla famis, plenis insuauia cuncta.
Doctrina est fructus dulcis radicis amarae.

12 *VaP* 13 *P* 14 *VaCP* 15. 16 *Va* 17. 18 *CP* 19 *VaCP* 20 *VaP Columbanus mon.* 103 21 *VaP* 22. 23 *P* 24 *VaP* 25. 26 *VaCP* 27 *VaP* 28. 29 *P* 30. 31 *CP* 32 *VaP* 33 *P* 34 *VaP* 35 *CP* 36 *VaC* 37—41 *Va*

12 differ *id.* sic *Va* si *PM* 17 offitium *C* 18 ome sciat *G* 19 uiuat *C* tenetur *C* 20 tanto tu cautior esto *Columb.* 23 quaelibet *Pet.* 25 haud *VaP* tunc *M* captandus *Va* (*Maio teste*) 31 omis *C* hominis *P* est *om. Pet.* 36 dolor sicut *Va* fundunt *Va* 39 fames *puto* 40 doctrinae *et* radices *Va*, *em. Buech.*

Accusans alium propriam prius inspice mentem.
Qui uinci sese patitur pro tempore, uincit.
Dum speras seruis, cum sint data praemia seruis.
Nemo ita despectus, quin possit laedere laesus.
Ille nocet grauius, quem tu contemnere possis.
Quod metuis cumulas, si uelas crimine crimen.
Consilii regimen uirtuti corporis adde.
[Cum uitia alterius satis acri lumine cernas
Nec tua prospicias, fis uerus crimine caecus.]
Suffragium laudis quod fert malus, hoc bonus odit.
Si piget admissi, committere parce pigenda.
[Quod nocet interdum, si prodest, ferre memento:
Dulcis enim labor est, cum fructu ferre laborem.]
[Laetandum est uita, nullius morte dolendum:
Cur etenim doleas, a quo dolor ipse recessit?]
Spes facit illecebras uisuque libido mouetur.
Non facit ipse aeger, quod sanus suaserit aegro.
Ipsos absentes inimicos laedere noli.
Vlcus proserpit, quod stulta silentia celant.
Nemo reum faciet, qui uult dici sibi uerum.
Vincere uelle tuos satis est uictoria turpis.
Nonnumquam uultu tegitur mens tetra sereno.
Quisque miser casu alterius solacia sumit.

Vera libens dicas, quamquam sint aspera dictu.

Vir constans quicquid coepit complere laborat.
Iniustus, qui sola putat proba quae facit ipse.
Omne manu factum consumit longa uetustas.
Haud ullum tempus † uanitas simulata manebit.

42 *VaCV* 43 *Va* 44 *VaCV* 45. 46 *Va* 47 *VaV* 48—50 *Va* 51—57 *C* 58—59 *CV* 60—61 *C* 62—63 *CV* 64 *C fol.* 127 *v.* 65—68 *solus M continet et quidem* 65 *post* 35, 66 *post* 36, 67 *post* 37, 68 *post* 38

43 data sint *Va* 45 contempnere *Va* 47 consilium *V* 48 *sqq. Disticha uncis inclusi* 48 cernis *Va* 49 uero *Buech.* 51 amissi *C* 53 *num* dolorem? laborem *C* 54 nullis *C*, *em. Buech.* 56 illecebra *C* 59 silencia *CV* cęlant *V* 60 fatiet *C* uul *C* 62 Nunquam *C* tecta *V* 63 solacia *sic CV* rimat *V* 68 grauitas *uel* uirtus *Buech.* bonitas *ego*

Quicquid inoptatum cadit, hoc homo corrigat arte.
Durum etiam facilem facis assuescendo laborem.
Robur confirmat labor, at longa otia soluunt.
Vt niteat uirtus, absit rubigo quietis.
Sat dulcis labor est, cum fructu ferre laborem.
Magni magna parant, modici breuiora laborant.

69—74 *V*

70 facis *ego* facit *V* 71 ocia *V* 73 *cf. u.* 53. *post* 74: Debile sepe caput totum dat debile corpus, Et (*lege* At) firmum faciunt fortia membra caput *V*, *in quo c.* 644 *sequitur*

CARMINA

CODICIS PARISINI 13026

717

B. M. —

Doctiloqui carmen ructatum fonte Maronis
Bis senis numero florens se milibus explet
Et super hos octingentis septem quadraginta
Versibus adiunctis concluditur omne uolumen,
Quod cecinit quodam uariato flumine linguae:
Pastores Cererem Bacchum pecus et bona mellis,
Naufragium flammas errores uulnera ludos,
Tartara, post Latium, sic Teucros bella frementes,
Hostibus Ascanium Rutulis in castra relictum,
Proelia post reditum, deuictam Marte Camillam,
Et sua cedentem profugo conubia Turnum.

718

Ad Oceanum B. V 113. M. 1055

Vndarum rector, genitor maris, arbiter orbis,
Oceane o placido conplectens omnia [cursu],

P = *codex, olim Sangermanensis* 1188, *saec. IX—X.*
717 *fol.* 75 *u.* (*post c.* 507—518. 555—557) *sine titulo.* 2 numeri *P Vergilius secundum codices* 12912 *uersibus constat* 5 quondam *Quicheratius* (*ed. pr. bibl. d. chartes t. II p.* 129) fulmine *P*, *em. Buech.* 8 sic] *num* stic (*pro* istic)? fremtes *P* 11 tornum *P*.
718. Incipit de oceano *P ibidem.* 1 Vudarum *P* 2 oceano placido *P*. *supple cum Burm.* cursu *uel* flexu *uel* motu

Tu legem terris moderato limine signas,
Tu pelagus quodcumque facis fontesque lacusque.
Flumina quin etiam te norunt omnia patrem;
Te captant nubes, ut reddant frugibus imbres.
Cyaneoque sinu caeli tu diceris oras
Partibus ex cunctis inmenso cingere nexu.
Tu fessos Phoebi reficis si gurgite currus
Exhaustisque die radiis alimenta ministras,
Gentibus ut clarum referat lux aurea solem.
Si mare, si terras caelum mundumque gubernas,
Me quoque cunctorum partem, uenerabilis, audi.
Alme parens rerum, supplex precor. ergo carinam
Conserues, ubicumque tuo committere ponto
Hanc animam, transire freta et discurrere cursus
Aequoris horrisoni sortis fera iussa iubebunt;
Tende fauens glaucum per leuia dorsa profundum,
Ac tantum tremulo crispentur caerula motu,
Quantum uela ferant, quantum sint otia remis.
Sint fluctus, celerem ualeant qui pellere puppem,
Quos numerare libens possim, quos cernere laetus:
Seruet inoffensam laterum par linea libram;
Te sulcante uiam rostro submurmuret unda.
Da pater, ut tute liceat transmittere cursum,
Perfer ad optatos securo in litore portus
Me comitesque meos. quod cum permiseris esse,
Reddam quas potero pleno pro mu[nere] grates.

3 t̃ris *P* limite *Heins.* 4 qđcũq; *P* 5 te ner̃ omã *P*, *corr. Burm.* 6 p͠tant *P* captant *ego* potant *Buech. fort. rectius* 7 celi *P* 8 inm͠sa *P* 9 fesso *P* si *P* in *Heins.* gurgitae *P* 10 exaustisq; *P* alm̃ta *P* 12 t̃ras *P* 16 ferete discurre cursus *P* (rs *uix conspicua*) fretum et *Burm.* freta et *ego. num* decurrere? discurrere gyris *Buech.* 17 horrison *P* sortẽ *P* Sortis *Burm.* 19 cerula *P* 20 sint *ego* sinat *P* 21 pupẽ *P* 22 *num* uenerare? 23 *fol.* 76 *r. P* par *Buech.* pars *P* 24 Te] Qua? 25 liceant *P* cursu *Buech.* (*tunc* tuto *scribendum*) 26 portas *P* 27 ꝑmisseris *P* ipse *Burm.* 28 plenas *Mey. fort. recte* ꝓmu grates *P*

CARMEN
CODICIS CORBEIENSIS CVIVSDAM

719

B. M. —

Omnipotens genitor tandem miseratus ab alto
Postquam cuncta dedit caelo constare sereno,
Omnibus in terris diuinum aspirat amorem,
Semper honore pio nomen Natique Patrisque
Ornare et canere paribusque in regna uocari
Auspiciis, hinc progeniem uirtute futuram
Egregiam, et totum quae legibus occupet orbem.
Ne tamen in terris mortalia pectora turbet
Ignotum numen, deus aethere missus ab alto,
Mortalis uisus potuit quantusque uideri.
    Virgo matura fuit iam plenis nubilis annis,
Cui genus a proauis ingens nomenque decusque,
Intemerata toris. talem se laeta ferebat,
Casta pudicitiam miro seruabat amore.
Huic se forma dei (caelo demissus ab alto
Spiritus intus alit) casto † se corpore miscet.
Ante tamen dubiam dictis solatur amicis:
'Alma parens, mundi dominum paritura potentem
(Nam te digna manent generis cunabula sancti),

719 *ex cod. Corbeiensi saeculi noni ed. Martène coll. ampliss. IX p.* 126, *ubi hic cento Sedulii libro I adsutus erat. C = siue codex siue editio Martenii.*

'Centonem de Christo Virgilianis compaginatum uersibus apocryphum' *Gelasius papa a.* 492—496 *in decreto quodam memorat.* 13 thoris *C*

Vade' ait 'o felix nati pietate, quocumque uocaris
Auspiciis manifesta nouis! hic uertitur ordo
Huius in aduentu: fides et fama perennis.'
Dixerat: illa pauens, oculos suffusa nitentes,
Suspirans imoque trahens a pectore uocem
Virgo refert: 'haud equidem tali me dignor honore;
Non opis est nostrae nec fas, nec coniugis umquam
Praetendi taedas aut haec in foedera ueni.
Sed post iussa deum nihil est, quod dicta recusem.
Accipio agnoscoque libens: sequor omina tanta
Promissisque patris † exsequar caelestia dona,
Admiranda dei tantarum munera laudum.'
  Panditur interea domus omnipotentis Olympi
Sideream in sedem, terras unde arduus omnes
Aspicit et natum uerbis compellat amicis:
'Nate, meae uires, mea magna potentia solus,
Nate, mihi quem nulla dies ab origine rerum
Dissimilem arguerit, comitem complector in omnes.
Te sine nil altum mens inchoat: omnia mecum
Aeternis regis imperiis; et quidquid ubique est,
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus:
Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, uertique regique uidebunt.
Quae tibi polliceor (neque est te fallere quicquam),
Haec tibi semper erunt uatum praedicta priorum,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Nascere praeque diem ueniens age, lucifer, almum;
Nascere, quo toto surgat gens aurea mundo.
Vnde etiam magnus caelorum nascitur ordo.
Nascere, ut incipiant magni procedere menses,
Ne maneant [nobis] priscae uestigia fraudis,
Prospera uenturo laetentur ut omnia saeclo.
Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores:
Aspera tum positis mitescent saecula bellis,

20. 25. 78 *male consuti uersus* 27 praetendit aetas *C* 30 patri *C* 33 Sydeream *C* 37 in omnes: *Aen. IX* 277 38 nihil *C* 40 quaeritur *C* 50 nobis *om. C* (*cod.*)

Pacatumque reges patriis uirtutibus orbem.'
Haud mora: continuo patris praecepta facessit,
Aethere se mittit figitque in uirgine uultus
Nec mortale tuens, afflata est numine quando
Iam propiore dei. nam tempore . . . eodem
Matri longa decem tulerunt fastidia menses,
Et noua progenies mox clara in luce refulsit.
Mox etiam magni processit numinis astrum,
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
. . . .
. . . .
'Ille dies primus leti primusque salutis
Monstrat iter uobis ad eum, quem semper acerbum,
Semper honoratum cuncti celebrate fauentes.
Annua uota tamen noctem non amplius unam
Haud segnes uigilate, uiri, dapibusque futuris
Luce palam cumulate piis altaria donis.
Hac uestri maneant in relligione nepotes.
Iamque egomet uenio, sedes arcemque reuiso.
Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,
Ore fauete omnes et huc aduertite mentem.
E diuerso sedem quotiens uenietis in unam,
Vndique collecti pacem laudate frequentes.
Cogite consilium, coeant in foedera dextrae,
Qua datur pacis solum inuiolabile pignus.
Discite iustitiam, aeterna in pace futurae
Concordes animae, si non inrita dicta putatis.
Nulla dies usquam memori uos eximet aeuo:
Mortalem eripiam formam, et praemia reddam
Fortunatorum nemorum sedesque beatas.
Non eritis regno indecores, nec uestra feretur
Fama leuis: mecum pariter considite regnis.
Vrbem quam statuo, uestra est: intrare licebit.
Nusquam abero, et tutos patrio uos limine sistam:

post 62 *permulta deesse apparet* 63 lethi *C* 69 uestris *et* religione *C* 70 uenio *om. C* 73 E *deleo* unum *C* 76 datur *C et Aen. XI* 293. *an* detur? Condatur *Buech.*

Iidem uenturos tollemus in astra nepotes.
Quae uero nunc quoque uobis, dum uita manebit,
Praemia digna feram? non uobis numine nostro
Diuitis uber agri rerumque opulentia deerit.
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus
Prouentuque onerat sulcos atque horrea uincit,
Floret ager, spumat plenis uindemia labris,
Exuberat fetus ramos frondentis oliuae,
Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbor
Induerit, totidem autumno matura tenebit.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt,
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Haec sunt, quae nostra deceat uos uoce moneri.
Viuite felices et condita mente tenete.'
Haec ubi dicta dedit, mox sese attollit in auras
Suspiciens caelum, caput inter nubila condit.
Atque ita discedens terris animisque suorum
Concretam exemit labem purumque reliquit
Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
Ex illo celebratus honos, laetique minores
Seruauere diem atque haec pia sacra quotannis
Matres atque uiri, pueri innuptaeque puellae
Carminibus celebrant paterisque altaria libant.
Ast ego qui cecini magnum et mirabile numen,
Haec eadem gentique meae generique manebunt.

87 uobis quoque nunc *puto* 93 foetus *C* 105 Aetherieum *C*

CARMINA

CODICVM SAECVLI X

CARMEN

CODICIS PARISINI 6810

720

Ponticon praefatio B. V 113. M. 234

Tethya marmoreo fecundam pandere ponto
Et salis aequoreas spirantis mole cateruas
Quaeque sub aestifluis Thetis umida continet antris
Coeptantem, Venus alma, foue, quae semine caeli
Parturiente salo diuini germinis aestu,
Spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,
Nasceris e pelago placido dea prosata mundo!
Nam cum prima foret rebus natura creandis
In foedus conexa suum, ne staret inerti

720. *A* = *Parisinus* 6810 *s. X* *E* = *Paris.* 8319 *s. XI fol.* 49 *r.* *B* = *Paris.* 6831 *s. X* *C* = *Paris.* 4873 *s. XII ABC Mommsenus (ed. Solin. p. XLI), E Kleinius et ego contulimus.* (*A Mommseno B dicitur et B ei A; sed* 6810 *longe optimus in hoc carmine est*) Versus peracti operis *B. inscr. om. AE.* Item C. Iulii Solini poliistor ponticon *C.* *Etiam AB, non autem E, Solinum continent.*

Versus 1. 2. 13. 3. 14. 4. 15. 5. 16. 6. 17. 7. 18. 8. 19. 9. 20. 10. 21. 11. 22. 12 *ordinant AE* 1 tethia (*sic*) *EC* tithya *A* tithia *B* fecitclam *B* fecit dea *EC*, *recte A* pondere *B* pandē *E* 2 equoreus *B* spiratis *A* molle *Salmas.*
i
3 estifluois *E* thetis *om. C* humida *E* 4 ceptante *BEC* menus *B* metuis *E* meniis *C et teste Kleinio E* quae *om. EBC* somine *B* 5 *in* aestu *desinit C* 8 profundis *libri* creandis *Salmasius* profandis *E teste Kleinio* 9 in fidus *E* insidiis *B*

Machina mole uacans, tibi primum candidus aether
Astrigeram faciem nitido gemmauit Olympo.
Te fecunda sinu tellus amplexa resedit
Ponderibus fundata suis, elementaque iussa
Aetherias seruare uices. tu fetibus auges
Cuncta suis, totus pariter tibi parturit orbis.
Quare, diua, precor, quoniam tua munera paruo
Ausus calle sequor, uitreo de gurgite uultus
Dextera prome pios et numine laeta sereno
Pierias age pande uias. da Nerea molli
Pacatum gaudere freto uotisque litata
Fac saltem primas pelagi libemus harenas,
Vos quoque, qui resono colitis caua Tempea coetu
. . . .

10 cauans *BE* candidit *BE* 13 librata *BE* fundata *A*. *Ouidius met. I* 13 'pond. librata suis.' iussa *A* uisa *EB* *num* iussit? 14 aethereas *B* augens *libri* 16 q͞m *E* 17 uitreo] uit hinc *B* 18 dextera *libri* (dexta *E*) 19 cla *EB* 20 gaude *E* 22 quae *Buech.* cytu *AEB*

CARMINA
CODICIS PARISINI 4841

---

721 B. IV 206. M. 1163

Viuere post obitum uatem uis nosse, uiator?
    Quod legis, ecce loquor: uox tua nempe mea est.

722 B. IV 206. M. 1318

Nymphius aeterno deuinctus membra sopore
    Hic situs est, caelo mens pia perfruitur.
Mens uidet astra, quies tumuli conplectitur artus,
    Calcauit tristes sancta fides tenebras.
Te tua pro meritis uirtutis ad astra uehebat
    Intuleratque alto debita fama polo.
Immortalis eris, nam multa laude uigebit
    Viuax uenturos gloria per populos.
Te coluit proprium prouincia cuncta parentem,
    Optabant uitam publica uota tuam.
Exeruere tuo quondam data munera sumptu
    Plaudentis populi gaudia per cuneos.
Concilium procerum per te patria alma uocauit
    Seque tuo duxit sanctius ore loqui.
Publicus orbatas modo luctus conficit urbes
    Confusique sedent, anxia turba, patres,
Vt capite erepto torpentia membra rigescunt,
    Vt grex amisso principe maeret iners.

721. *Sine titulo P* (= *codex, saec. X*) *fol.* 32. Versus sup tumulũ sc̃i Augustini ep̃i quos ipse dictauit *Paris.* 2773 *saec. XI fol.* 110 *u. Sed* 'saecularium cuiusdam poetarum' *esse Possidius uit. Augustini c.* 31 *testatur.* 1 uates *P*, *Reginensis* 421 *saec. XI* tu nosce *Par.* 2773 2 est *om. Possid. ed. Kramer.*

722. *In P cum* 721 *cohaeret; seiunxit Pithoeus* 1 Nimphius *P* 4 sc̃a *P* 5 meritus *P* 6 intularatque *P* 10 obtabant *P* 16 ancxia *P* 18 meret inhers *P*

Parua tibi, coniux, magni solacia luctus
Hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.
Haec indiuidui semper comes addita fulcri
Vnanimam tibi se lustra per octo dedit.
Dulcis uita fuit tecum: comes anxia lucem
Aeternam sperans hanc cupit esse breuem.

723

CLAVDII

B. V 15. M. 556

De luna

Luna decus mundi, magni pars maxima caeli,
Luna iugum Solis, splendor † uas ignis et humor,
Luna parens mensum numerosa prole renascens!
Tu biiugos stellante polo sub Sole gubernas,
Te redeunte dies fraternas colligit horas,
Te pater Oceanus renouato respicit axe,
Te spirant terrae, tu uinclis Tartara cingis,
Tu sistro renouas brumam, tu cymbala quassas.
Isis Luna † Choris Caelestis Iuno Cybebe!
Alternis tu nomen agis sub mense diebus
Et rursum renouas alterni nomina mensis.
Tunc minor es, cum plena uenis; tunc plena resurgens,
Cum minor es: crescis semper, cum deficis orbe.
Huc ades et nostris precibus dea blandior esto
Luciferisque iugis concordes siste iuuencas,
Vt uoluat fortuna rotam, qua prospera currunt.

19 solatia *P* 20 mesta *P* 21 fulchri *P* 22 hocto *P* 23 ancxia lucę *P* D. M. FILS *P m. pr. in imo paginae margine*

723. *P fol.* 92 *u. post Bedam de orthographia*, *ante* '*Epytaphium Adelelmi.*' Carmen Claudii de luna *P* ('Alcuini uet. ex Clementis' *non in codice*, *sed in Burmanni schedis Heidelbergensibus legitur*) 2 fax *Burm.* uis *puto* uagus *Buech.* humor *P* 3 numerus a sole *P*, *em. Buech.* 4 Ast ubi iugo *P* Tu *ego* biiugos *Buech.* biiugo *Burm.* 5 alternas? 6 axa *P* 8 renouans *P* remoues *Buech.* 9 Issis *P* Choris] cluis? Ceres *Buech.* cibile *P* 12 *num* resurgis? 14 ũris *P* 15 iuuer os *P* (*ex parte euanidum*), *em. Pith. an* iuuencos? 16 Et *Pith.* quae *id.*

CARMEN

CODICIS PARISINI 4806

724

B. V 115. M. 274

Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur,
Aequora quo montes fluuii portus freta et urbes
Signantur, cunctis ut sit cognoscere promptum,
Quicquid ubíque latet, clemens genus inclita proles
Ac per saecla pius, totus quem uix capit orbis,
Theodosius princeps uenerando iussit ab ore
Confici, ter quinis aperit cum fascibus annum.
Supplices hoc famuli, dum scribit pingit et alter,
Mensibus exiguis ueterum monimenta secuti
In melius reparamus opus culpamque priorum
Tollimus ac totum breuiter comprendimus orbem:
Sed tamen hoc tua nos docuit sapientia, princeps.

724. Mensuratio orbis terrae finit. Duodecim uersus praedictorũ missorũ de imperante Theodosio hoc opus feeri incip͠ũnt. Hoc opus *sqq. codex saec. X fol.* 28 *r. post Dicuili librum de mensura orbis terrae. cf. Dicuil. p.* 3 *ed. Walck. Sedulio tribuit Meermannus perperam.*

2 freta portus *Pith.* 7 fastibus *Meerm.* 10 priorem *cod., em. Mey. et O. Iahnius* reparemus *cod.* 11 tullimus *cod.* comprehendimus *cod.* 'Non debet mirari quod in primo loco septimi et octaui uersus istorum amphimachrus scriptus est; q͠m ut reor non inperitia sed auctoritate aliorum poetarum (est factum *addo*) et maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulauit Sedulius, qui in heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt' *Dicuili codex.*

CARMINA

CODICIS EINSIDLENSIS 266

725

B. M. — THAMYRA. LADAS. MIDA.

TH. Te formose Mida iam dudum nostra requirunt
Iurgia: da uacuam pueris certantibus aurem!
MI. Haud moror et lusu nemoris secreta uoluptas
Inuitat calamos: imponite lusibus artem!
TH. Praemia si cessant, artis fiducia muta est.
LA. Sed nostram durare fidem duo pignora cogent:
Vel caper ille, notam frontem qui pingitur albam,
Vel leuis haec et mobilibus circumdata bullis
Fistula, siluicolae munus memorabile Fauni.
TH. Siue caprum mauis uel Fauni ponere munus,
Elige utrum perdas, et erit puto certius omen.
Fistula damnato iam nunc pro pignore prompta est.
LA. Quid iuuat insanis lucem consumere uerbis?
Iudicis e gremio uictoris gloria surgat.
TH. Praeda mea est, quia Caesareas me dicere laudes
Mens iubet: huic semper debetur palma labori.

725 *sq. ex E* (*codice saec. X p.* 206 *sq.*) *primus ed. et pleraque emend. Hagenus philologi t. XXVIII* 338 *sqq.* '*Laudes Neronis*' *Peiperus.* 1 formosa *E* 2 Iuria dam *E* 3 cusu *E* 5 LA *Peiper* (*progr. gymnas. Magdal. Wratislav.* 1870 † et *p.* 29 *sqq.*) 6 LA *del. idem* 7 nota *et* alba *Hagen* 8 ex nobilibus *E* 9 fistola *E* munus et *E*, et *delendum* en *Hag.* 11 omne *E* 12 empta *E* prompta *Peip.*

LA. Et me sidereo corrupit Cynthius ore
Laudatamque chelyn iussit uariare canendo.
MI. Pergite io pueri promissum reddere carmen.
Sic uos cantantes deus adiuuet! incipe Lada
Tu prior, alternis Thamyras imponat honorem.
LA. Maxime diuorum caelique aeterna potestas,
Seu tibi, Phoebe, placet temptare loquentia fila
Et citharae modulis primordia iungere mundi,
†Carminibus uirgo furit et canit ore coacto:
Fas mihi sit uidisse deos, fas prodere mundum.
Seu caeli mens illa fuit seu solis imago,
Dignus utraque stetit . . ostro clarus et auro
Intonuitque manu. Talis diuina potestas
Quae genuit mundum septemque intexuit orbis
Artificis zonas et toto miscet amore:
Talis Phoebus erat, cum laetus caede draconis
Docta repercusso generauit carmina plectro.
Caelestes ulli si sunt, hac uoce locuntur!
Venerat ad modulos doctarum turba sororum
. . . .
TH. Huc huc Pierides uolucri concedite saltu:
Hic Heliconis opes florent, hic uester Apollo est!
Tu quoque Troia sacros cineres ad sidera tolle
Atque Agamemnoniis opus hoc ostende Mycenis.
Iam tanti cecidisse fuit! gaudete ruinae
Et laudate rogos: uester uos tollit alumnus.
. . . .
. . . . plurima barba
Albaque caesaries pleno radiabat honore.

† cintius
17 corrumpit *E*, *em. Peip.* tincius *E* 18 celin *E* 19 camen (r) *E* 21 alternus tamyras imponit *E* 22 cęterique *E* 23 TH *et* 26 LA *E* 23 temtare *Peip.* emitare *E* imitare *Hag.* 24 Et] Seu *Hag.* citare *E* 25 Carmine seu *puto* 28 utroque *E*, *em. Peip.* deus *add. Peip.* *an* ostro praeclarus? tunc *add. Hag.* 30 oris *E* 31 et totum *puto* 35 sonarum *E* 36 *cf.* 672, 29 37 eliconis *E* 38 Tum *E* sacres *sed corr. E* 39 agamemnonis *E* 42 *sq. bibliopegi incuria deleti sunt*

Ergo ut diuinis impleuit uocibus auras,
Candida flauenti distinxit tempora uitta
Caesareumque caput merito uelauit amictu.
Haud procul Iliaco quondam non segnior ore
Stabat et ipsa suas delebat Mantua chartas.
. . . .

726

B. M. — GLYCERANVS. MYSTES

GL. Quid tacitus Mystes? MY. Curae mea gaudia turbant,
Cura dapes sequitur, magis inter pocula surgit
Et grauis anxietas laetis incumbere gaudet.
GL. Non satis accipio. MY. Nec me iuuat omnia fari.
GL. Forsitan imposuit pecori lupus? MY. Haud timet hostes
Turba canum uigilans. GL. Vigiles quoque somnus adumbrat.
MY. Altius est, Glycerane, aliquid; non hoc, pater; erras.
GL. Atqui turbari sine uentis non solet aequor.
MY. Quod minime reris, satias mea gaudia uexat.
GL. Deliciae somnusque solent adamare querellas.
MY. 12
Quae spargit ramos, tremula nos uestiet umbra.
GL. En thymus et tenero corpus submittere prato
Herba iubet: tu dic, quae sit tibi causa tacendi.
MY. Ergo si causas curarum scire laboras, 11
Cernis ut adtrito † diffusus cortice fagus 16
Annua uota ferat sollemnisque induat aras?
Spirant templa mero, resonant caua tympana palmis,

45 aures *E* 47 celabit *E*, *em. Peip. Midae iudicium deesse uidit Hagen.*

726. 6 sonus *E* 7 non non *E* non hoc *ego* 8 atquin *E* 10 diliciae *E* 11 *post* 15 *posui* 12 *lacunam agnouit Hag.* 14 Uetimus et *E*, *em. Peip.* Ne timeas *Hag.* summittere *E* 11 labores *E* 16 diffusus *E* diffusa *Hag.* ex *add. Peip. dubitanter* 17 inbuet *E*, *em. id.*

Maenalides teneras ducunt per sacra choreas,
Tibia laeta canit, pendet sacer hircus ab ulmo
Et iam nudatis ceruicibus exuit exta.
Ergo non dubio pugnant discrimine nati
Et negat huic aeuo stolidum pecus aurea regna?
Saturni rediere dies Astraeaque uirgo
Totaque in antiquos redierunt saecula mores.
Condit securus tota spe messor aristas,
Languescit senio Bacchus, pecus errat in herba.
Nec gladio metimus nec clausis oppida muris
Bella tacenda parant, nullo iam noxia partu
Femina quaecumque est hostem parit. arua iuuentus
Nuda fodit tardoque puer domifactus aratro
Miratur patriis pendentem sedibus ensem.
Sed procul a nobis infelix gloria Sullae
Trinaque tempestas, moriens cum Roma supremas
Desperauit [opes] et Martia uendidit arma.
Nunc tellus inculta nouos parit ubere fetus,
Nunc ratibus tutis fera non irascitur unda,
Mordent frena tigres, subeunt iuga saeua leones.
Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo!

ae u ŧo
19 Mınalides *E* 21 extra *E* 22 num dubie *E* 23 solidum *E* 24 dieś redit astrea certos *E*, *em. Hag.* 26 sęcuras *E* tuta spe *puto* 27 bacus *E* 28 opida *E* 31 domi
ŧ errat
fultus *Hag.* 32 ensem *E* 33 sillę *E* 34 Tetraque t. Marii *Hag.* tempesta *E* 35 desperabit *E* opes *add. Peip.* 38 subient *E*, *em. Peip.* 39 *Verg. ecl.* 4, 10. Apollo. Finit *E*.

CARMEN

CODICIS EINSIDLENSIS 326

B. V 121. M. 1061
(u. 1—12).

727

Quadam nocte Niger dux nomine, Candidus alter
    Forte subintrarunt unica tecta simul.
Candidus exhibuit secum ter quinque nitentes
    Totque geris nigro, Maure, colore pares.
'Candide, de nostris primus quis,' dixerat alter,
    'Prouidet excubias? nam tua iussa sequar.'
Haec placido contra respondit Candidus ore:
    'Iudicio quemquam nolo grauare meo,
Ne noua lis socios per me conspiret in arma;
    Sed tibi consilium non remouebo meum.
Ordine disponam socios discumbere cunctos,
    Quos sors nona legat noctis in excubias.
Candida sed sedeat nigris commixta caterua,
    Vt me uelle uiros fallere nemo putet.
Quattuor eximii candoris, quinque nigelli,
    Candiduli bini, unicus atque niger,
Splendentes terni, fuscata pelle nigellus,
    Candidus hinc unus carboneique duo,
Fulgentes bini, fuscato tegmine terni,

727. *E* = *Einsidlensis saec. X fol.* 88 *r. descripsit Th. Mommsenus mus. rhenan.* 1854 *p.* 298. *V* = *Valentianus* 394 *saec. X fol.* 47 *u.; huius paginae scripturam saeculo XI tribuo.*
1 Quidam *cod. Meermanni* (*Claromontanus*) *ap. Burm.*, *u.* 1—12 *libere corruptos exhibens* nom̃ *V*   3 quinque] †V *V*   4 geris nigro *L. Muell.* niger nigros *EV* maure *V* more *E*   6 iussa *V* dicta *E*   7 Heaec *V*   9 c̃spiret *V*   12 Quae *V*   13 conmixta caterua *V* cateruis *E*   *u.* 15—28 *E et* 15—22 *L* (*Vossianus quart.* 33 *saec. X fol.* 58 *r.*) *exhibet. In L prima cuiusque lineae littera deest.*   15 uatuor *L*   17 trini fuscato *E* nigelli *L*   19 fuscata *L* trini *E*

Candidus hinc unus carboneique duo,
Candiduli bini splendentes pelle decora,
Quos sequitur cunctos unicus atque niger.'
Hoc super ingenio cunctos sors nona nigellos
†Sic cecidit; turba candida sorte caret.
Dux niger excubias solus cum milite fusco
Peruigil' ingratas duxit adusque diem,
Ast placidum tota carpebat nocte soporem
Candidus ingenio praeditus atque sui.

21 [L]ucentes bini strophii candore corusci *L* 24 Secreuit *L. Muell.* 26 ingratus *E*, *em. Muell. In V post u.* 14 *altera haec solutio quaestionis, uersibus leoninis scripta, sequitur (et quidem bis in eadem pagina), quae etiam in P* (*Parisino* 2772 *saec.* X—XI *fol.* 87 *u.*) *extat:*

Bis duo nunc niuei praesunt et quinque nigelli,
His supponuntur clari duo postque secuntur
Vnius et tetri interimunt uestigia terni
Albi lacte magis, Maurus quoque nectitur ipsis.
Candidus inseritur, niger unus et alter habetur,
His cristallini sociantur in ordine bini,
Tres titubant nigri lactantis robore uicti.
Post duo coruini, ac niuei sunt denique bini,
Orbem tunc furuus demum determinat unus.
Ordine dispositi damnentur sorte noueni.
Styx inimica suos consumpserit ante nigellos,
Quam clari uitam perdant corporibus aptam!

1 nam *P* nigelli (re *supra*) *P* 2 Is *P* sequntur *V semel* 5 ab- etur *P* 6 Cristalini (l *supra*) color sociant, *om.* his, *P* 7 lanctantis (l) *V semel* 8 duo *super rasura P* s̃ *V semel*, *P* st̃ *V* bini *P* 9 d&mitat *P* 10 dampnentur morte *P* 10—12 *om. V bis* 11 stix *P*. — *In V his uerbis solutio sequitur:*

Quatuor et pentas duo monas tris (*l.* tres) mias unus
Hinc dias ambo trias unus dias et duo monas.

— *In E* 641 *et* 687 *secuntur, deinde sine titulo*

Iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum
Corrodit auctorem excruciatque animam.

CARMINA

CODICIS PARISINI 8440

728

Versus ad puellam B III 272. M. 1009

Candida iam nostris aptentur colla lacertis,
Suspenso maneat poplite noster amor,
Lusibus optatis noctis luctemur in umbris,
Peruigiles laudes, o rubicunda dies.
Fulgidus ardenti iungatur saphirus auro,
Floribus in thalamis cincta cupressus †eat,
Exultent nostro magnae certamine nymphae,
Tactibus exultes tuque puella meis!

729

Responsum puellae B. III 273. M. 1010

Conspicua primum specie quam fata bearunt
Desine †pompifero tu uiolare toro.
Absit ut albiplumem ualeat calcare columbam
Inter tot niueas rustica miluus aues,
Nec rubeis carduus succrescat iure rosetis,

728. Versus cuidã poetae ad quendã puellã *P* (*codex, saec. X, fol.* 1 *r.*) 1 aptant̆ *P* colla *Wakker* crura *P* 2 tumeat *Lachmannus. an* manet? 4 laudeb *P*, *sed* b *m.* † dus *pr. corr. in* s laudet iam *Pith.* 6 Florib; in talamis *P* ouet *Buech.* 7 nostro *m. pr. supr. lin. P* nimphę *P.*

729. Resp̃ puellae ad poetam *P* 1 Conspicuam *et* spetiẽ *P*, *em. Buech.* 2 pestifero *uel simile quid expectes* thoro *P* ioco *Buech.* 4 aiues *P* 5 card: *P* cardus *Burm.* rure *Schrader*

Lilia nec campis nana cicuta premat,
Nec miser eximiae ceruae iungatur asellus,
Quem stimulis crebris sarcina saeua domat.

730

De uoce hominis absona

B. M. —

Dissona uox hominis rugitum signat aselli
Grunnitumque suis et raucae murmura mulae,
Quae bos mugitu fingit blateatque camelus,
Quodque lupus ululat uel [quod] uulpecula gannit,
Quod pardus felit, quod rachat pessima tigris,
Quod glatit catulus, quod miccit saetiger hircus,
Absona cuncta sonat et dulcia nulla repingit.
En qualis socia non nostrae uocis amica!
Desine iam talis incassum pandere labra,
Desine iam frustra pulmonum rumpere fibras,
Desine postremo miserum discerpere guttur!
Num deus hoc recipit, quod homuncio sanus abhorret?

6 n& campis *P* 8 stimulas, *sed corr.*, *P*.
730. *fol.* 38 *u.; ineditum.* 1 *num* ruditum? 2 grunitũq; *P* 3 Qui *P* blatteatque *P* 4 uel uulpicla *P* 5 rahat *P* ranchat *Buech.* 6 setiger hyrc' *P* 7 adsona *P*. *num* refingit? 8 ·Ẽ· q̀uelis sotia *P; correxi* Estque illis *Buech.* 10 fibra *P teste Duebnero* 12 hoc] ħ *supr. lin. P* homuntio *P*.

CARMINA
CODICIS VOSSIANI Q. 33

731
LACTANTII

B. M. – **De aue phoenice**

Est locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet aeterni maxima porta poli,
Nec tamen aestiuos hiemisue propinquus ad ortus,
Sed qua sol uerno fundit ab axe diem.
Illic planities tractus diffundit apertos,
Nec tumulus crescit nec caua uallis hiat;
Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,
Per bis sex ulnas eminet ille locus.
Hic solis nemus est et consitus arbore multa
Lucus perpetuae frondis honore uirens.
Cum Phaethonteis flagrasset ab ignibus axis,
Ille locus flammis inuiolatus erat.
Et cum diluuium mersisset fluctibus orbem,
Deucalioneas exsuperauit aquas.
Non huc exsanguis Morbus, non aegra Senectus,

731. Versus Lactantii de aue foenice *V* (= *Vossianus, saeculi X, fol.* 73 *r.*) *Reliquos Heinsii libros, recenti omnes origine* (ς), *plerumque omitto praeter B* (*Bodleianum*) *saec. XII, quem Heins. passim adfert.* ς = *omnes uel plerique*, (ς) = *pauci.* 2 caeli *V* poli *rell.* 3 ue *B* u////e (a *inras.*) *V* que ς 4 axo, *sed corr.*, *V* 8 imminet *B* 9 et] stat *Heinsius* 11 foetonteis *V* 14 deucaloneas *V* 15 hunc ς. *Heins.* exsangues morbi *B*ς

Nec Mors crudelis nec Metus asper adit
Nec Scelus infandum nec opum uesana Cupido
Aut †metus aut ardens caedis amore Furor:
Luctus acerbus abest et Egestas obsita pannis
Et Curae insomnes et uiolenta Fames.
Non ibi tempestas nec uis furit horrida uenti
Nec gelido terram rore pruina tegit.
Nulla super campos tendit sua uellera nubes
Nec cadit ex alto turbidus humor aquae.
Sed fons in medio est, quem uiuum nomine dicunt,
Perspicuus lenis dulcibus uber aquis,
Qui semel erumpens per singula tempora mensum
Duodecies undis irrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero stipite surgens
Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica phoenix,
Vnica, sed uiuit morte refecta sua.
Paret et obsequitur Phoebo memoranda satelles:
Hoc Natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,
Cum primum rosea sidera luce fugat,
Ter quater illa pias inmergit corpus in undas,
Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur ac summo considit in arboris altae
Vertice, quae totum despicit una nemus,
Et conuersa nouos Phoebi nascentis ad ortus
Expectat radios et iubar exoriens.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae

16 aper[s] *V* 18 Aut Mars *Iunta*, *edd.* caedis ς cedit *B*ς adit *V* 19 et·gestas[·e] *V* 21 furet *V* 23 Nullaque per *B* 24 humor *sic V* 25 est ς, *om.* *V*ς*B* uiņũ[u] *V m. pr.* 26 iugibus *Heins.* 27 mensium *B* 29 Hoc *B* arbor ꝓcero[eum] *V* (eum *m. sec.*) 31 fenix *V* 33 parit *V* foebo *V* 34 mu//////nus *V* 35: *fol.* 73 *u. V* 37 irriguas *Heins.* undaņs *V* 39 consedit *V*, *pauci ex* ς 41 foebi *P* 43 ubi *m. pr. ex* ibi *V*

Et primi emicuit luminis aura leuis,
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus
Et mira lucem uoce referre nouam,
Quam nec aëdoniae uoces nec tibia possit
Musica Cirrheis assimilare modis.
Sed neque olor moriens imitari posse putetur
Nec Cylleneae fila canora lyrae.
Postquam Phoebus equos in aperta effudit Olympi
Atque orbem totum protulit usque means,
Illa ter alarum repetito uerbere plaudit
Igniferumque caput ter uenerata silet.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas
Innarrabilibus nocte dieque sonis,
Antistes luci, nemorum ueneranda sacerdos
Et sola arcanis conscia, Phoebe, tuis.
Quae postquam uitae iam mille peregerit annos
Ac se reddiderint tempora longa grauem,
Vt reparet lapsum fatis uergentibus aeuum,
Adsuetum nemoris dulce cubile fugit,
Cumque renascendi studio loca sancta reliquit,
Tum petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.
Dirigit in Syriam celeres longaeua uolatus,
Phoenicis nomen cui dedit ipsa Venus,
Secretosque petit deserta per auia lucos,
Sicubi per saltus silua remota latet.
Tum legit aerio sublimem uertice palmam,
Quae Graium Phoenix ex aue nomen habet,

44 primum ς 46 luce *et* noua *V* referre *V* ciere *uel* mouere ς 47 aidoneae *V* ydoniae *B* idoneae ς 48 cirreis *V* adsimulare ς, *dedi ex V* 49 nec *B* oloro, *ultimo* o *eraso*, *V* putatur ς 50 cyllineae *V* lirae *V* 51 foebus *V* diffundit *V* refundit ς effundit *Heins.* 52 Vtque *B* pertulit *Buech.* protulit Oceano *Heins.* 53 ˜ *V* *u.* 56. 55. 54 *pauci ex* ς 56 Non err(*uel* enarr)abilibus ς 57 antestites *V* nemorum luci ς 58 archanis *V* foebe *V* 59 millae *V* 61 spatiis ς 62 Assuetum *V* cubicule *V* 63 relinquit *V*ς reliquit *alii* (?) 64 mors] mox *V rell.* 65 Fenicis *V* foenicem ς Phoenices *edd.* ipsa uetustas *V* 68 Hic ubi *edd.* silua] illa *Heins.* sola *Oud.* 69 *fol.* 74 *r. V* 70 gratum *libri*, *em. Heins.* fenix *V*

In quam nulla nocens animans prorumpere possit,
  Lubricus aut serpens aut auis ulla rapax.
Tum uentos claudit pendentibus Aeolus antris,
  Ne uiolent flabris aera purpureum
Neu concreta notis nubes per inania caeli
  Submoueat radios solis et obsit aui.
Construit inde sibi seu nidum siue sepulcrum;
  Nam perit, ut uiuat: se tamen ipsa creat.
Colligit hic sucos et odores diuite silua,
  Quos legit Assyrius, quos opulentus Araps,
Quos aut Pygmeae gentes aut India carpit
  Aut molli generat terra Sabaea sinu.
Cinnamon hic auramque procul spirantis amomi
  Congerit et mixto balsama cum folio.
Non casiae mitis nec olentis uimen acanthi
  Nec turis lacrimae guttaque pinguis abest;
His addit teneras nardi pubentis aristas
  Et sociam myrrhae uim, panacea, tuam.
Protinus † instractis corpus mutabile nido
  Vitalique toro membra quieta locat.
Ore dehinc sucos membris circumque supraque
  Inicit exequiis inmoritura suis.
Tunc inter uarios animam commendat odores
  Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum

71 perrumpere *pauci ex* ς, *non V* 73 eolus *V* 75 nothus *V*, *em. Heins.* noto ς 75. 76 *post* 88 *ponit Francius* 76 radius *V* & ussit *V*(ς) 77 *sq. delet Oud.* sepulchrum *V* sed tamen *V*ς *num* cremat? 79 hic *puto* hinc *libri* deuia siluae *B* 81 pigm[e]ae *V* Panchaeae *Heinsius, cod. Bartholinius* Indica ς 82 sabea *V* 83 Cynnamoum hic *V* Cinnamum (*uel* Cinnamomum) hinc ς cinnamon *cod. Barth.* 84 Congregat *B* spumantis *V* 85 mitis, *sed corr.*, *V* achanti *V* 88 Et sociamyrrae uini panachea ture *V* socia *uel* sociam ς (sociat *unus cod.*) ture, thuris, tuae, tuam ς 89 instractis *V* instruitur *puto* instratis *uel* instratus ς mobile *V* motabile *B* mortabile ς mutabile ς 90 Nidaliq; *V* Intalique ς uieta *Heinsius* 91 circũ quaq; sup[r]a *V* 92 obsequiis *B* 93 Luci *Buech.* Tunc Mithrae in u. *Barthius* 94 *m. pr. in mg. additus V* depositã *V*

Aestuat et flammam parturit ipse calor,
Aetherioque procul de lumine concipit ignem:
Flagrat et ambustum soluitur in cinerem.
Quos uelut in massam cineres † in morte coactos
Conflat; et effectum seminis instar habet.
Hinc animal primum sine membris fertur oriri,
Sed fertur uermis lacteus esse color.
Creuerit inmensum subito cum tempore certo,
Seque oui teretis colligit in speciem,
Inde reformatur qualis fuit ante figura
Et Phoenix ruptis pullulat exuuiis.
Ac uelut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
Mutari tiniae papilione solent,
Non illi cibus est nostro concessus in orbe
Nec cuiquam inplumem pascere cura subest.
Ambrosios libat caelesti nectare rores,
Stellifero tenues qui cecidere polo.
Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
Donec maturam proferat effigiem.
Ast ubi primaeua coepit florere iuuenta,
Euolat ad patrias iam reditura domos.
Ante tamen, proprio quicquid de corpore restat,
Ossaque uel cineres exuuiasque suas
Vnguine balsameo murraque et ture soluto
Condit et in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus gestans contendit solis ad ortus

96 flammas *edd. uett.* protulit (ς) 97 aethereoque ς 98 cineres *B* 99 Hos *edd.* in more coactus *V* sine more *Heins.* natura *Buech.* 100 et ad foetum (ς) habent ς, *Heins.* 102 uermi ς 103 cum *om. V* 104 *fol.* 74 *u. V* sese *Heins.* Seque ut oui ς teritis *V* 105 quali *Heins. recte* 106 fenix *V* exubiis *V* 107 uelud *V* agrestis *B* cum solo *V* ad taxa *Thomasius* tenetur *B* 108 Motare *V* Motari *B* pennae *libri* tineae *Thomasius* papilionis *V. cf. Ouid. met. XV* 372 *sqq.* 109 est *om. V* 112 teneri ς 114 perferat ς 115 Has ub^{i} *V* coeperit *V* iuuentus *V* 116 Et uolat *B* 118 Ossaquae *V* 119 mu^{r}raq; *V* soluta *unus cod.* 121 Quae *B* genstans *V* solis ad urbem (Heliopolim) *Barthius fort. recte; an* ad arces?

Inque ara residens ponit in aede sacra.
Mirandam sese praestat praebetque † uidenti;
Tantus aui decor est, tantus habundat honor.
Principio color est, quali sua semina celant,
Mitia quo croceo Punica grana tegunt.
Qualis inest foliis, quae fert agreste papauer,
Cum pandit uestes Flora rubente solo.
Hoc humeri pectusque decens uelamine fulget;
Hoc caput, hoc ceruix summaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fuluo distenta metallo,
In cuius maculis purpura mixta rubet.
Clarum inter pennas insigne est † super, Iris
Pingere ceu nubem desuper alta solet.
Albicat insignis mixto uiridante zmaragdo
Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingentes oculos credas geminos hyacinthos,
Quorum de medio lucida flamma micat.
† Aequatur toto capiti radiata corona
Phoebei referens uerticis alta decus.
Crura tegunt squamae fuluo distincta metallo;
Ast ungues roseo tinguit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram
Cernitur et pictam Phasidis inter auem.

122 arma *V*. *Sic uel* coma, alma, auis ς promit *libri*. *em. Heins.* 113 uehementes *V* uehentis *uel* uehementis *uel* uehenti ς uidenti *Heins.* 124 ibi *libri* aui *Heins.* honos (ς) 125 qualis *libri* quali *ego* sub siderę caeli *V et fere rell.*, *correxi* sub cortice *uel* uellere laeui *Heins. cf. Ouid. met.* X 736 126 Mittia qui croceo pumica *V* qui *etiam* ς quem croceum *Heins.* quo *ego* legunt *codd.*, *em. Heins.* 128 flore *libri* polo ς solo *Heins.* caelo *V* 129 humeros *Oud.* (humerus *unus cod.*) que *sub lin. add. m. pr. V* 131 flauo *B* distincta ς (?) 133 Harum *V*ς Clarum ς inter *om. V* insigne super *V* insigneque (*uel* insignes) desuper ς aris *V* 134 aura *V* ara, atra, axa, archa, alta ς 135 mixtis *V* misto ς cristas *Burm.* 136 Purpureo *uel* Et patulo *Heins.* 137 oculos ς oculi *V* hiacincthos *V* 138 *fol.* 75 *r. V* lucidã *V* 139 Aequat aq; notho *V et fere* ς Aequatur toto *edd.* Aptatur *Oud.* aq;] apex *idem* 140 Foebo^{e}ę *V* 141 flauo (ς) distinctã *V* 142 tingit *B* pingit ς 143 figura *V* 144 fasidis *V*

Magnitiem, terris Arabum quae gignitur, ales
Vix aequare potest, seu fera seu sit auis.
Non tamen est tarda ut uolucres, quae corpore magno
Incessus pigros per graue pondus habent,
Sed leuis ac uelox, regali plena decore:
Talis in aspectu se tenet usque hominum.
Huc uenit Aegyptus tanti ad miracula uisus
Et raram uolucrem turba salutat ouans.
Protinus exculpunt sacrato in marmore formam
Et titulo signant remque diemque nouo.
Contrahit in coetum sese genus omne uolantum,
Nec praedae memor est ulla nec ulla metus.
Alituum stipata choro uolat illa per altum
Turbaque prosequitur munere laeta pio.
Sed postquam puri peruenit ad aetheris auras,
Mox redit illa; suis conditur inde locis.
At fortunatae sortis felixque uolucrum,
Cui de se nasci praestitit ipse deus!
Femina seu, [seu] masculus est, seu [denique] neutrum:,
Felix quae Veneris foedera nulla colit!
Mors illi Venus est: sola est in morte uoluptas:
Vt possit nasci, appetit ante mori.
Ipsa sibi proles, suus est pater et suus heres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
Ipsa quidem, sed non eadem, quia et ipsa nec ipsa est,
Aeternam uitam mortis adepta bono.

145 Magnitiem *libri* Magna etiam *Heins.* q; *V* 147 tarda ς parua *V*ς pigra (ς) 149 decora *V* 150 *an* Ales? in aspectus se *V* adspectum (ς) tenet *V*(ς) praebet, probat, exhibet ς 151 Hic uenit ///// (*rasura trium litt.*) aegyptus *V* Conuenit *edd.* 152 resultat *V fort. recte* 153 insculpunt (ς) in cor marmore (cor *erasum*) *V* 155 coetus *V* coelum *B* omnẽ *V* 156 nec memor ulla (ς) nec ullus metus *V* 157 Alitũ *V* 158 murmure *Heins.* 161 A *uel* Ah *puto* filisque *V* felixque, filiisque ς filique uolucrem *Heins.* 163 *Dedi ex V, nisi quod* denique *et* seu *addidi, ubi* seu *V* sit aut *uel* sit uel *meliores ex* ς *quinque.* seu forte neutrum *eidem* Femina seu mas sit seu neutrum seu sit utrumque *Heins.* 165 uoluntas *B* 167 prolis *V* 169 quia] que *V* et ipsa *om. V; recte* ς 170 ade^{m}pta

732

Pasiphaes fabula B. III 232. M. 997

Filia	Solis
Aestuat igne no	uo
Et per	prata iu|uencum
Mentem	perdita	quaeritat.
Non il|lam thala|mi pudor	arcet,

V m. pr. — Ad hoc carmen illustrandum faciunt haec ex libello de septem miraculis mundi *desumpta*, *quem ex cod. Vindob.* 16 *s. VIII ed. Hauptius ed. Ouid. Halieut. p.* 67 *sqq.:* 'Tertium est quod de foenice Lactantius refert. magna, ait, corpore et decora plumis unguibusque et oculis. quae alterius auis non est coniuncta consortio nec iuncta coniugio. nam et nescire homines manifestum est cuius sit generis, masculus an femina siue neutrum (*u.* 163). haec postquam mille transierit annos, petit locum omnibus mundanis locis praeminentem, in quo habetur lucus uiridi coma uerno hibernoque perdurans, in cuius medio fons est magnus et ubertate profluus et lenitate praeclarus (25). huius in litore (est *addo*) arbor nobilis reliquas luci arbores proceritate praecellens. in huius arboris uertice haec auis diuersis pigmentorum generibus construit sibi nidum seu sepulchrum (77) insedensque in medio eius ore odoramenta adtrahit seque ex his tegit. tunc diuersis modulis incipit cantus suaues effundere ac de nido exiliens aquarum se undis inmergit. idem cum ter quaterque repetierit, ascendit iterum adtrahitque denuo super se odoramenta, quae detulit. emicante autem sole primum ei iubar ingerit igneum, adprehensoque nido tota integre concrematur. tunc puluis exustus ex se colligitur, in unam massam quasi in oui speciem conglobatur ac exinde iterum resurgens resumpta uita nutritur, nec cuiquam homini, dum implumis est, pascere cura subest (110), sed rore tantum caelesti nutritur et ad pristinam speciem reuocatur, et ipsius figurae his denique plumis eodemque colore reparata progreditur ut prius fuerat ante mortem. quod miraculum nostrae resurrectionis fidem adfirmat et manifeste ostendit qualiter homo luteus in pulueremque redactus iterum de ipsis fauillis tuba canente resuscitandus sit.'

732. *Post Rufinum de metris* (*p*, 2709—2715 *P.*) *et metrorum Horatianorum enumerationem:* Idem (*lege* Eisdem) metris pasiphens incipit fabulam (*fol.* 132 *r.*) *Pedum distinctiones ex V non mutatas addidi. Ed. pr. Binetianae lectiones adnotaui*, *ubi* Pasiphae fabula ex omnibus metris Horatianis 2 nouos *V*, *sed corr. m. pr.* 3 pratra *V* 5 thalasmi (*pro* thala|mi) *V*

| Non re|galis ho|nor, non | magni | cura mariti.
O	ptat in	formam	bouis
Conuer	tier	uultus	suos
Et Proe|tidas	dicit	bea|tas
Io	que lau	dat, non	quod Isis al	ta est,
Sed quod	iuuen|cae cor|nibus	frontem	† leuat.
Si quan	do mise	rae copia	suppetit,
Brachi	is ambit fera	colla	tauri
Flores|que uer|nos	cornibus	illigat
Oraque	iungere	quaerit ori.
Auda	ces animos efficiunt tela Cupi	dinis
Inlicitis	que gaudent.
Corpus inclu	dit tabulis	efficiens iuuencam,
Et amoris	pudibundi	malesuadis
Obsequi|tur uo|tis et	procreat	(heu ne|fas) bi|mem-
brem,
Cecropi|des iuue|nis	quem perculit	fractum	manu,
Filo	resol|uens Gno|siae	tristia	tecta do|mus.

6 hosnor, *corr. m. pr.*, *V* honos *R(eginensis Heinsii)* 8 uoltus *Bin.* 9 p|tidas *V* Praetidas *R*, *Bin.* 10 Isis alta est *om. Bin.* 11 qđ *V* iuuenca *Dousa* cornil *V* cornu *R* cornibus *ego* cor nihil *ed. Cruquii e V sumpta* cornua in *Bin.* fortē *VR* frontem *Bin.* in fronte eleuat *ed. Patisson.* 1587 eleuat *R* 12 miseres *V* 13 copias *V* 14 *fol.* 132 *u.* quae *V* 16 effeciunt *V* 17 iliceisque *Wernsdorf* gaudet *V Bin.*, *em. Bentleius* 18 includi *Dousa* effigians *Oud.* se faciens *Dousa* stabulis effigies iuuencae *Bin.* 20 uetis est *V* et est, *om.* procreat, *Bin.* bimembre *V Bin.* 21 Caecropidae *Bin.* fructum *V* manus *Bin.* 22 filio *V* gnosie *V* Gnossiae *Bin.* *Sequitur c.* 645.

CARMEN
CODICIS GVELFERBYTANI
AVGVSTEI 10. 3

733

B. V 143. M. 1079

Quis uolucrum species numeret, quis nomina discat?
Mille auium cantus, uocum discrimina mille.
Nec nostrum (fateor) tantas discernere uoces.
Hinc titiare cupit diuersa per auia passer,
Garrula uersifico tignis mihi trissat hirundo,
Accipitres piplant, longoque ciconia collo
Glottorat et ranas grandi rapit improba rostro.
Haec inter merulae dulci modulamine cantus
Zinzilat et laetis parrus nunc tinnipat aruis.
Faccilat hic uolitans turdus, gallina cacillat.
Dum miluus iugilat, trinnit tunc improbus anser.
Interea perdix cacabat nidumque reuisit.

733. *Titulo carent G* (*Guelf. saec. X fol.* 86 *r.; contulit Kleinius mus. rh.* 1868 *p.* 378 *sq.*), *C* (*Thuaneus* 8069 *s. X—XI fol.* 5 *v.*). 1 speties *C* numerat *G* dicat *Burm.* 3 tantis *C* 4 Hin *G* cipit *G* 5 uestibuli *Schenkl.* hir̃do *C* hyrundo *G* 6 plipliant (a *ex* u) *G* piplunt *C* pipant *edd.* longo *C* longoque *Burm.* longo ticiconia *G* 7 glottorat *an* gloctorat *incertum C* glotorat *G* crotalat *Schenkl.* grandie *C*

9. 8 *GC; transpos. Schenkl.* 9 merulus *Schenkl.* 8 zinzizat *G* tintilat *C* paruis *GC* 10 facilat *G* faccilat *C* ///turdus, ti *in ras.*, *G* 11 iugulat *C* iugilat *G*, *Burm.* inprobus *G*

Nunc cuculus cuculans cantus iterare perurget.
Nec minus interea pecudum genus omne ferarum
Musitat et proprias norunt animălia uoces.
Sic ululare lupos certum est hircareque lynces

. . . .

13 Ñ auculus *C* Nunc cuculus *G* cuculans *Kleinius*] cantans *GC* scottos *GC*] socios *Burm.*, cantus *ego* (cantus solitos *Sterkius*) iterire *GC*, *em. Burm.* 16 linces *GC*. *finem deesse puto. Ad hos uersus spectant hi Aldhelmi* (*Mai. auct. class. V p.* 569 *sq.*) *loci:* 'anseres trinniunt . . accipitres pip^{u}lant . . ciconiae grotolant . . ferae mussitant . . gallinae cacillant (cacinnant *G*) . . hirundines trissant . . lynces hyrcant . . lupi ululant . . milui iugilant . . meruli zinzilant . . passeres titiant . . parri tinnipant . . perdices cacabant . . turdi faccilant' *quos hic illic ex G ap. Kleinium l. c. correxi*

CARMEN

CODICIS PARISINI 7859

734

B. II 220. M. 845

Natus in excelsis tectis Karthaginis altae
    Romanis ducibus bellica praeda fui.
Descripsi mores hominum, iuuenumque senumque,
    Quicunque et serui decipiant dominos,
Quid meretrix, quid leno dolis et fingat auarus.
    Quae quisquis tentat, hic puto cautus erit.

732. *P* = *Parisinus* 7859 *Terentium continens, saec. X; cf. Terentius ed. Umpfenbach p. XXIV sqq.; fol.* 1 *v.* *Q* = *Parisinus* 3761 *saec. XIII.* Epitaphium Terentii *Q; sine inscr. P.* 1 at' *Q* excelsae *et* altis *Q Dedi ex P et cod. Medic.* 38, 15 *s. XV* Kartaginis *P* Carthaginis *Q* 4—5 *om. P, fort. recte* 4 Qũc (u supra) *Q* quīcunque *ego* qualiter *edd.* 5 et] quid *Pith.* et signat *Q* designat *uel* effingat *Buech.* et fingat *ego* 6 Que *P* ħ (Haec *edd.*) quicunque legit *Q* leges *et* eris *Fabricius* hic *ego* sic *libri* puta *P*

CARMEN

CODICIS BIBL. ANGELICAE

B. M. —

735

Versus in capite Sedulii scribendi

Romulidum ductor, clari lux altera solis,
Eoa qui regna tenes moderamine iusto,
Spes orbis fratrisque decus: dignare Maronem
Mutatum in melius diuino agnoscere sensu,
Scribendum famulo quem iusseras. hic tibi mundi
Principium formamque poli hominemque creatum
Expediet limo, hic Christi proferet ortum,
Insidias regis, magorum praemia, doctos
Discipulos pelagique minas gressumque per aequor:
Hic fractum famulare iugum uitamque reductam
Vnius crucis auxilio, reditumque sepultae
Mortis et ascensum pariter sua regna petentis.
Haec relegas seruesque diu tradasque minori
Arcadio, haec ille suo generi; haec tua semper
Accipiat doceatque suos augusta propago.

735. *Cod. bibl. Angelicae* '*saeculi circiter X*' *post Fulgentium mythologum plures uersus miscellaneos continet*, *in his sexto loco c.* 733 *hoc titulo* 'Versus in capite Sedulii scribendi.' *cf. Mignius patrol. t. XIX p.* 452. 773. *Non ad Sedulium*, *sed potius ad Probae Faltoniae aliosue Christianos centones pertinere uidetur.* Dedicatio ad Theodosium Augustum *uulgo.* 1 Romulei *cod. Bandinii* 2 Eoum *uel* Eoi *uulgo* Eoa *cod.* 5 iussisti *uulgo* 10 fructum *cod.*, *em. Buech.* fluctum *uel* fluctuum *edd.* 14 haec legat ille *Roscius* generi *edd.* semini *cod. fort. recte.*

CARMEN

CODICIS VALENTIANI 330 bis

736

Versus de diebus Aegyptiacis B. M. —

Bis deni binique dies scribuntur in anno,
In quibus una solet mortalibus hora timeri.
Mensis quisque duos captiuos possidet horum
Nec simul hos iunctos, homines ne peste trucident.
Si tenebrae Aegyptus Graeco sermone uocantur,
Inde dies mortis tenebrosos iure uocamus.
I Iani prima dies et septima fine timetur. VII
IIII Ast Februi quarta est; praecedit tertia finem. III
I Martis prima necat, cuius sub cuspide quarta est. IIII

736. *V* = *Valentianus* 330 *bis saec. X fol.* 35 *r., ex quo numeros in marg. addidi* *B* = *Bernensis* 441 *saec. X, ap. Sinnerum catal. Bern. I p.* 38 (*u.* 8—18) *E* = *Einsidlensis* 319 *saec. X, ap. Schmitzium mus. rhen.* 1868 *p.* 665, *ubi u.* 5—6. 1—4. 19—22. 7—18. *P* = *Parisinus* 2773 *saec. XI fol.* 94 *u.* (*u.* 1. 2. 7—19. 21) *T* = *Thuanei apographum Vaticanum* 9135 *fol.* 243 *saec. XVII, ap. Mommsenum CIL I p.* 411. *v* = *Valent.* 98 *s. XIII* (*u.* 7—18). *b* = *Bernensis* 418 *s. XIII—XIV* (*u.* 9—18): *mus. rh. l. c.* *be* = *Bernensis* 260 *s. XIV. v, b, be hic illic affero.*

Inscr. om. BEPv V͞S de dieb; egybtiacis *V* Versus de Aegyptiacis diebus ex u. c. biblioth. u. illustr. I. A. Thuani *T. Bedae in eius edd. tribuitur* (*cf. ed. Colon.* 1612 *t. I p.* 394) 1 Bis bini denique *E* 2 mortalis *m.* 1 *in mg. T* 4 Haec simul *T* homine, *om.* ne, *V* tr.] medicant *Bern.* 584 *saec. X ap. Sinnerum III p.* 431, *ubi u.* 5—6. 1—4. 7—18. 5 graio *id.* 6 tenebras *T* 7 et tercia *be* 8 frebrui *P* est *om. be* et praecedens *Hauptius* 9 sub *Bbe* sic *V* si *E* in *Pb* et *T* de *v*

X Aprilis decima est, undeno et fine minatur. XI
III Tertius in Maio lupus est et septimus anguis. VII
X Iunius in decimo quindenum a fine salutat. XV
XIII Tredecimus Iulii decimo innuit ante kalendas. X
I Augusti nepa prima fugat de fine secundam. II
III Tertia Septembris uulpis ferit a pede denam. X
III Tertius Octobris pullus decimum ordine nectit. X
V Quinta Nouembris acus, uix tertia mansit in urna. III
VII Dat duodena cohors septem inde decemque Decembris. X
His caueas, ne quid proprio de sanguine demas.
Nullum opus incipias, nisi forte ad gaudia tendat.
Et caput et finem mensis in corde teneto,
Ne in media ima ruas, sed clara per aethera uiuas.

10 arilis *V* aprelis *P* decimo *Tvbe* ẽ *V* undeno *VEPTv* undena *B* et *VBE* a *PTv* quindeno a *be* ast *Hauptius* 11 in *BTv* ex *V* Maio t̃tius est lupus est et *EP* 12 in d.] undecimo *Bbe* salute *B* 13 Iuli *T* (?) decimum *b* kt̃ *V* 14 sođam *V* secunda *Tv* 15 sẽtẽbris *V* uulpis *EPTb* uulpes *V* uolpis *v* cuspis *Hauptius* feret *E* pude *B* pde *P* dena *T* 16 Marcius october *B* pullus *VB*(*P* ?) gladius *ETbe*(*P ?*); *om. b* decem in *VB*(*P* ?)] decimum *ET* decimus in *b* necti *B* 16. 17 *libere mutat v.* 17 Qunta *P* acus (ac̉ *V* auis *B*) *libri* nix *om. b. num* Q. N. cuspis? uru *V* ulna *b an* inulta? 18 Hac *T* Ac *Haupt.* duorum *B* coors *P* choors *be* december *Bvbe* 19 de proprio *E* 21 capud *P* ac *V* et *EPT* timeto *P* 22 Nem media *V* Ne in media *E* Ne in medio *T* sed clara *ET* sydara *V* ethera *V*

CARMEN

CODICIS PARISINI 7533

737 B. M. —

Me legat, antiquas qui uult proferre loquelas;
Me qui non sequitur, uult sine lege loqui.

737 *in cod. Parisino* 7533, *contulit Bursianus. In Bernensi uetusto Bedae Sacerdotis qui dicitur libellum grammaticum praecedit* (*ubi* loquellas), *cf. mus. rhen. XXIV p.* 111. *Nescio an vetus sit.*

CARMINA
CODICVM SAECVLI X–XI

CARMEN
CODICIS VOSSIANI FOL. 12

B. M. — 738

Qui modica pelagus transcurris lintre Maronis,
Bis senos Scyllae uulgo caue scopulos.
Sed si more cupis nautae contingere portum,
Carbasus ut zephyris desine detur ouans.
Tumque salis lustra reliquos ope remigis amnes.
Sic demum cymbam portus habebit opis.

738. *Ex codice saec. X—XI Seruii in Bucol. comm. continente ed. L. Muellerus mus. rh. XXIII p.* 657. 2 scillę *cod.* 4 da sinuetur *non uult proponere Buech.* 5 Tuque *Muellerus*

CARMINA
CODICIS PARISINI 8069
OLIM THVANEI

739

B. M. —

'Rauca sonora
Languida uoce
Tibia nostra
Est, pater' inquam,
'Ast gerit ora
Fusca colore,
Tristis abunde,
Flens modo serta
Forte dirempta.
Nam rosa mollis,
Fragmina lanae,
Lilia clara
(Singula quaeque
Quid memorem nunc?),
†Nectara mixta
Plurima sunt hic.
Perfice, uelle
Vt queat illud
Psallere uoto'!

C = codex saec. X uel XI. 739. *C fol.* 1—2. *Ed. Quicherat bibl. de l'école des chartes IV t. III p.* 353. 1 rauco *C* 5 Ac *puto* 7 habũde *C* 8 flẽs $\overset{o}{\text{m}}$ seieta *C*, *corr. Quich.* 9 dirẽpta *C* 11 fracmina lane *C* 12 clana *C* 13 *sq. post* 22 *ponit Buech.* 13 Pinguia *C*, *correxi* queq: *C* 15 nectare *Buech.* Serta (*uel* Ecce) reuulsa *uel* retexta *puto* 24—26 *huc transposui.* 24 *num* belle? bellae *Buech.* 26 *num* uoce?

'Sed mihi' Bacchus
Inquit 'abest, heu!
Conficiatur
Vnde phonascus,
Quo medicata
Viuida passim
Carmina fingam,
Larga potestas.'

740

B. II 178. M. 256

ALCIMI

de Vergilio

De numero uatum si quis seponat Homerum,
  Proximus a primo tunc Maro primus erit.
At si post primum Maro seponatur Homerum,
  Longe erit a primo, quisque secundus erit.

741

B. V 126–128.
M. 1066–1068

De libra et partibus eius

Libra uel as ex unciolis constat duodenis.
Vncia de libra linquit subtracta deuncem;

17 $\overset{i}{\text{m}}$ baccus *C*   18 ab÷ *C*   19 20 fonascus *C*

Praecedunt uarii uersiculi, quos medio aeuo tribuo, uelut hi:

Nescit saeuus amor frenum racionis habere,
  Lumina caecatur, prona petit iugiter.
Non cernit, quod pergat iter. quo calle feratur:
  Incertus graditur, uelle sequens proprium.
Instet si (si *om. cod.*) gladius, magni si causa pericli,
  Dampna et iam rerum dedecus atque labor:
Nil hinc decernit, nil certa discutit aure:
  Quod placet, hoc sequitur, quale sit haut reputans.

et hi:

Si nostram, frater, festucam tollere quaeris,
  Robora (robore *cod.*) de proprio lumine tolle prius.

740. uirgilio *C*   4 seds *C*. — 741. De libra et partibus eius *G* (*Paris.* 12117 *olim Sangerman.* 434 *saec. XI*, *contulit Bursian.*), *om. C* (*fol.* 7) *P* (*Paris.* 7461 *saec. XIII*). 1 Libralis as *G* as ł uncioł *C*   2 Vncia est de *G* linquet *P*

Et sextans (hoc est eadem geminata) decuncem;
Hinc quadrans (haec scilicet ipsa ter aucta) dodrantem;
Inde triens, ipsius quadruplicatio, bessem;
Quincunx septuncem, quae sat sua pondera produnt;
Semis semissem, medium dum diuidit assem.
Nec uacat unciolae mediam sescuncia iungens.
(1) Vncia uiginti scripulos et quattuor ambit.
Dimidium stater ac semuncia dicitur eius.
Terna 'duae sesclae' pars est eademque 'duella'.
Quarta siclus uel sicilicus uel denique sicel.
Sextula sexta modo solet et modo sescla uocari.
Octauam appellant dragmam uel rarius holcen.
Et duodenariam mediam sesclam uocitarunt.
Vigenam quartam scripulus seu gramma retentat.
(1) Vnus item scripulus calcis componitur octo.
Dimidium scripuli est obolus, pars quarta cerates;
Hinc fingi sextam placuit siliquamque uocari.
Vltimus est calcus ciceris duo granula pensans.

3 eadem *om.* *P* deuncem *GC* 4 Hic *C* ter aucta *Buech.* nt acta *C* tetracta *G* ter acta *P* ter apta *Schenkl* 5 bissem *CP* bisse *G* 6 Q~ncunx *C* Quincus *G* Quincust *cum obliquo ductu per* st *P* septus est semis .ς· quę sat *G* septunsem *P* qui *Hultsch.* 7 mediõ *C* cum *Hultsch* diuidat *P* 8 Hec *C* sexcuncia *P* secuntiam *G* secuncia *Burm.* De uncia et partibus eius *G* 9 XX *P* scriplos *Schenkl* quatuor *P* 10 stat̃ *P* staterae *Burm.* semuntia *G* 11 duo *G* par *G* 14 octauant *C* olcem *C* olcen *PG* 15 sesolam *P* 16 scripulum *P* retentant *GP* De scripulo et partibus eius *G* 17 idem *G* calus *C* calcis *PG* 18 est *om.* *G* ceratos *G* 19 Hic figni *C* Hic sextam fingi *PG* uocare *C* 20 pensens *P*. *Extat etiam in Vossiano oct.* 15 *saec. XIII.*

CARMINA

CODICVM SAECVLI XI

CARMINA

CODICVM CLAVDIANEORVM VATICANI 2809 ALIORVMQVE

742

B. VI 87. M. 1143.

Epithalamium Laurentii

. . . .

. . . .

In primis te sponse precor: patiare canentem,
Teque puella magis: tacito mihi crimine parcas.
Scimus enim, scimus uobis nunc carmina nostra
Doctiloquique etiam linguam sordere Maronis.
Sed breuiter strictimque duos dicemus amantes,
Materiesque licet plus quaerat, pauca loquemur.
    Principio generis simili uos stirpe creatos

V = *Vaticanus* 2809 *Claudiani cod. saec. XI, carmen* 742 *post libros in Eutropium exhibens; ex collatione A. Wilmannsii a L. Muellero mus. rhen. XXIV p.* 126 *sqq. publicata.* (*V** = *idem codex ex coll. N. Heinsii qui saec. X adscribit Burmanniano Claudiano p.* 1007 *sq. inserta*) *M* = *Ambrosianus cod. Claudiani saec. XII, cuius apographum Heinsianum L. Muellerus descripsit mus. rh. XXII* 83 *sqq. accurate factum teste Nisseno ib. XXIV* 127. *Continet c.* 742 *post epistolam ad Probinum. C* = *Cuiacianus Claudiani, ex ed. Clauerii* (*Paris.* 1602) *passim notus. v* = *Vaticanus* 9135, *a* = *schedae Diuionenses: utrumque ex C deriuatum. Ordinem fere sequor in v seruatum.*

742. *Lacunam in initio agnouit Burm.; reliquas V*(*M*) *indicant.* 1 Imprimis *M* 2 carmine *VM, em. Wernsdorf* 4 solidare *VM, em. idem* 6 Materiesque *Buech.* Maiaque *L. Mueller* Maria *VM, deinde* e que licet *V** que////et *V m. pr. hodie. Lacuna inter* Maria *et* plus *M* 7 nos *M, Clauerius qui* Principio — patris *ex C exhibet.* uos *V*

Florentis Floriqne patris sat nomina produnt.
Matribus et pariter respondet fetus uterque.
Nam decuit Mariam sapientem fundere [natam]
Calliopenque simul iuuenem proferre to[gatum].
O similes multumque pares! te prima iuuentus
Insignem uegetumque tenet. nam nuper [ad aras]
Florigeras plena incedens lanugine malis
Mollia uotifero dempsisti uellera ferro.
Egregio fulges cultu totusque decorus
E facie mores patriamque ex nomine pandis.
Nam quae primates quondam genuere Latinos
Antiquaeque urbi proprium tribuere uocamen,
Dant tibi, Laurenti, Laurentes nomina nymphae.
Quid memorem mores iuuenili in corde seniles
Atque Italum ingenium Romana feruere lingua?
Tu fora, tu leges celebras sanctumque tribunal,
Promptaque [et] impauidus tu suetus dicere dextra.
Te palmam insontes semper tenuere patrono,
Te contra adstantem semper timuere nocentes:
Prorsus habes iuuenis totum, quod Tullius auctor
Causidicos retinere iubet. nam fultus utroque
Vir bonus es nimium, fandi pariterque peritus.
  Ad te nunc breuiter (nam sic te uelle putamus)
Verba, puella, feram. pulchro formosa colore
Lilia ceu niteant rutilis commixta rosetis,
Sic rubor et candor pingunt tibi, Florida, uultus.

8 Florentis *V* Clauerius* Florenti *VM* patrum *Hauptius* prodet *VM* 9 faetus *VM* 10 Maiam *Muell.* natam *add. idem* Musam *Haupt.* 11 Calliopemque *M* to *V*, *om. M* togatum (*i. e. patronum*) *scripsi* (*ann. phil.* 1868 *p.* 707) 13 nam nuper *V*, *om. M* ad aras *add. Buech.* 14 florigenas plenaque decens *VM*, *correxi* malas *VM* malis *ego* 15 demsisti *V* 16 fulgens *Muell.* 17 Et *VM* faciem (et *hic add. m. rec.*) mores *V* pandens *VM* pandis *ego* 20 dat *M* nomine *M* 21 in *del. Muell.* 22 ithalum *M* 24 et *add. Muell.* 25 Te insontes palmam *VM*, *em. id.* 26 stantem *Muell.* 29 es *VM* et *V** fandi pariterque (*sic V*; paterque V*) peritus *V*, *om. M* 30 At *VM* nunc *V* non *M* 32 rident *Muell.* conmixta *V** 33 Florida *nomen puellae puto*, *cf. u.* 20

Denique miramur, quod colla monilia gestant,
Ex umeris frustra phaleras inponis eburnis.
Nam tibi non gemmae, sed tu das lumina gemmis,
Atque alias comit, per te quod comitur, aurum.
Eloquii scriptique tenax ueloxque legendi,
[Et] tamquam talis fueris praesaga mariti,
[Haec] Musea tuis insedit cura medullis.
Nec minus in propriis studium. nam uellera lanae
Textilibus calathis semper tractare perita
Inque globos teretes coeuntia uellere pensa
Compositas tenui suspendis stamine telas,
Quas cum multiplici frenarint licia gressu
Traxeris et digitis cum mollia fila gemellis,
Serica Arachneo densentur pectine texta
Subtilisque seges radio stridente resultat.
    Sed iam sufficiat de magnis pauca locutum.
Non sinit hoc tempus totas nunc pandere laudes.
Quin magis o pueri uosque exaudite puellae,
Quos optare pares thalamos taedasque iugales
Sensibus ex imis suspiria ducta fatentur,
Consertas prensate manus magnumque per orbem
Dextra liget laeuam, festos celebrate hymenaeos
Ac modulate melos, pariter quasso pauimento
Cum pede uox resonet! persultent atria longa,
Quae uirides cingunt hederae laurique coronant

34 quid *et* gestent *M* 35 Atque *Buech. fort. recte* humeris *VM* faleras *VM* suspendis *Burm.* eburnis *V*M* (?) eburnas *V* 36 Non tibi nam *V* 37 quod comitur *ego; sic et Muell.* componitur *VM* 38 Eloquii *Heinsius* (es *addendum puto*) Aloqui *V*, *om. M* Docta loqui *Buech.* 39 Et *add. Heins.* tamquam *V*, *om. M* 40 Haec *add. Muell.*, Iam *Buech.* musea *V* Musae sancta *item Buech.* 42 galathis *V* traxere *M* 43 ueteres *M* teretes *V*, *Burm.* uellera *VM* péctere *Muell.* uoluere *Buech.* 45 frenarunt *V* f'narunt *M* 46 cum *V* tum *M* 47 araneo *V* densentur *VM* 49 sufficiant *M* loquutum *VM* 50 Nec *V* Non *M* totos effundere uires *M; dedi ex V* 52 quas *V* 53 eximiis *V*, *corr. m. rec.*, *M* 54 pensate *M* pressate *Buech.* 55 festos *V* fastos *M* 56 modulante *VM* quasso *ego* cesoque *VM* caeso *Heins.* pauimento *id.* pauinto *VM* paumento *Haupt.* pauito *Muell.* 57 Compede *M* larga *VM* longa *V**

Votigerique ignes, stellantia lumina, complent!
Tympana, chorda simul, symphonia, tibia, buxus,
Cymbala, bambilium, cornus et fistula, sistrum,
Quaeque per aeratas inspirant carmina fauces
Humida folligenas exclament organa uoces!
Surge age iam iuuenis, dextram conplectere sponsae,
Tuque puella, caput niueo uelamine tecta,
Non cunctante gradu gressum comitare mariti.
Teque etiam paucis moneamus, pronuba, uerbis.
Cum fuerit uentum ad thalamos primumque cubile,
Sit tibi cura ingens innoxia reddere membra
Virginis, ut totum quod possit laedere demas.
Nullum sit capiti, quo crinis comitur, aurum,
Nec collo maneant nisi quae sunt laeuia fila,
Anulus et digitis tollatur mollibus asper
Ac niueos auro propera spoliare lacertos,
Ne, dum proludunt atque oscula dulcia iactant
Exercentque toris Veneris luctamen anhelum,
Iuncta per amplexus foedentur membra mariti
Atque inuita uiri maculet, quae diligit, ora.
Ite pares tandemque toro recubate potito.
Mellea tunc roseis haerescant basia labris
Et compressa suis insudent †pectora membris
[Per] niueosque umeros collumque per os . . . .

59 ignis *Muell.* limina *Heins.* 60 timpana *M* corda *V*M* chorda *V* symponia *M* 61 bambilium *V* bambalium *M* bombalium *Burm.* sistrum *M*] si *V* 62 erratas *M* eratas *V* aeratas *Haupt. num* exspirant? uoces *VM* fauces *Haupt.* 63 Humida *V* Huĩa *M* folligeris *VM*, -genis *Burm.* exclamant *VM* uotis *V** uocis *VM* folligėnas *et* uoces *ego* 67 Tuqne *et* monearis *M* 69 ingens *M* uigens *V* menbra *V* 71 quo cirrus *V** 72 maneant *V* iaceant *M* mollia *V* laeuia *M* filo *V** 73 Annulus *V et V** (?) *u.* 73 *adfert Aldhelmus p.* 288 *Giles, ubi* et} e 75 Ne *V* Nec *V*M* proludunt *ego* faro ludum *V*, *om. M. possis et* ambo *uel* intra *uel* iam ludunt 77 Cuncta *VM*, *em. Muell.* fędentur menbra *V* 79 thoro *V*M* petito *Muell.* 80 *ter adfert Aldhelmus* labia labrís *Aldh. p.* 43 *et* 306. labra labellis *id. alibi* 81—82 *om. M*, *lacuna indicata.* 81 corpora *puto* menbris *V* uinclis *Buech.* 82 Per *add. m. rec. V* humeros *V* 82 cultumque *V** collumque *V* que genasque

Dextera ceruicem roseam subiecta retentet,
Turgentesque simul constringat laeua papillas.
Viuite felices quam longaque carpite saecla.
Viuite concordes, donec premat una senectus
Vestrorumque habeant natorum uota nepotes.

743

De Isidis nauigio

B. M. —

Isi o fruge noua quae nunc dignata uideri
  Plena nec ad Cereris munera poscis opem
(Nam tu nostra dea es nec te deus ipse tacendi
  Abnegat, expertus quis tua uela ferat:
Namque tibi Zephyrus fauet ac Cyllenius ales),
  Ne nostra referas de regione pedem.

744

De lauacro

B. III 50. M. 927

Qui splendere cupis claro tenuique lauacro,
Pontica succedas in balnea nobilis undae,
Quam nec Alexandri mater sub sole cadenti
Emeruit; non sic uaria se adspergine Bais
Effundat per aperta latex e sedibus imis
Cum Syrio unguento, cui semper roscidus humor
Hic femora et suras et brachia molliter ambit
Et rigat †in pluuiam sensimque ad colla resultans
Tangit odore leui et grato spiramine nares
Lenis et externas admittere nescius artes.

add. Heins., que caputque *m. rec. in V* per oscula manent *Muell.* 83 roseam *V* niueam *M* 84 Stringentes *M*, *recte V et Wernsd.* 87 Multorumque *M*, *correxi* Vestra, *praemisso m. rec.* donec, *V* Et iam *Muell.* habeant *V* hãnt *M* uota *V* iura *M.* — 743. De Isidiae nauigio [uel Isidis] *v. Solam inscr. in C* De Igidae nauigio *Clauer. exhibet; in a deest.* — 744. *Extat in (C)av. satis obscurum.* 3 *Buechelerus confert Lamprid. uit. Alex.* 26, 9. *Constantinopoli factum conicit.* 4 aspergine *a* si *et* Caii *v*, *em. Buech. sed et* gratus *idem et* talis. 5 operta *a* 6 semper cui *v* cui *post parenthesin u.* 3—6 *ad* undae *refert Buech.* 9 leni *v* 10 ortes *a*

Huc ades o Florens et festa luce relaxa
Mentis onus nebulasque fuga, quae frontis honorem
. . . .

B. I 25. M. 576

745

De uinalibus

Non tibi uina placent, o insanabilis hospes,
Nec mens est Thebana tibi, licet aggere celso
Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes.
Vertice de Nysae perlustrans rura Lyaeus
Transiit inpleuitque uias nigrantibus uuis.
Musta sibi posuit pater et non tempore ab illo
Desierunt haec sacra coli, uatumque sonoro
Carmine Mincius et strepuit circumsita ripa
Fluminis Etrusci, quem non aequabit Orontes.

746

B. III 276. M. 926

De Cythera

Forte erat Aurorae tempus Solisque quadriga
Fecerat et uentum et sonitum per nobile † marmor
Adstantis pueri, cum te, mea bella Cythere,
Aspicio uenientem et tu mea limina grato
Introitu dignata rosas et lenis amomi
Delicias miras tecum adlicis, unde secutae
Palladis et frondes † nulliusque inscia laurus.
Atria nostra uirent et agunt in limine primo
Radicem platani. ad portam uenit arbutus ipsam.
Felix † multa arbos, imitans miracula Pindi,
Quam non delebit liuor nec sera uetustas.

11—12 *separat Buech.* *post* 12 *lacunam indicat a.* — 745. *Extat in (C)av* 3 *num* fulsisse 4 nisae *va* per rura et nostra *a* pernostra rura *v*, *em. Buech.* liaeus *v* 5 impl. *a* 6 poscit *Oudend.* 7 desierant *va, corr. Schrader* 8 tremuit *a* strepuit *v.* — 746. *In (C)av extat* 2 aduentu *Schrad.* marmor] *num* carmen? 3 astantis *a* 4 aspicio *v* agnosco *a* 6 allicis *a* sequutae *a* 7 *num* et fulminis inscia (*cl. Plin. h. n. II* 146. *XV* 134)? 8 'ageus c. p.' *a in mg.*, *v* (agunt *v in mg.*) limite *v* 9 ipsa *Buech.* 10 alta? laeta? culta *Buech.* 11 'Quae c. p.' *a in mg.*, *v* (quam *v in mg.*)

O iucunda nimis, tenui quae uisa poetae,
Dum credis uitium non auscultare Camenis.

747

De cereo B. V 190. M. 1120.

Flora uenit. quae Flora? dea an de gente Latina?
Non reor; at Chloris dicta per arua fuit.
Huius in aduentum radiant de nocte lucernae,
Nam nitet atque hilarat lumine cuncta suo.
Cerea materies apibus debetur amicis:
Floribus atque hortis sit precor aequa meis,
Non ut mel rapiam, cuius non tangor amore,
Sed cera in talem fiat ut alba diem.

748 B. V 147. M. 1083

De aquila, quae in mensa de sardonyche lapide erat.

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,
Quam floris distinguit honos, similisque figura
Texitur: inplumem mentitur gemma uolatum.

749

Laus Martis B. 1 26. M. 585

Mars, pater armorum, fortissime, belligerator,
Esto uolens, mitis, facilis, deus esto benignus.
Sic tibi post pugnas et pastos sanguine campos
Amplexus tribuat uincli secura Cythere.

12 comes *Buech.* 13 camoenis *a.* — 747. De cereo *va* flore *add. al. man. in a. Extat in* (*C*) *av. post* 5 *duos uersus deesse putat Buech.* — 748. De aquila *Cv, carmen om a.* Quae in mensa de sardonyche lapide erat, *linea praecedente uacua, V* (*M* ?). *Uterque titulus coniungendus est.* 1 iuuatur *Clauer.* (*C* ?) 2 florum *Cv* similique *Cv. dedi ex V*(*M*). — 749. Laus Martis *V*(*M?*) *Clauer.* De Marte [uel ad] *v* Ad Martem *a* uersus rhopalicus (rophalitus *v*) *add. va* 1 belligerantum *av* belligerator *VM* 2—10 *tantum in VM extant* 4 tribuat *V* tribuit *M? edd.* uinclis *V*, (*M?*) *corr. Heins.*

Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere
Incutis e uultu radiantia lumina ferro.
Te thorax galeaque tegunt, non quo tibi terror
Hostilis subeat, sed quod decor exit ab armis.
Tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,
Inmugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.
Da reditum nobis, patriam repetamus ouantes.
Sic tibi lasciuae celebrentur in urbe kalendae.

750

B. M. — **De Iunonalibus**

[Sancta] poli domina, cui uincla iugalia curae,
[Supr]emi caeli regis coniunxque sororque,
[Da re]ditum nobis. sic regnum transeat orbis
. . . .

751

B. I 21. M. 574 **De Liberalibus**

Lenaee uitisator Bromie Semeleie Bacche
Thyrsitenens bimater trieterice Nysie Liber
Flos Ariadnaee † coriatice laete Thyoneu!
Da reditum nobis. sic totis dulcia riuis
Musta fluant spumetque cauis uindemia labris.

6 e *V* (*Bu. p.* 1008) a *id.* (*B. p.* 23) cultu *et* ferreo *Heins.* 7 torax *V* galeae *V Burm. p.* 1008 galea *id. p.* 23 cassisque *Mey. potius* ocreaeque. 8 exit ab armis *om. M* 9 pulsati *M?* clypei *V* 11—12 *tantum in V extant. In M post* 10 *quattuor uersuum lacuna est.* 11 nobis reditum *V, transposui.*

750. *In solo V* (*Burm.* 1008. *L. Muell. mus. rh.* 1869 *p.* 323) *extat. Vncis inclusa suppleta sunt* 4 Ad tibi dilectas Tyriae Carthaginis arces *suppl. Muell.* — 751. De Liberalibus *V*(*M?*) De Baccho uel ad Bacchum *a* De Baccho [uel ad Bac.] *v* Laus Liberi *Clauerius. metrum corruptum.* 1 Lenaee *V* Lenee *M* Lenis *Cav* uitis sator *V* bromie semeleie *V*(*M ?*) proles semeleia *Cav*(*M?*) *u.* 2. 3 *om. Cav* thirsitenens *M* bimater — thyoneu *om. M* liter *V*, 3 ariadene *V p.* 1008 'Corybantice *an* Curetice?' *Buech.* 4 riuis *V* uerbis *Cav; incertum M* 5 *dedi ex V.* (musa *V p.* 1008) Mella *M, rell.* que cauis *V, om. M et rell.* totis spumet *Cav* prelis *Barth. cf. Verg. Georg. II* 6.

752 B. V 146. M. 1082

De hippopotamo [et crocodilo]

Vtraque fecundo nutritur bellua Nilo:
 Quaeque necat morsu quaeque sub ore fremit.

753 B. V 192. M. 1122

De Dulcio

Suaue tibi nomen; sed si te talia tangunt,
 Moribus atque animo postea dulcis eris.

754 Panegyricus Aniciorum
755 De hirundine
756 De uitulis marinis
757 De paupere singulari
758 De ape

759 B. M. —

De zona missa ab eadem Arcadio Augusto

Stamine resplendens et mira textilis arte
 Balteus alipedis regia terga liget,
Quem decus Eoö fratri pignusque propinqui
 Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.
Hoc latus adstringi uelox optaret Arion,
 Hoc proprium uellet cingere Castor equum.

752. *Extat in VMCav.* (Incipit *add. V*) de hippo (hyppo *v*) potamo *Vva* et crocodilo *add. Clauer.* 1 Vtraque *VM* Vt quae *Cva* faecundo *Va* 2 necat *Cva* uorat *VM.*

753. De Dulcio *Vav* Nectareo dulces muro cinguntur arenae *nil amplius VM* (*Burm. p.* 1003). Suaue — eris (*C*)*va.*

754—758 *extabant in C.* Aniciorum *L. Muell.* amicorum *C. Hodie non extant.* — 759. Idem de zona *sqq. V, in quo et M et schedis Gudii solis hoc ep.* [*Claud. ep.* 21 *Burm.*] *post Claud. ep.* 20 *legitur; in aliis omnibus deest.* (Idem *i. e.* Item. Eadem *est Serena*). 2 ligat *M Gud.* 3 Quod *M Gud.*

B. III 233. M. 998.

760

Marcus amans puerum natum mentitur amare
Vultque pater dici nescius esse pater
Et pietate nefas et amorem uelat amore.
Se pietas umbram criminis esse dolet.
'Nate' dies audit, nóx et torus audit 'amice',
Et pro temporibus nomina mutat ei.
Stulte, quid ignaro non dicit Cynthia fratri,
Ne credas nocti digna latere diem?
Qui 'puer' est, hic 'filius' est: a lumine primo
'Filius', a thalamis incipit esse 'puer'.

760. *Binetus ed. Petron. p.* 125 *Dous.* 'Epigrammata . . . Claudiani in lucem deponam. Verum huius, credo, auctoris adscribam et illud, quod ad manum fuerit ex V. C. Cuiaciano.' *sequitur c.* 760. 5 totus *C*, *corr. Binet.* 6 ei] amor *Patissonius* 7 cincia *C*, *corr. Bin.* 8 *num* nocte? noctis furta *Dousa* dicta *Buech.* 9—10 *separat Buech.* 9 puer *Meyerus* pater *C* hic *Patiss.* huic *C* limine *C*, *corr. Pat.*

CARMEN

CODICIS PARISINI 12117

761

B. M. —

Haec pictura docet quicquid recitauit Hyginus
In septem quinis describens sidera signis
Ad caeli terraeque globos in mole rotundos.
Mallem prorsus opus solidis insigne figuris,
Quas nequit in plano similes expendere quiuis,
Dum lateant inter quaedam curuisque profundis.
Nam borealis apex arctos conplexus et anguem
Arctophylaca tegit nec non simulacra coronae,
Engonasinque, lyram, cygnum ceu Cassiepiam,
Cuius adest pedibus coniunx et filia dextris.
Perseus inde gener, tunc est caprarius, inde
Deltoton, equus ac delphin, aquila atque sagitta,
Anguitenens, aries, taurus, cum Castore Pollux
Et cancer, leo, uirgo, suis cum scorpio chelis,
Arcitenens tandem, capricornus et urnifer inde;
Piscibus extremus locus est quem signifer explet.
Primus in austriuis Orion partibus exit,
Tum lepus est et utrique canes Argoque triremis,
Hydrus, Centaurus, sed et ara et piscis enormis,
Pistrix, Eridanus: sic sphaerae finis habetur,

761. *P* = *codex*, *olim Sangerm.* 434, *saec. XI*, *fol.* 138 *r.*
1 yginus *P* 6 intus *Bursianus* (*ann. philol.* 1866 *p.* 786 *sqq.*) 8 Artophilaca *P* simulachra *P* 9 liram. cignum. seu *P* 11 inde] ille *P* 14 tum *P* cum *Burs.* 15 urniger *Burs.* 16 extremis *P* 19 Hidrus *P* 20 heridanus *P* sperae *P*

Quam gemini findunt aequa sub sorte coluri,
Se tangendo polis dum zonas quinque pererrant.
Has hinc inde sibi diuersa parte coaequat
Linea quae scindit medios utrosque coluros.
Torrida zona duas circa se a frigore seruat;
Nam zonas similes aequales dicimus esse
In caeli terraeque modo Cicerone magistro.
Vertex alteruter terdenis partibus a se
Semper abest circumque facit sex undique sumptis;
Tum quinas utrimque feret habitabilis ora.
Aequidies capit octonas hinc, inde quaternas.
Corpora signorum circis resecantur eisdem.
His super esse ferunt caelo cuicumque notandos,
Quorum primus inest qui candidus extat in astris
Obliquo caeli portas discrimine tangens;
Alter ubique uagus graece uocitatur horizon.
Solus eget terrae spatiis ut limes in astris
Dimidium sphaerae momentis omnibus abdens.
Ergo decem circis totus uariatur Olympus,
Ex quibus ille latet semper qui dicitur austri,
Cum nobis numquam lateat qui continet arctos.
Inter utrosque tamen quod hinc leuat, occidit illic.
Arcticus his signis finitur circulus: extra
Laeua Bootis inest cum dextro poplite flexo
Herculis innixi pedibus, umeris quoque Cephei;
Tum siliquastrensis tangit confinia basis.
Solstitialis et hoc signorum limite constat:
Arcturus lapsusque genu, Cepheia coniunx,
Anguiger oblongus, curui quoque sinciput anguis
A superis tanguntur eo cum coniuge Persei
(Cui tamen arctophylax est in contraria uersus
Pegaseo uinctae medio) pedibusque marito
Qui sectus laeuo cubito cum crure sinistro

21 iemini *P* 26 esse] est *P* 34 inest] is est *Burs.* 36 orion *P* 37 spaciis *P* 38 sperę *P* 39 olimpus *P* 45 iunexi *P* humeris *P* cepei *P* 47 Solsticialis *P* 49 anguis] an. *P* 51 artophilax *P;* caput et thorax *Burs.* 52 iunctae *et* mariti *Burs.*

Heniochi caput ut currens ex puluere foedat;
Ille tamen quasi lora tenens pede cornua tauri
Deprimit ac geminis traiectis denique collis
Inter aselliferi consurgit lumina cancri,
Currens per pectus, uentrem lumbosque leonis
Perque caput dextramque alam uolitantis oloris.
Qui lucis noctisque pares dat circulus horas
Arietis ima pedum recipit uestigia primum
Semibouisque genu praecidit et inguinis eius,
Vltima quem fudit putens urina deorum;
Sustinet et geminos flexus ex ore draconis,
Exit et a genibus longo serpente ligati,
Postquam chelarum longissima brachia pressit;
Tum Ganymedeae raptricis transilit alam
Pegaseamque iubam dirimens ex ordine pisces.
Quid hiemalis agat signorum corpora scindens
Decollatus eo nouit qui spicula mittit
Piscinusque caper, nec non lymphaticus auspex
Et pistrix, fluuius, lepus et leporarius adsunt,
Finditur et puppis, Centauro terminat orbis.
Vltimus auersus boreae †sua sua dindima
Manibus ostendit fluuio finitus et Argo,
Centaurique pedes postremos tangit et aram.

54 fedat *P* 62 Semis bouisque *P* 67 ganimedee *P* 71 limphaticus *P* 74 sua sidera in (*uel* ad) ima *Burs.* sua signa *inesse puto* 75 *num* finitur?

CARMEN

CODICVM BRVXELL. 1828. VINDOBON. 317. MONAC. 14505

B. V 143. M. 233 **762**

Dulcis amica ueni, noctis solacia praestans;
Inter aues etenim nulla tui similis.
Tu, philomela, potes uocum discrimina mille,
Mille uales uarios rite referre modos.
Nam quamuis aliae uolucres modulamina temptent,
Nulla potest modulos aequiperare tuos.
Insuper est auium, spatiis garrire diurnis:
Tu cantare simul nocte dieque soles.
Parrus enim quamquam per noctem tinnipet omnem,
Sed sua uox nulli iure placere potest.
Dulce per ora sonat quam dicunt nomine droscam,

762. *B* = *Brux. saec. XI fol.* 1 *r.* *V* = *Vind. s. XI.* *M* = *Monacensis* 14505 *s. XI. Schenklium* (*Berichte d. kais. akad. XLIII* 1863 *p.* 64 *sqq.*) *sequor*, *in B etiam Noltium.*

A. Schottus 'in antiquissimis membranis' ita repperit, *ut pro u.* 1. 2 *ponantur u.* 45. 46, *u.* 3 *sit* Nam philomela canit uoc. discr. mille, *u.* 4—7 *desint*, *u.* 8 (*ibi* 4) *sit* Et cantare simul nocte dieque potest (*Schott. obss. hum. II* 52). — *Albi Ouidii Iuuentini esse Goldastus mentitur.* — *Vulgatam*, *quae licenter corrupta est*, *omitto.*

Inscr. om. VM De philomela *B*, *cf. bulletin de l'acad. de Brux. X* 1843 *p.* 49; *sed om. teste Noltio* 1 solatia *libri* 5 nam cantus *B* 6 aequiparare *M* 7 in..p *B* spaciis *VM* sp . . us *B* 8 soles n. d. simul *B* *u.* 9 *sq. delet Schenklius* 9 parus *M* quanquam *B* quamuis *M* tinnibet *B* 10 Set *B* Vox eius *Schottus* iurae *B* 11 per ora *BV* pelora *M* dicunt quam *V*

Sed fugiente die illa quieta silet.
Et merulus modulans tam pulchris zinzitat odis,
Nocte ruente tamen cantica nulla canit.
Vere calente nouos componit acredula cantus
Matutinali tempore rurirulans,
Dum turdus trucilat, sturnus dum pusitat ore,
Sed quod mane canunt, uespere non recolunt.
Cacabat hinc perdix et graccitat improbus anser,
Et castus turtur atque columba gemit.
Plausitat arborea clamans de fronde palumbes
In fluuiisque natans forte tetrinnit anas.
Grus gruit †ingronnis, cygni prope flumina drensant,
Accipitres pipant miluus hiansque lupit.
Cucurrire solet gallus, gallina cacillat,
Paupulat et pauo, trissat hirundo uaga.
Dum clangunt aquilae, uultur pulpare probatur,
Crocitat et coruus, fringulit et graculus.
Glottorat immenso maerens ciconia rostro,
Pessimus et passer hinc titiare solet.
Psittacus humanas depromit uoce loquelas
Atque suo domino χαῖρε sonat uel aue.
Pica loquax uarias concinnat gutture uoces,
Scurrili strepitu omne quod audit ait.
Et cuculi cuculant et rauca cicada fritinnit.
Bombilat ore legens munera mellis apis.

druscam *B* (*i. e. droscila*, *drossel*) drostam] *edd.* 13 tam] sat *M* zinzitat *VM* zinzinat *B* zinzilat *Schenkl.* 15 ualente *B* nouo *BV* credula *B* 17 Cum *B* Dum *teste Noltio* sturnus dum *O. Iahnius* sturnus tunc *libri* pulsitat, *sed corr.*, *V. an* passitat? 18 canunt *VM* colunt *B* 19 Caccabat *VM* Cantitat *B* gracitat *B* 20 gemunt *M* 21 pusitat *B* 22 forte *B* sorte *VM* ore *Schottus* titinnit *B. an* tetrissat? anans *libri* 23 in gronnis *VM* in grunnis *B* Martia grus gruit ast *Schottus* insomnis *Schenkl.* cigni *VB* 24 *num* iugit? 25 gugurrire *B* 26 pupulat *VB* pululat *M* tristis *B* 28 Et crocitat *VM* 29 Glottorat *VM* crocitat *B* crotalat *Lerschius* gloctorat *Schottus* migrans *Schenkl.* 30 hinc *Schenkl.*] cons *B* sons *VM* colit *libri*, *em. Burm.* 31 psitacus *libri* humaras *B* 32 kere *VM* 32—34 *om. B* 34 scurili *VM* quid *M* agit *M* 35 et *secundum om. B* fritinit *VM* frinit *B qui hic desinit.* 36 bom-

Bubulat horrendum ferali murmure bubo
  Humano generi tristia fata ferens.
Strix nocturna sonans et uespertilio stridunt,
  Noctua lucifuga cucubit in tenebris.
Ast ululant ululae lugubri uoce canentes
  Inque paludiferis butio butit aquis.
Regulus atque merops et rubro pectore progne
  Consimili modulo zinzilulare sciunt.

Scribere me uoces auium philomela coegit,
  Quae cantu cunctas exsuperat uolucres.
Sed iam quadrupedum fari discrimina uocum
  Nemine cogente nunc ego sponte sequor.
Tigrides indomitae raccant rugiuntque leones,
  Panther caurit amans, pardus hiando felit.
Dum lynces urcando fremunt, ursus ferus uncat,
  Atque lupus ululat, frendit agrestis aper.
Et barrus barrit, cerui clocitant, mugilant et onagri;
  Ac taurus mugit, celeber hinnit equus.
Quirritat et uerres setosus et oncat asellus,
  Blatterat hinc aries et pia balat ouis.
Sordida sus subiens ruris per gramina grunnit,
  At miccire caprae, hirce petulce, soles.
Rite canes latrant, fallax uulpecula gannit,
  Glattitat et catulus ac lepores uagiunt.
Mus auidus mintrit, uelox mustela didindrit,
  Et grillus grillat, desticat inde sorex.
Ecce uenenosus serpendo sibilat anguis,
  Garrula limosis rana coaxat aquis.

bitat *uel* bombizat *Schenkl* apex *V* apes *M* 37 bubilat *M* *u.* 43. 44 *del. Schenkl.* 41 lugubre *VM* 42 buteo *Burm.* butio *VM* 43 merobs *M* prognis *VM* 44 zinzizulare *V* zinzilulare *M* 45. 46 = *u.* 1. 2 *Schottus* filomela *VM.* *u.* 47 — *fin. om. V* 48 sequor *M*, *qui Ouid. met. V* 550 *sq. addit.* 51 linces *M* *pro u.* 48: Quae retinent uoces sunt ut eis species *Schottus* 53 *heptameter est.* clocitant] *puto* rugiunt. et *ego* i *M. Schottus ita transposuit:* 53 cl., equus hinnit 54 m. et mugilant onagri. 54 et celer *Buech.* 56 bratterat *M* 60 gluttitat *M* 61 *an* mustelaque drindrat?

Has uolucrum uoces descripsi quadrupedumque,
[Quas natura illis grata parens tribuit].
Sed cunctas species animantum nemo notauit,
Atque ideo sonitus dicere quis poterit?
Cuncta tamen domino depromunt munera laudis,
Seu semper sileant siue sonare queant.

u. 66 *om. M, habent edd.* 67 mutauit *M* 68 Atque *edd.* Ast *M* *u.* 69 *sq. delet Schenklius*

CARMEN

CODICIS PARISINI 4883 A

763

B. M. — **Officia XII mensium**

Artatur niueus bruma Ianuarius † arua.
Piscibus exultare solet Februarius altis.
Martius in uites curas extendit amicas.
Dat sucum pecori gratanter Aprilis et escam.
Maius hinc gliscens herbis generat † nigra bella.
Iunius auratis foliis iam pocula miscet.
Iulius educit falces per grata uirecta.
Augustus Cererem primus secat agmine longo.
Maturas munit September ab hostibus uuas.
Elicit October pedibus dulcissima uina.
Baccha Nouember ouans condit sub claue fideli.
More sues proprio mactat December adultas.

763. 1 niueis *P* (*codex saec. XI*, *fol.* 27 *r.*) *teste Duebnero* niueus *teste me* atra *puto* 2 febroarius *P* 3 uiuites *P* (in uites *teste D.*) 4 granter *P teste D.* aprelis *P* (apilis *teste D.*) 5 uela (*i. e. arborum umbras*) *Buech.* 7 per prata uirecta *P* 9 septimber *P* 10 octimber *P* 11 bacha nouimber *P* 12 decimber *P*.

CARMEN
CODICIS LEIDENSIS 466

764

B. M. —

Inuictus constans Anicius ortus ab urbe
Torquati genus exconsul famosus et exul
Patriciusque bonus mage ciuibus atque βοηθὸς
Vsque caput † iugulis genero comitante † seruauit.
Gnauiter exegit furiis monimenta uetusta
Flebilibus scribendo modis tot carmina felix;
Et quod libertas multo sermone bilingui
Artificiale tulit, † dum post interprete lingua
Quicquid Aristoteles docuit transferre sategit,
Pandens conditionis opes hinc inde coactas,
Quas ab Athenaeis rapuit bibliopola gazis,
Ne Romana fames epulas nesciret Achiuas

764. *Cod. Leid. saec. XI olim Petauianus, ex quo ed. Geel in catalogo librr. qui inde ab a.* 1741 *bibl. Lugd. Bat. accesserunt* (*LB.* 1852), *quem sequor. Logicam ex Boethio et Apuleio conflatam continet; fol.* 1 : A. M. S. Boethius Exconsul et Patricius Inuictus *sqq. Verba satis corrupta sunt; propono u.* 4 uigili *et* reseruat, 7 *fortasse* libatas (?), 8 *aut* dum *in* tunc *mutandum aut finem deesse putandum est*, 10 eruditionis (*cf.* 7 artificiale). cognitionis *Buech.* 3 BOHΘOC *cod.* 5 Grauiter exaegit *cod. em. Buech.* uetustis *cod.* 7 En *Peiperus* 11 atheneis *cod.*

CARMEN

CODICIS ANGELICANI 87

765 — B. M. —

Ad quendam fratrem corripiendum

Tityre, tu fido recubans sub tegmine Christi
Diuinos apices sacro modularis in ore,
Non falsas fabulas studio meditaris inani.
Illis nam capitur felicis gloria uitae,
Istis succedent poenae sine fine perennis.
Vnde caue, frater, uanis te subdere curis,
Inferni rapiant miserum ne tartara tetri.
Quin potius sacras animo spirare memento
Scripturas, dapibus satiant quae pectora castis.
Te Domini saluum conseruet gratia semper!

765. '*E membranis bibliothecae Passioneiae, nunc Angelicae Eremit. Augustinensium*' '*saec. XI fol.* 31' *Mignius Patrologiae tom. XIII p.* 1217 *sq.* 9 faciant *cod.*

CARMEN

CODICIS PALATINI 833 = IN VATICANO 532

766

ANDREAE

De Maria uirgine B. M. —

Virgo parens hac luce deumque uirumque creauit
 Gnara puerperii, nescia coniugii.
Obtulit haec iussis uterum docuitque futuros,
 Sola capax Christi quod queat esse fides.
Credidit et tumuit: uerbum pro semine sumsit.
 Saepserunt magnum paruula membra deum.
Fit fabricator opus, serui rex induit artus
 Mortalemque domum uiuificator habet.
Ipse sator semenque sui matrisque creator,
 Filius ipse hominis, qui pater est hominum.
Affulsit partus, lucem lux nostra petiuit,
 Hospitii linquens ostia clausa sui.
Virginis et matris seruatur gloria consors:
 Mater das hominem noscere, uirgo deum.

766. *Codex Palatinus saec. XI a Grutero inscrr. p.* 1163—1177 *exhibitus plurimas inscriptiones Romae Italicarumque urbium aliarum continet; solum c.* 766 (*p.* 1174, 3 *Gr.*) *inscriptio non esse uidetur.*

Andreae oratoris de Maria uirgine ad Rusticianam carmen *B*(*arthius aduers. LVI* 16) *ex nescio quo codice. Sine titulo G*(*ruterus*). 4 Sola fides *B* XPI *G* esse capax *B* 6 Clauserunt *B* 7 Conditor extat opus *B* 10 qui deus est hominis *B* 11 Adfulsit *B* 12 hostia *G* 14 dans *G*

Vnius colitur duplex substantia nati:
Vir, deus, haec duo sunt; unus utrumque tamen.
Spiritus huic genitorque suus sine fine cohaerent,
Triplicitas simplex simplicitasque triplex.
Bis genitus sine matre opifex sine patre redemptor,
Amplus utrisque modis, amplior unde minor.
Sic uoluit nasci, domuit qui crimina mundi,
Et mortem iussit mortuus ipse mori.
Nostras ille suo tueatur numine uitas;
Protegat ille tuum, Rusticiana, genus.

16 Sp̃s *G* 19 sine labe redemtor *B* 20 Celsus utroque modo, celsior *B* 23 nomine *G* 24 tuum Gregori praesulem genus *G*, *ex posteriore ut apparet carminis recensione.*

CARMINA
CODICIS PARISINI 8319

767

B. M. —

Laus domnae Eunomiae sacrae uirginis

Plena deo, moderata animo, miranda decore,
Larga manu Eunomia prouida uirgo pia.
Alta sapis, praecelsa petis, profunda rimaris,
Angelicos motus pectore sancto geris.
Viue caput uiuum, generis ueneranda propago
Et meritis caeli culmina celsa pete!
Vnica iam desunt solacia congrua fratris:
Sola deo uiuis, uiuis et imperio.
Largior extensa sit dextera, longior aetas,
Nestoreos superes annos et imperium.

768

Item laus Eunomiae B. M. —

Fulgens Eunomia decensque uirgo
Pollens nobilis et fecunda libris
Et totum uenerabilis per orbem
Atque in culmine constituta celso
Subter cuncta uidens beata clemens
Mitis blanda grauis quieta uiuis.

767. Incip̄ laus *sqq. P* (*Paris.* 8319 *saec. XI fol.* 45 *r.*) 1 dō *P* 4 sc̄ō *P.* sancta? *sed cf. u.* 10. 7 unici *P* 8 dō *P num* eius et?

768. Itemque laus Eunomiae. uersus cum cantilena dicendi *P* 2 *fol.* 45 *u. num* facunda uiuis? 6 uiues *P*

Sic es Christo parens talisque, priscis
Qualis rustica ueritas capillis.
Augustum caput atque consecratum
Constans erigis et promittis omnes
Castam uiuere te deo per annos.
Adsit cuncta regens pater uolenti;
Dextram filius ille Nazarenus
Succurrens tibi tradat imploranti;
Sanctus spiritus influens medullis
Sensus inriget et fomenta donet,
Gressus dirigat et uiam procuret,
Confirmet pedes et fidem propaget,
Enses proterat et dolos latentes
Prodat magnificus protector, et te
Annis praegrauem et corona laetam
Sanctam collocet angelus in urbem.
Hic te perpetua quiete donet.
Tunc quaeso meminisse te clientis,
Cum Christum fide uideris serena.

7 X̃P̃o *P* Christipotens *et* passis *Quicheratius* 9 argũtũm *P* augustum *ego* 10 promittit *P* 11 dõ *P* 15 scs sps *P* 21 praegrauidam *putem* 22 scā̃m *P.* angelorum *Quich.* 24 queso *P* 25 X̃P̃m *P.* Expl̃ laus domnę eonomię sacre uirginis *P.*

CARMINA

CODICIS REGINENSIS VATICANI 421

769

In mensa beati Augustini B. III 144. M. 275

Quisquis amat dictis absentum rodere uitam,
Hanc mensam indignam nouerit esse sui.

770

De turture B. M. —

Prima sonat quartae, respondet quinta secundae,
Tertia cum sexta nomen habebit auis.

771

[De pariete et ariete] B. M. —

Quod cernis, dicor; tollatur littera prima:
Scando polum calidum, curro solum gelidum.

769. *Inscripsi ut R* (*Reginensis, saec. XI p.* 21). De detractoribus S. Augustini super mensam *G*(*uelferbytanus*). 'Contra pestilentiam humanae consuetudinis in ea [*mensa*] scriptum ita habebat: Quisquis' *sqq. Possidius uita August. p.* 23 *tom. XLVII ed. Mign. — cf. c.* 571. — *cf. Augustin. serm.* 26, *ad fratres in eremo, tom. VI p.* 1279 *ed. Ben.* 2 indignam *RG* uetitam *Possidius*, *Pithoeus* sui] suam *RG* sibi *Possid.* indigne *et* suam *cod. Possidii ap. Mey.*, *Pith.*

770. Aliud de turture *Paris.* 2773 *saec. XI fol.* 110 *u.*, *inscr. om. R* 1 respondit *R* quin///// *Par.*

771. Paries *Parisinus* 8088 *s. XI fol.* 195 *u.; om. R* 1 litera *R* 2 calco polum gel. *Kleinius.*

CARMEN

CODICIS CAVENSIS 3 SAECVLI XI—XII

B. M. — 772

INL. Campanianus. PATR. Olybrio

Maiorum similis, nostrorum maior, Olybri,
   Stemma poetarum, regula dogmatibus,
Trade notas, quis quaeque nitent bene dicta priorum;
   Dux bonus audentes prisca tropaea doce.
Clarius auctorum pateant quae pollice laudes
   Scis bona cunctorum conscius ipse tuis.

PATR Olybrius. INL. Campaniano

Stigmata cur spectas maiorum infigere dictis,
   Cuius iudicium sufficit ad titulos?
Censuram spernunt, quae per te lauta patescunt;
   Sit satis ad laudem complacuisse tibi,
Omnia doctorum quem sic cinxere tropaea,
   Vt cedat titulis lingua diserta tuis.

772. *Cod. saec. XI — XII (cf. Reifferscheidius mus. rh. XXIII p.* 127 *sqq.), ubi fol.* 255 *ante libellum 'de notis antiquorum' carmen extat.* 3 q; que *cod. aut* 5 laudis *aut* 6 bene *legendum est* 11 cenxere *cod.* 12 disserta *cod.*

CARMINA

CODICVM SAECVLORVM XII–XIV

CARMINA

CODICVM BRVXELLENSIS 10675 sq. ET REHDIGERANI I. 6. 17

773

B. VI 84. M. 1697 *Ribbeck. append. Verg. p.* 147.

Vere rosa, autumno pomis, aestate frequentor
    Spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo et uereor, ne ligneus ignem
    Hic deus ignauis praebeat agricolis.

774

B. VI 85. M. 6981 *Ribb. ib.*

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o uiator, ecce populus
Agellulum hunc, sinistra et ante quem uides,
Erique uillulam hortulumque pauperis
Tuor malamque furis arceo manum.
Mihi corolla picta uere ponitur,

B = *Brux. 'saeculo XII non antiquior'* *R* = *Rehdigeranus S.* I. 6. 17 *'s. XIV uel exeunt. s. XIII', quocum recentiores nisi qui nouissimi et emendati sunt plerumque consentiunt. In utroque Ribbeckium sequar (cf. eius Vergil. T. IV p.* 26 *sqq.* 36); *in B etiam Grosseum qui denuo codicem contulit.* (*ann. philol.* 1869 *p.* 276). *reliquos raro ex eodem addam. Codicem R saeculo XV tribuit Hertzius.*

Titulos omnes om. B. Vẽgilii catalepton *R*

773. 1 autũnus *R* 2 hiẽps *B* 3 igneus *R* lintieus, *corr. m. sec., B* 4 ignaris *BR*, *emend. Voss.* 849 *chartac.* ingratis *Ribb.* — 774. 1 Ego h *om. R* 2 o *om. BR* 3 agellum *BR* sinistre tante *B* sinistre stantem *R*, *corr. Ribb.* tute *Voss.* 78 *chartac.* 4 heri *R* uillam *BR* 5 tuor *edd.* tueor *libri* malaque *et* manu *BR*, *corr. Ribb.* malasque *et* manus *Voss.* 78.

6 coroll$\overset{a}{\text{o}}$ *B* (*corr. m. sec.*)

Mihi rubens arista sole feruido,
Mihi uirente dulcis uua pampino,
Mihi glauca duro oliua cocta frigore.
Meis capella delicata pascuis
In urbem adulta lacte portat ubera,
Meisque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit aere dexteram,
Teneraque matre mugiente uaccula
Deum profundit ante templa sanguinem.
Proin, uiator, hunc deum uereberis
Manumque sorsum habebis: hoc tibi expedit.
Parata namque trux stat ecce mentula.
'Velim pol' inquis? at pol ecce uilicus
Venit, ualenti cui reuulsa brachio
Fit ista mentula apta claua dexterae.

B. VI 86. M. 1699

775

Hunc ego, iuuenes, locum uillulamque palustrem
Tectam uimine iunceo caricisque maniplis
Quercus arida rustica fabricata securi
En tuor: magis et magis sit beata quotannis!
Huius nam domini colunt me deumque salutant
Pauperis tuguri pater filiusque adulescens,

8 uirentẽ *R* 9 Mihique, *om.* duro, *Buech.* $\overset{a}{\text{oliuọ}}$ (*corr. m.* 2) duro cocta frigo *B* oliua duro frigore coacta *R* 13 remittit aere dextram (*sic*) *B*, *om. R et rell. omnes* 14 Et tenera *Ribb.* matrẽ mugientẽ *R* uacula *BR* 15 Dum *B post* profundit *rasura quinque litter. B* 16 Proin tu *Ribb.* $\overset{e}{\text{uer}}$beris *R.* — 17 sursum *BR* habebit *R*, *alii* 18 neque *R* crux *libri, corr. Is. Voss.* stat *Ribb.* uestat *B* aestate e *R* ecce *m. sec. in mg. B* 19 uillicus *R* 20 cum *R an* ualente? reuulsa *B* 21 Fuit *R* capta *R* — 775. 1 ego *B*, *om. R rell.* 2 munimine iunco *R* carisque *libri* 3 formicata *B* formata *R, alterutrum fere rell.; corr. Schrader.* conformata *Aldus* 4 Nutrior *B* Nutriui *R, alterutrum rell.* En *Ribb.* Nunc tuor *Scal. an* Haec *cl.* 774, 1; 3? magus et (*corr. m. sec.*) *B* sit *Vossius* ut *BR* nunc *Vossianus* 5 domũ *R* diumque *BR* 6 adulescens *B*, *om. R rell.*

Alter assidua colens diligentia ut herbae
Asper ac rubus a meo sint remota sacello,
Alter parua manu ferens semper munera larga.
Florido mihi ponitur picta uere corolla,
Primitus tenera uirens spica mollis arista,
Luteae uiolae mihi lacteumque papauer
Palantesque cucurbitae et suaue olentia mala,
Vua pampinea rubens educata sub umbra.
Sanguine [hanc] etiam mihi (sed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus cornupesque capella.
Pro quis omnia honoribus hoc necesse Priapo est
Praestare et domini hortulum uineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas:
Vicinus prope diues est neglegensque Priapus.
Inde sumite: semita haec deinde uos feret ipsa.

776 B. M. —

Pallida mole sub hac Caeli est † iniuria saecli
Antiquis sospes non minor ingeniis,
Et quo Roma uiro doctis certaret Athenis:
Ferrea sed nulli uincere fata datur.

777 B. II 182. M. 834

Vate Syracosio qui dulcior Hesiodoque

7 diligencia *B* 8 ac rubus *Ribb.* aut rubus *B* a dumosa *R* sit *B* 9 manu *om. R*, *alii* ferens sed semp *R* laga *B* 10 florida *B* ponit *R* 12 Luttee *B* Luctae *R* lacteumue *R* 13 Pallentesque *libri, corr. Heins.* suaueo_lencia *B* 15 Sanguinea, *omisso* hanc, *libri; corr. Muret.* etiam] et *B* tacebis *R* arma *libri, corr. Muret.* 16 lini hircus *R* cornu////////pesque (q *in ras.*) *B* cornipesque *rell.* capellę *R* 17 huic *Ribb.* hoc *libri* gratiam h. nunc *Buech.* priape *R* est *B*, *om. rell.* 18 uineam hortumque *R* que *om. B* 19 mala *B* 20 Vicimus *R* diues *om. R* negligensque *B* 21 sumitte *R* semitam *BR. an* istuc?

Sequuntur in libris Catalecta Vergiliana; post 5, 16 *in R legitur* 776 (*Ribb. p.* 49): 1 allide mage sub hęc caeli est iniuria secli *R* (Callide *recentt.* hac *unus*). mole *et* Caeli *ego.* an cinis est (en gloria saecli!)? *an* iuuenilis et aetas? Fallit imago *Buech.* Crudelis magis hac quaenam est *coni. Ribb.* 2 sospes *ego* (*i. e.* dum sospes erat) hospes *R* ingenis *R. fragmentum uidetur Ribbeckio.* — 777. *Post Catalect.* 6, 12 *legitur in BR recc.*: 1 sira scocio *B* siracusio *R*

Maior, Homereo non minor ore fuit,
Illius haec quoque sunt diuini elementa poetae
Et rudis in uario carmine Calliope.

B. II 202. M. 865

778

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem dis inmortalibus aequas.

779

B. II 119. M. 109 *Ribbeck. app. Verg. p.* 193

Vergilio adscriptum

Maecenas

Defleram iuuenis tristi modo carmine fata:
Sunt etiam merito carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus enim tam candidus et tam
Longius annoso uiuere dignus auo.
Inreligata ratis numquam defessa Charonis
It redit in uastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita tamen sera petitque senes.
Nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici:
Lollius hoc aegro conciliauit opus.
Foedus erat nobis nam propter Caesaris arma
Caesaris et similem propter in arma fidem.
Regis eras, Etrusce, genus; tu Caesaris almi
Dextera, Romanae tu uigil urbis eras.
Omnia cum posses tanto tam carus amico,

2 homero *R* minore ore *B* fuit *sic RB* 3 pota *B* 4 rudit *uulgo* carmina callipe *R*. — 778 *in R extat.* 1 ristia *R* 2 diis *R*. — 779. *Inscr. om. B* P. V. Maronis Elegia incipit *R* (Incipit mecenas uirgilii *Voss.* 96 *s. XV*) 2 eciam *B* danda//////seni *B* 3 enim *B* erat *R* eras *Heins.* et iam *R* eciam *B* 5 Charonis *Ribb.* Charontis *Kannegieter* carina *BR alii* 6 it *cod. Basil.* et *rell.* 7 brima *corr. m. pr. B* 8 sero petit *Ribb.* sed repetit *libri* 9 Machaneas *B*, *corr. m.* 2 10 Illius *recc. nonnulli* ergo *libri*, *em. Heins.* 11 Fidus *libri*, *corr. Heins.* uobis *cod. Helmst.*, *cod. Scaligeri* 12 et] it *B* 13 ethruce *R* alti *Heins.* 14 romana uuigil *B* 15 tantus *R* clarus *BR* carus *recc.*

Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phoebus donauerat artes:
Tu decus et laudes huius et huius eras.
Vincit uulgares, uincit beryllus harenas,
Litore in extremo quam simul unda mouet.
Quod discinctus eras (namque id prope carpitur unum),
Diluitur nimia simplicitate tua.
Sic illi uixere, quibus fuit aurea uirgo,
Quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
Liuide, quid tandem tunicae nocuere solutae,
Aut tibi uentosi quid nocuere sinus?
Num minus urbis erat custos et Caesaris opses?
Nuncubi non tutas fecit in urbe uias?
Nocte sub obscura quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro, durior ipse, latus?
Maius erat potuisse tamen nec uelle triumphos,
Maior res magnis abstinuisse fuit.
Maluit umbrosam quercum nymphasque cadentes
Paucaque pomosi iugera certa soli.
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora † Ninnei uincent monimenta libelli:
Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.

17 phebus *B* 19 *sq. delet Ribb.* uicit *R; num* Indus? uiridis ber. *Buech.*
li
beritus *B* berithus *R* aranas *B* 20 littore *BR* quas *Voss.* 849 uomit *Barth.* 21 distinctus *B* disiunctus *R* namque id prope *Heins.* animo quoque *libri* Momo quod *Buech.* 22 diluitur *cod. Basil.* diluuii hoc *B* dilluuiū hoc *R* nimiū *R* uitae . . tuae *Heins.* 24 precintos *R* 25 Liuida *BR* quod *R* 26 tibi quid *B* quod *R* 27 careris *B* caesaris *R*, *rell.* carceris *Ribb.* obses *R* 28 Nunc tibi *B* Num tibi *R corr. Scal.*
u
non] nū *R* orbe *B* 29 oscura *B* uiolauit *R*. *Post* 30 *Ribbeckius u.* 39—56 *inserit.* 31 malus *B* posuisse *R*, *corr. m.* 2 nec *bis B* 32 Maiores *B* 33 Malluit *R* quercum] que *B* nimphas *B* nymphas *rell.*, lymphas *Wernsdorf* canentes *R*, *alii* 35 phebumque *B* molibus ortis *R* 36 Sesup *B* 37 tnnnei *B* (*unde* minaei *et* minei *alii*) maeonii *R*, *alii.* Ninnei *ego*, *cl. Maecen. ap. Suet. uit. Horatii.* cygnei *Buech.* Smyrnaei *Scal. qui et* Marmorea Aonii. uincunt *R*, *all.* monumenta *R*, *all.*

Quid faceret? defunctus erat comes integer idem
  Miles et Augusti fortiter usque pius.
Illum piscosi uiderunt saxa Pelori
  Ignibus hostilis reddere ligna ratis;
Puluere in Emathio fortem uidere Philippi:
  Tam tunc ille tener quam grauis hostis erat!
Cum freta Niliacae texerunt laeta carinae,
  Fortis erat circa, fortis et ante ducem,
Militis Eoi fugientis terga secutus,
  Territus ad Nili dum fugit ille caput.
Pax erat: haec illos laxarunt otia cultus.
  Mollia uictores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
  Postquam uictrices conticuere tubae.
Hic modo miles erat, ne posset femina Romam
  Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum)
  Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche, coloratos postquam deuicimus Indos,
  Potasti galea dulce iuuante merum
Et tibi securo tunicae fluxere solutae:
  Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor (et certe meministi) ducere thyrsos
  Brachia praepura candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus et auro:
  Serpentes hederae uix habuere locum.

39 facere *B* integer *BR* impiger *recc. nonnulli* 40 Milles *R* fortis et *edd.* 42 hostiles *B* 44 Tam *B*] Quam *R*, *alii* nunc *B* quam *R*] tam *B all.* 45 leta *B* laeta *R* lata *codd. recc.* 46 circa *B* cura *R* 47 milites *B* fugientia *Heins.* 48 capud *B* 49 $\overset{\text{he}}{\text{ac}}$ *B* illo *B* laxarant *BR* ocia *BR* 50 Omnia *libri*, *em. Buech.* uictoris *B* decet *RB'* 51 liram *B* percusit *R* 52 posquā *R* turbe *B* *u.* 55. 56. 53. 54 *Ribbeckius.* 53 ue] nec *B* foemĩa *R* 54 strupri *B* 55 tentum *Heins.* 57 bache *B* posquā deuincimus *R* 60 haũisse *R* 61 memini sic (memini *erasum B*, *add. m. sec. in mg.*) *libri*, *em. Buech.* tirsos *B* 62 Bache *B* Bacchea *R* prae (uel *Burm.*) pura *Oud.* purpurea *libri* pampineos *Buech.* 63 tyrsus *B* geminis *B*

Argentata tuos etiam talaria talos
　Vinxerunt certe: nec puto, Bacche, negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus
　Et tibi consulto uerba fuere noua.
Inpiger Alcide, multo defuncte labore,
　Sic memorant curas te posuisse tuas;
Sic te cum tenera multum lusisse puella
　Oblitum Nemeae iamque, Erymanthe, tui.
Vltra numquid erat? torsisti pollice fusos,
　Lenisti morsu leuia fila parum.
Percussit crebros te propter Lydia nodos,
　Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes
　Inter lanificas ducere †saepe suas.
Claua torosa tua pariter cum pelle iacebat,
　Quam pede suspenso percutiebat Amor.
Quis fore credebat, cum rumperet impiger infans
　Hydros ingentes uix capiente manu,
Cumue renascentem tereret uelociter hydram,
　Frangeret inmanes uel Diomedis equos,
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum
　Et sex aduersas solus †in arma manus?
Fudit Aloidas postquam dominator Olympi,
　Dicitur in nitidum percubuisse diem
Atque aquilam misisse suam, quae quaereret ecquid
　Posset amaturo digna referre Ioui.

65 eciam *B* tallaria tallos *R* 66 bache *B* 67 tecum temulenta *Heins.* 69 Impiger *R* 70 potuisse *B* possuisse *R* 71 tenerã *R* multum *B* tecum *R* laetum *Basil.* puellam *R* 72 obitũ *corr. m. sec. R* nemea *B* erimante *B* herimante *R* *u.* 79. 80. 73—78 *Ribb.* 73 ultro *B* 74 filia *sed corr. B* 75 percusit *R* 75. 77 lidia *B* 77 tunica *et* fluente *cod. chart. Petri Seruii* fouentes *BR* 78 pensa *Heins.* saepe *libri* (sepe *B*) 79 thorosa *R* tua *B* 81 cum iam premet *BR et fere rell., corr. Scal.* 82 hidros *B* 83 terret *BR* hidram *B* 84 immanes *R* 87 & aloidas *R* et oenidas *B et fere rell.* posquam *R* olimpi *B* 88 procubuisse *R* 89 misse *B* ecquis *edd.* 90 maturo *BR all.* signa *B all.* posse *R* digna *Heins.*

Valle sub Idaea tum te, formose sacerdos,
   Inuenit et presso molliter ungue rapit.
Sic est: uictor amet, uictor potiatur in umbra,
   Victor odorata dormiat inque rosa.
Victus aret uictusque metat, metus imperet illi,
   Membra nec in strata sternere discat humo.
Tempora dispensant usus et tempora cultus:
   Haec homines, pecudes, haec moderantur aues.
Lux est, taurus arat; nox est, requiescit arator
   Liberat et merito feruida colla boui.
Conglaciantur aquae: scopulis se condit hirundo;
   Verberat egelidos garrula uere lacus.
Caesar amicus erat: poterat uixisse solute,
   Cum iam Caesar idem quod cupiebat erat.
Indulsit merito: non est temerarius ille.
   Vicimus: Augusto iudice dignus erat.
Argo saxa pauens postquam Scyllaea relegit
   Cyaneosque metus iam religanda ratis,
Viscera dissecti mutauerat arietis agno
   Aeetis sucis omniperita suis.
His te, Maecenas, iuuenescere posse decebat.
   Haec utinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens reuirentibus aestas:
   Ergo non homini, quod fuit ante, redit?
Viuacesque magis ceruos decet esse pauentes,
   Si quorum in torua cornua fronte rigent?
Viuere cornices multos dicuntur in annos:

91 ida eadum *libri* tum *Heins.* 92 prensum *Burm.* 93 pociatur *B* 95 metet *B* imperat *R* 96 menbra *B* 99 nox] ñ *B* 100 et] e *R*, *all.* 101 Cum glac. *Buech.* se condit] sedit *B* hyrũdo *R* 102 etgelidos *libri* egelido *Ald.* ga rrula, ll *in ras.*, *B* 105 merita *B* 106 uincimus *R* 107 posquam *R* scylleia *R* scilleia *B* *corr.* *Salmas.* legit *libri*, *corr.* *id.* 108 cianeos *B* rates *B* 109 disiecti´ *BR* *all.* dissecti *Leidensis*, *Ald.* mutauerit *B* mutarat *R* agni *libri*, *corr.* *Ald.* 110 Aet es, t *in rasura*, *B* Aetas et *R* succis *R* omne (omẽ *B*) perita *BR*, *corr.* *Salm.* 111 Iste *B* dicebat *B* 113 reddit' *B* flores *BR* reuocantib; *R* 115 que *om.* *B* ne *Heins.*

Cur nos angusta condicione sumus?
Pascitur Aurorae Tithonus nectare coniunx,
Atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi uita foret semper medicamine sacro,
Te uellem Aurorae conplacuisse uirum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili,
† Et modo poeniceum rore lauante torum
Illius aptus eras roseas adiungere bigas
Et dare purpurea lora regenda manu
Et mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
Procedente die, respicientis equi. —
Quaesiuere chori iuuenem sic Hesperon olim,
Quem nexum medio soluit in igne Venus:
Quem nunc infuscis placida sub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis. —
Hic tibi Corycium, casias hic donat olentis,
Hic e palmiferis balsama missa iugis.
Nunc pretium candoris habes, nunc, redditus umbris:
Te sumus obliti decubuisse senem.
Et Pylium fleuere sui ter Nestora canum:
Dicebant tamen, hunc non satis esse senem.
Nestoris annosi uicisses saecula, si me

118 conditione *R* 119 aurora, *sed corr.*, *B* coniux *B*, *all.* 120 ita] illi *R* 122 con] com *R* 123 *sq. in singulari schedula manu diuersa, sed eiusdem aetatis B* cubilli *R* 124 *sq. om. multi recc.* et modo *om. B* phoeniceo *B* punico *R* puniceo *rell. corr. Scal.* leuante *R* thorum *B* 125 illius aptus eras (*cf. u.* 123) *interpolata puto; nisi forte duae recensiones hic inter se commiscentur* 126 Et *Francius* Tu *libri.* 125. 126: $\frac{1}{1}$ *B in mg.* 127 Et *scripsi* Tu *libri* 129 cari *R* Locri *Buech.* iuuenum *Salmas.* ilum *B* illum *R rell.* olim *Scal.* 130 que *B* nexum *BR all.* uexum *Voss.* 849 *chart.* uixdum *Ribb.* fouit *Heins.* 131 Quae *R* Hunc tamen *Ribb.* in fusci *B* in fusi *R.* in fuscis *alii. corr. Ribb. post* 132 *lacuna Burmanno.* 133 coritũ *R* narcissum *Oud.* olentes *R* 134 et *libri* e *Ald.* 135 Hc̃ *B* Hoc *Buech.* preciũ *RB* imbris *R* 137 Et *Heins.* Te *B* Ter *R*, *rell.* Tam *Ribb.* pilium *BR* Pylii *Oud.* 138 que tamen, *om.* hunc, *nonnulli* 139 annosa *BR*, *all.* uixissem *B* uixisem *R et fere alii ed. Ascensiana*

Dispensata tibi stamina nente forent.
Nunc ego quid possum? tellus, leuis ossa teneto,
Pendula librato pondus et ipsa tuum!
Semper serta tibi dabimus, tibi semper honores:
Non umquam sitiens, florida semper eris.

B. II 120. M. 110
Ribbeck. app. V. p. 202

780

Vergilio adscriptum

Sic est Maecenas fato ueniente locutus,
Frigidus et iamiam cum moriturus erat.
'Mene' inquit 'iuuenis primaeui, Iuppiter, ante
Augustum Drusi non cecidisse diem!
Pectore maturo fuerat puer, integer aeuo,
Et magnum magni Caesaris illud opus.
Discidio uellemque prius' — non omnia dixit,
Inciditque pudor, quae prope dixit amor.
Sed manifestus erat: moriens quaerebat amatae
Coniugis amplexus oscula uerba manus.
'Sed tamen hoc satis est: uixi te, Caesar, amico
Et morior' dixit; 'dum moriorque, sat est.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet umor,
Cum dicar subita uoce fuisse tibi.
Hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa.
Nec tamen hoc ultra te doluisse uelim.
Sed meminisse uelim. uiuam sermonibus illic:
Semper ero, semper si meminisse uoles.

140 nempe *BR*, *rell.* 141 quod *BR* 143 odores *rell.* honores *B* 144 unquam *R* siciens *B*

780. *A praecedente carm. separauit Scaliger.* 2 eciam iam *B* 3 men inquid *B* p[i]meuicũ *B* 4 angustum *B* augustam *R* bruti *libri*, *corr. Francius* fidem *libri*, *corr. Heins.* 7 discedo *Leidensis* 8 puer quem *R* 9 Set *B* 11 Set *B* si *rell.* mi *Ribb.* est *om. B* 12 satis *libri* sat est *Pithoeus* (satis est *cod. Helmst. s. XV*). 13 *num* procidat? humor *libri* *u.* 23–26. 13—22 *Ribb.* 16 Hec *B* potuisse *libri*, *corr. Heins.* 17 Set *B*

Hoc decet: et certe uiuam tibi semper amicus,
Nec tibi qui moritur desinit esse tuus.
Ipse ego, quidquid ero, cineres interque fauillas
Tunc quoque non potero non memor esse tui.
Exemplum uixi te propter molle beati,
Vnus Maecenas teque ego propter eram.
Arbiter ipse fui; uolui quod, contigit esse:
Pectus eram uere pectoris ipse tui.
Viue diu, mi care, senex pete sidera sero!
Est opus hoc terris: te quoque uelle decet.
31 Sit secura tibi cum primis Liuia coniunx,
Expleat amissi munera rupta gener;
29 Et tibi succrescant iuuenes bis Caesare digni
Et tradant porro Caesaris usque genus.
Tum deus intersis diuis insignis auitis:
Te Venus in proprio collocet ipsa sinu.

781

Vergilio adscriptum B. M. —

Parce puer, si forte tuas sonus improbus aures
Aduenit infandum[que] audens exposcere munus.
Nam meminisse potes, seruata lege pudicos
Esse aliquos longumque diu tenuisse pudorem,
Sed postquam aurata delegit cuspide telum
Caecus amor tenuique offendit uulnere pectus,
Tum pudor et sacri reuerentia pectoris omnem

19 hoc *Ribb.*] et *libri* amicus *R* amare *B* 20 moritus *R, corr. m.* 2 21 quicquid *RB* 22 quoque] ego *R* non *ex* nunc *B* *u.* 23—26 *in singulari schedula eadem manu qua praecedentis elegiae u.* 123 *sq. additi B* 23 beate *libri* beati *Salm.* 24 arbitror *R* tui *Heins.* uoluit *libri*, *corr. Ald.* 27 mihi *R* sydera *R.* *u.* 31. 32. 29. 30 *sic transposuit Ribb.* 31 tibi securo *Voss.* 849. quam *B* cum *R* primum *libri*, *corr. Heins.* coniux *B* coniũx *R* 29 sucrescant *R* 33 tum *Wernsdorf* cum *libri* in terris *libri*. *corr. Ribb.* 34 in patrio *libri* (imp̅rio *Voss.* 96) ipsa] alma *R.* Finit elegia uirgilii maronis in mecenatẽ inuẽta ab HENOC in dacia *Voss.* 96 *et fere Vatic.* 3269. — 781 *ineditum ni fallor.* P. M. Virgilii ad puerum *R. In B carmen deest.* 2 que *add. Buech.* 5 posq̃ *R* *u.* 6—7 *omissi, sed signo addito in ima pag. additi sunt.*

Labitur in noxam: dolet heu sic uelle, stupetque
Flammigeros motus, et tandem cogitur ipsi
Succubuisse deo et genua inclinasse tyranno.
Quare age, care puer, cuius modo forma decorque
Ingeniumque ferax omni probitate sacroque
Pieridum cultu renitens et Palladis arte
Vexant peruigili semper mea pectora flamma:
Da precor auxilium atque ignem lenito furentem!

B. II 67. M. 757

782

VERGILII

Iuppiter in caelis, Caesar regit omnia terris.

8 in noxam] inoxam *R* 9 flamigeros *R* ip̃i *R* 10 succũbuisse *R* tyrãno *R* 15 furetem *R*

782. Vergilius de Caesare *R*. *Extat etiam in cod. Florentino* 91, 19 *saec. XV p.* 1 *sine titulo post Vergilii c.* 257. terris *R* mundo *Flor.* — *Sequuntur in R c.* 663 *et* 160: *utrumque Vergilio olim adscriptum.*

CARMEN
CODICIS GVELFERBYTANI GVDIANI 166

783 B. M. —

Aemilii Probi?

Vade, liber noster, fato meliore memento;
  Cum leget haec dominus, te sciat esse meum.
Nec metnas fulno strictos diademate crines,
  Ridentes blandum uel pietate oculos.
Communis cunctis hominem sed regna tenere
  Se meminit: uincit hinc magis ille homines. —
Ornentur steriles fragili tectura libelli:
  Theudosio et doctis carmina nuda placent.
Si rogat auctorem, paulatim detege nostrum
  Tunc domino nomen: me sciat esse Probum. —
Corpore in hoc manus est genitoris auique meaque:
  Felices, dominum quae meruere, manus!

783 *exhibeo ex Nepotis ed. Rothiana p.* 146. Versus Probi Emilii *Vatic.* 3170 *saec. XV init.* Versus Emylii Probi *Angelicus S. IV.* 12 *saec. XV init. Inscr. om. G* (*Guelferb. s. XII*), *rell.* (*saec. XV; ς = omnes uel plures, i = unus uel pauci*). *Nil noui Caroliruhensis N.* 36 *k. ab Holdcro collatus affert.*

1 Vale *i* nostri *cod. Parcensis* 2 legat *G* legit hic *i* 3 Nec *G i* Ne ς 5 Communem *i* tenera *i* 6 Sed *i* Sic *i* hic *uel* hunc *i* 7 ornetur ς sterilis *i* graciles (i) *i* facilis *Sauaron.* lectura *i. Fort.* Ornetur sterilis fragilis t. l. 8 Teodosio *i. puto* a doctis carmina iuncta *uel* facta. 9 Sic ς 11 maius *i* genitoris *G i* genetricis, genitricis ς meaque *G i* meique ς meaeque *i* 12 felicis *i* quem *i* emeruere *Nipperdeius*

Aemilii Probi de excellentibus ducibus exterarum gentium liber explicit *G et fere i; om. i.*

CARMINA

CODICIS MEDICEI 76, 20

784

B. M. —

Tullius expertos cupiens componere mores
Edidit hos libros, appellans Officiorum.
Quo solo ferus est furor extinctus Catilinae.
Consilio superum custos directus ad urbem,
Lux orbis patriaeque salus, mens tota senatus,
Hic plus sole micat, cruciatus propter honestum.

785

B. M. —

Augustino tributum

Excedunt cunctos hi libros philosophorum
Libri quos fecit tres Tullius Officiorum.

M = cod. Med. 76, 20 *saec. XII.* *N = cod. Med.* 76, 21 *s. XIII.* *O = cod. Med.* 76, 18 *s. XV.* *P = cod. Med.* 90, 68 *s. XV* (*in quo quinque uersiculi eius qui anno* 1264 *archetypum scripsit praecedunt*). *Bandinium catalog. tom. III sequor. Extant et in Gothano* 38 *a.* 1430 *scripto.* 784 *in MO* (*in quo* 785 *ante* 784) *P.* 1 esperios *P* experios *O* experiens *M* 3 strus *O* extinctus furor *MO* catelinae *O* 4 derctos *O* delectus *Buech.* 5 que *om. P* salus patriae *O* sola *O* 6 Sic *OP.*

785 *in MNO.* 'Hos duos uersus ut fertur de Ciceronis L. composuit Augustinus' *Petrarcae manus in M.* 'Agustinus ait' *post c.* 785. 784 *O.* 1 Excellunt libros (dicta *O*) cunctorum ph. *NO* 2 Hi quos composuit tr. *N.*

CARMEN
CODICIS VINDOBONENSIS 2521

786 B. III 177. M. 1533

Hermaphroditus

Cum mea me mater grauida gestaret in aluo,
  Quid pareret, fertur consuluisse deos.
Phoebus ait 'puer est', Mars 'femina', Iuno 'neutrum':
  Iam, qui sum natus, Hermaphroditus eram.
Quaerenti letum dea sic ait 'occidet armis,'
  Mars 'cruce', Phoebus 'aqua'. sors rata quaeque fuit.
Arbor obumbrat aquas; conscendo, labitur ensis

786. Ermafroditus *V* (*Vindob.* 2521 *olim* 281 *saec. XII qui Hildeberti Marbodique carmina multa continet, fol.* 35 *r.*) *Inscr. om. H* (*Parisinus* 7596 *A saec. XIII fol.* 164 *v., inter Hildeberti carmina*), *P* (*Parisinus* 3761 *saec. XIII, Hildeberti aliorumque carmina continens*). *Sed tamen tale carmen ab Hildeberto alienum et uere antiquum esse uidetur. Dicitur in cod.* 115 *saec. XI—XII extare S. Audomari* 'De quodam promiscuo' *inter Hildeberti et Odonis opuscula.* Pulici de Custozza, *qui tamen uixit saec. XIV, post Politianum multi tribuerunt. Antonius Panormita quasi proprium sibi uindicauit:* Antonius de ortu suo. s. Paudõmita ut sup̃ *Parisinus* 8413 *saec. XV fol.* 46 *v.* (= *p*). Versus Panormitae al'pulex poetae antiqui *Gothanus IV* 1047, *cum* ς *consentiens.* Pulex de ortu atque obitu hermafroditi *codex Panormitae Mediceus* 33, 23 *saec. XV.* 1 Dum *H* genitrix grauido *p*ς (*i. e. lectio uulgata*) aruo, *sed corr. m. pr., P* 2 consiluisse *p* 3 pheb' *P* ppebus *H* Mas est, phebus ait *p*ς Iunoque *p*ς 4 Iam qui *VH* Ex quo *P* Cumque (Quocumque *p*) forem *p*ς ermafroditus *VHP* hermo fronditus *p* 5 dea] Iuno *p Goth.* 6 phebus *libri* aquis *V* aqua *HP* aquis *p*ς q̃; fuit *P* sor (ta) q̃q̃ rapta fuit *p* 7 cõscẽdo *V* ascendo *rell.* lab.] decidit *p*ς

Quem tuleram, casu, labor et ipse super.
Pes haesit ramis, caput incidit amne, tulique
Vir mulier neutrum flumina tela crucem.
Nescio quem sexum mihi sors extrema reliquit;
Felix, si sciero, cur utriusque fui.

9 hesit *Hp* capud inedit *p* anne *Hp* annẽ *P* 10 Vir mulier *VH* Femina uir *Ppς* 11. 12 *habet P, om. rell.* 11 $\stackrel{i}{m}$ *P.* — *Ex V adscribam* Tristicon de oppositis signis (*fol.* 141 *r.*): Mergitur Hãmonis Libra, Tauri Scorpius ortu, At Geminos fugit Arcitenens, Cancrum Ca͞pcorn'. Hinc Leo pellit aquas fũdentẽ Virgoq; Pisces. *cf. c.* 677.

CARMINA

ALIORVM SAECVLI XII—XIII CODICVM

787

B. II 172. M. 833

Cum foderet gladio castum Lucretia pectus,
Sanguinis et torrens egereretur, ait:
'Testes procedant, me non fauisse tyranno,
Sanguis apud Manes, spiritus ante deos.'

788

B. II 173. M. 254

Maeonium quisquis Romanus nescit Homerum,
Me legat et lectum credat utrumque sibi.

787. *Dedi ex Valentiano* 145 *saec. XII fol.* 12 *r. Citatur ab Ottone Frisingensi chronic. II* 9, *ubi* 3 Procedant testes. 'Ouidii Nasonis' *Aldus, ms. Fabricii.* 'Romae in Lucretiam uirginem' *C* (*cod. Cyriaci*). Epitaphium Lucretae Romane *Par.* 8413. 1 Dum *Par.* gladio *V*, *cod. M*(*ediceus*), *C* ferro *cod. Mo*(*roni*) *Ald.*, *Par.* tenerum *M* 2 sanguis *Par.* et *V Par.* hinc *MMo* ut *Scaliger* egredereti *Mo Aldus Otto* egrediatur *M* egredietur *C*, *Paris.* 8413 *s. XV.* 3 *A*ccedant testes *Par.* tirampno *Par.* Testetur cunctis, me non uiolasse pudorem, *Aldus. Dedi ex VMMoC.* 4 Ante uirum sanguis *rell. praeter V. post* 4: 'Quam bene producti pro me (pro me] mea *Mo*) post fata loquentur Alter apud Manes, alter apud superos' *CMo* '*ex eodem lapide*', *Scaliger; om. VM*, *Aldus, Fabricius*, *cod. Cassell. philol.* 4, 17 *anni* 1462, *Paris.* — Alit *pro* alter *bis C.* — 788. *In cod. Mediceo* 39, 23 *saec. XII extare Bandinius testatur.* Vergilius de se ipo *R*(*ehdigeranus*) Alcimi *uel* Alcinoi *codex Barthii.* Virgilius de se *cod. Huydecooperi* Virgilius in laudem Homeri *cod. G. Vossii* 1 Mellifluum *cod. G Vossii* Romanum *idem et Hamburgensis Vergilii* 2 utruq, *R*

Illius inmensos miretur Graecia campos,
    At minor est nobis, sed mage cultus ager.
Non miles, pastor, non curuus defit arator;
    Haec Grais constant singula, trina mihi.

B. M. —

789

EVCLERII

O pater omnipotens, celsi dominator Olympi,
O terrae pelagique sator, qui sedibus olim
Missus ab aethereis, humano corpore nasci
Non indignatus, caedis cruciatibus atrae
Mortales auidi rapuisti e faucibus Orci,
Dirige uela precor; curuo diducere rectum
Densaque Romulei dignoscere iura senatus
Ingenio permitte meo. qua luce reperta
Fas mihi sit populo reserata resoluere iura
Atque inter nebulas legum dignoscere causas.

B. III 145. M. 939

790

Lingua breuis, breuitate leuis, leuitate mouetur,
    Mobilitate loquax, garrulitate nocens.

3 miretur *Hamb.* miratur *R*, *uulgo* 5 est] haec *Hamb.* mage *Ascensius*, *cod. Barthii* bene *R*, *uulgo* 5. 6. *om. Gothanus* 5 Hic tibi nec pastor nec curuus deerit arator *R* defit *Voss.* 6 grais *R* Graiis *uulgo* terna *Huyd.* — 789. *In codice Claudiani Petauiano saec. XII—XIII* (*cf. Claud. ed. Burman. p.* 707. 741 *sq.* 1006) *N. Heinsius hoc carmen post Claud. epigr.* 45 *manu rec. scriptum in mg. inuenit.* Euglerius comes *inscr. Pet.* 6 precor *Heins.* tuo *Pet.* deducere *id.* — 790. *In codice quodam saec. XIII multos tales lusus continente se inuenisse Duebnerus* (*ztsch. f. alterth. p.* 1 *sqq.*) *narrat.* '*Recens*' *Mey. fort. medii aeui.*

CARMEN

CODICIS PARISINI 4126

791

PATRICII

B. M. --

Plurima mira malum signantia signa futurum
Siue bonum dederat clemens deus arbiter orbis,
Vt terreret eos, quos illa uidere uolebat.
Omnia paene loca, quibus haec iam sacra fuerunt,
Tempora cuncta simul breuitas intenta reliquit.
Tres simul in caelo uisi sunt currere soles;
Terribilem quaedam tellus effuderat ignem;
Maxima pars noctis fulgebat luce diei;
Ecce lapis cecidit de caelo magnus in amnem;
Circulus et solem circumdedit aureus altum.
Agnus in Aegypto mirum fuit ore locutus;
Bos loquitur Romae simulanti uoce prophetam:
'Copia farris erit nobis hominesque peribunt.'
Spicas turba hominum iam uidit in arbore natas;

791. Incipit de diũsis signis et ꝓdigiis mũdi q̃ fecit deus ut teret hoĩes q̃ descripsit s̃cs patritius yb'nie (*i. e.* Hiberniae) ep̃. *P saec. XIII fol.* 12 *r.*   1 signãcia *P* futũm *P*   2 ded'at demẽs *P* orb' *P*   3 tert *P* uolelnt *P*   4 hc *P* s̃ca fuer *P* transacta *puto*   5 Tẽpa *P* (*sic ubique*) beuitas *P* intacta *Buech.* rliq' *P*   6 siml' *P* st cter *P* currere *ego*   7 q̃dã *P*   9 ĩampnẽ *P*   10 Eırc̃s *P*   11 egypto mir *P*   12 simulãt uoce ꝓphẽ *P*   14 t̃ba hõim *P*

Panibus abrasis sanguis quoque fluxit habunde
Coram conuiuis, quos signum terruit illud;
Bos peperit dudum in lectis conuentibus agnum.
Armatas multis acies equitesque diebus
Aëre pugnantes crudeliter arma mouere
Ante quidem ciues uiderunt tempora belli.
Natus equus fuerat totus homo tempore nostro
Atque ore hinnitum faciens quoque moris equini,
Tam comedens fenum, quam panem et cetera edebat;
Natus erat duplex homo uiuens tempore longo
Quadrimanus bipes atque biceps et pectore bino,
Atque duas animas unum uentremque gerebat.
Quorundam pars posterior noua uerba sonabat.
Tunc mirabiliter cantans modulamina quaedam
Vox auis audita est dicentis talia uerba:
'Mane nouo surgens dominum laudabo potentem.'
His ita prodigiis signisque per omnia dictis

. . . .

B. M. — 792

Tres sunt fatales quae ducunt fila sorores:
Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.

15 Paĩbꝰ ab^l asis sãgs q; (i o) *P* auulsis *Buech.* 16 ɔiuius *P* tuit *P* 17 pcpt *P* l^7tis cuentib; *P: nescio num emendauerim* 19 Aer pũgnãtes *P* mouere *ego* in oue *P* 20 Aũ qd' *P* uid^7ũt *P* 21 eq fuat tot' hõ *P* corpore n. *Buech.* 22 ore *Buech.* hoĩe *P* 23 q̃ *P* ⁊ ceta edant *P* lauta *Buech.* 24 niuẽs *P*, *em. Buech.* 25 et] ⁊ *P* 26 aĩas *P* uẽttẽqꝫ gelat *P* 27 ps *P* nona ula souabat *P* 28 Tuut mirabilr̃ cãtãs modlaĩa q̃dã *P* 29 Nox auĩs *P* ula *P* 30 dominum *ego* dm̃ti *P* 31 Hiis *P* sigĩs *P. mutilum est. Quantum potui, carmen ineditum* (*ni fallor*) *emendaui.*

792 *fol.* 104 *r.* 2 cloto *P. cf. c.* 991, 6 *Mey.* — *fol.* 103 *u. hi uersus extant:* En ego rex Macedum genitus de rege Philippo | Post Darii (derii *P*) mortem uictor in orbe manens | Multos deuici ueniens huc usque triumphans, | De quo sit testis ista columpna michi.

CARMINA

CODICIS PARISINI 3761

793

De Ioue et Neptuno et Plutone B. I 3. M. 561

Iuppiter astra, fretum Neptunus, Tartara Pluto
Regna paterna tenent, tres tria, quisque suum.

794

B. M. —

Conquerar an sileam? monstrabo crimen amicae
  An quasi iam sanus uulnera nostra tegam?
Non queror aut molles oculos aut aspera crura
  Nec uitio quouis exteriora premo:
Quod queror, est animi! laudaret cetera liuor:
  Verba fide, uitiis lubrica forma caret.
Illa decem menses mecum feliciter egit
  Gratis in amplexus docta uenire meos:
Aemulus ecce meus gemmis male fisus et auro
  Hanc petit, ingeminat munera, flectit eam.
Muneribus uicit, quamquam natura † lisusus
  Praeter flagitium nulla dedisse sibi.
Thersiten gerit in facie, gerit intus Oresten:
  Pulcrior iste tamen, mitior ille fuit.
Non prius incurrit leuiores ille reatus
  Nec gradibus certis destitit esse bonus,

P = *codex saec. XIII.* 793. *fol.* 65 *P* 1 Iupit̃ *P.* — 794. *fol.* 67 *P. ineditum.* 1 C *om. P* c͞ui (1 supra) *P* 3 Non] H̄ *P* 5 Qd' *P* 8 Suauis *puto* 10 mitua (7 supra) *P* 11 qm̄ natalis (u supra) usus *P. num* uidetur? 12 p̄ ī *P* ded'e sibi *P* 13 t̃sitē *P* faciē *P* horestē *P* 14 tu͂ *P* tamen *Buech.* 15 ñ pus (i supra) incrit (u supra) *P* 16 c̃tis *P*

Sed simul omne nefas auso puerilibus annis
    Iam praeter facinus nulla licere putat.
Turpis atrox exlex naturae crimen et hostis
    In luctu ridet, flet nisi flenda uidet.
Sufficit exemplis totum corrumpere mundum,
    Sufficiunt sceleri nomina nulla suo,
Quippe tot illicitis famam lacerare laborat,
    Vt nulla redimi laude uel arte queat.
Et talis placuit? quid honesti uidit in illo,
    Quem iam nulla sequi praeter honesta pudet?
O nunquam placuit! dignusne placere puellae est,
    Qui non exitio sed cruce dignus erat,
Lapsus in excessus tantos, ut nulla putares
    Deteriora fide uel potiora dolis?
Cui placeat letale nefas, cui dedecus orbis,
    Cui tam terribilis larua pudorque patris,
Qui non tam locuples rebus quam pauper honesto
    Et minus infamis quam uitiosus erat?
Crimen opes redimunt, reus est crucis omnis egenus,
    Et laudes hominum pensat aceruus opum.
Hic quoque nec uita nec nobilitate parentum
    Nec specie placuit, sed quia diues erat.
Diuitiis animum tenerae turbauit amicae
    Diuitiisque patent ostia crura sinus.
Iam nec pura fides nec largi gratia sensus
    Nec probitas morum nec bona fama iuuat:
Aurum sinceras solitum praeuertere mentes
    Mortales animos in scelus omne uocat.
Aurum dum speret, nil iam negat Hectoris uxor,

17 S; *P* pueribib; *P* 18 Iaʾ p̃t̃ *P* 19 Tpis *P* nate cñi (u, ı supra) *P* 21 tot̃ *P* 22 ſtıo *P* 23 formam *P* 25 E ττ (τ supra) *P* Et talis (tantus?) *ego* Et dominae *Buech.* honesti *Buech.*] in isto *P* 26 Q̃m *P* 27 o ñri quam placuit digitusne placere puest *P*, *em. Buech.* 29 ut] u̇ *P* putaret⁄ *P* 31 Epliacuit *P* nephas c̃ *P* 32 c (cı supra) *P* 33 qni (u supra) paup *P* 34 Et] Nec? uicios *P* 37 q; (o supra) *P* 38 spė *P* 40 hostia *P* 41 larga gt̄ia *P*

Iam populo iungi sustinet asse dato.
Dona truces animos et uerba seuera relaxant:
Penelope donis altera Thais erit.
Sed iam Thais erit Iunone seuerior ipsa,
Si nullas habeat pauper amator opes.
Vos igitur iuuenes, quos nondum feruor amoris
Attigit, illarum laudo cauere dolos.
Nam licet uratur, tamen in complexibus ipsis
Quaeque salictores quaerit habere nouos.
Protea multiplicem ualet ars retinere, sed illas
Quin elabantur, † nil retinere nequit.

795 B. M. —

Lumina colla genae flaui flexura capilli
In Ganymede suo flamma fuere Ioui.
Iuppiter in puerum quaerens sibi pauca licere
In puero statuit cuncta licere deus.
Oblitusque poli curas et murmura diuum
Et linguam laesae coniugis atque Iouem
Iliacum tulit ad superos, ad sidera sidus,
Et se tunc tandem credidit esse deum.
Vtque puer pellex uisu tactuque liceret,
Oscula nocte Ioui, pocula luce dabat.

796 B. M. —

Ad cenam Varus me nuper forte uocauit:
Ornatus diues, paruula cena fuit.
Auro, non dapibus decoratur mensa; ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulae.
Tunc ego 'non oculos sed uentrem pascere ueni:
Vel tu pone dapes, Vare, uel aufer opes.'

797 B. M. —

Graecinum uirgo, puerum Graecinus amabat
Et puer in sola uirgine captus erat.
Tunc dedit hanc puero Graecinus, se puer illi
Et fruitur uoto uirque puerque suo.

50 hãt putẻ *P* 51 Vos g (i above) *P* 52 atigit *P* 53 tũ in *P* 55 pthea *P* ualet *Buech.* solet *P* 56 qui uel abũtur *P*, *em. Buech.* nil *P* uis *uel* heu *conicio.* — 795. 2 ganimede *P* 9 placeret *Buech.*

CARMEN

CODICIS PARISINI 7461

B. M. — 798

Signifer aethereus, mundus quo cingitur omnis,
Astra tenens tantum seseque mouentia septem;
Cetera nam proprio stant semper in ordine fixa.
Saturni sidus summa concurrit in arce
Ter denoque suus completur tempore cursus.
Inde Iouis cursus bis senis uoluitur annis.
Sic Mars quingentis rubens quadraginta diebus.
Ast uno Solis completur circulus anno,
Trecentis Venus octo et quadraginta diebus,
Mercurius centum triginta nouemque diebus.
Bis denis septemque diebus Luna peragrans
Octo horisque simul proprium sic conficit orbem.

798. *P = codex saec. XIII*, *ubi teste Orellio post c.* 486, 97 *ante u.* 110 *eius carminis legitur.* 2 *puto* tenet *et* sese remouentia 7 Hinc *puto* quadringinta *P. De Marte Venere Mercurio falsa narrantur.* 11 Bis senis septem atque duobus *P* sic] *num* sibi?

CARMINA

CODICVM RECENTIVM

FABVLAE
CODICIS PEROTTINI

[FABVLAE AESOPIAE] B. M. —

799

Simius et uulpes

(Auarum etiam quod sibi superest non libenter dare)

Vulpem rogabat partem caudae simius,
Contegere honeste posset ut nudas nates;
Cui sic maligna: 'longior fiat licet,
Tamen illam citius per lutum et spinas traham,
Quam partem quamuis paruam impertiar tibi.'

800

Auctor

(Non esse plus aequo petendum)

Arbitrio si natura finxisset meo
Genus mortale, longe foret instructius;
Nam cuncta nobis attribuisset commoda
Quaecunque indulgens Fortuna animali dedit:
Elephanti uires et leonis impetum,
Cornicis aeuum, †gloriam tauri trucis,

V = *Vaticanus*, *N* = *Neapolitanus codex; P* = *uterque. cf. praef. Lacunas libri N non significo.*

799, 4 *num* potius? *sic et Buech.* 5 Quam tibi impartiar paruam quamuis partem *P*, *transp. Cassittius.* — 800, 4 Fortuna indulgens *P*, *transp. Lemaire* 6 cornicis *Maius* corpus in *P* gloriam *Buech. confert Plin. H. N. VIII* 181.

Equi uelocis placidam mansuetudinem,
Et adesset homini sua tamen sollertia.
Nimirum in caelo secum ridet Iuppiter,
Haec qui negauit magno consilio hominibus,
Ne sceptrum mundi raperet nostra audacia.
Ergo contenti munere inuicti Iouis
Fatalis annos decurramus temporis
Nec plus conemur quam sinit mortalitas.

801

Mercurius et duae mulieres

(De eodem alia fabella)

Mercurium hospitio mulieres [olim] duae
Illiberali et sordido receperant,
Quarum una in cunis paruum habebat filium,
Quaestus placebat alteri meretricius.
Ergo ut referret gratiam officiis parem,
Abiturus et iam limen excedens ait
'Deum uidetis; tribuam uobis protinus,
Quod quaeque optarit.' mater suppliciter rogat,
Barbatum ut uideat natum quam primum suum;
Moecha, ut sequatur sese, quicquid tetigerit.
Volat Mercurius, intro redeunt mulieres.
Barbatus infans ecce uagitus ciet:
Id forte meretrix cum rideret ualidius,
Nares repleuit humor, ut fieri solet.
Emungere igitur se uolens prendit manu
Traxitque ad terram nasi longitudinem
Et alium ridens ipsa ridenda exstitit.

802

Prometheus et Dolus

(De ueritate et mendacio)

Olim Prometheus seculi figulus noui
Cura subtili Veritatem fecerat,

801, 1 olim *add. Cassittius* 5 par *P* 8 supplicat *N* 13 quum *P ubique* ridet *P* Id cum forte meretrix *P*, *transposui* 802. 1 noui figulus *P*, *em. Cassittius* 2 Creta *N*

Vt iura posset inter homines reddere.
Subito accersitus nuntio magni Iouis
Commendat officinam fallaci Dolo,
In disciplinam nuper quem receperat.
Hic studio accensus facie simulacrum pari
Vna statura simile et membris omnibus,
Dum tempus habuit, callida finxit manu.
Quod prope iam totum mire cum positum foret,
Lutum ad faciendos illi defecit pedes.
Redit magister, quo †festinante Dolus
Metu turbatus in suo sedit loco.
Mirans Prometheus tantam similitudinem
Propriae uideri uoluit artis gloriam.
Igitur fornaci pariter duo signa intulit,
Quibus percoctis atque infuso spiritu
Modesto gressu sancta incessit Veritas;
At trunca species haesit in uestigio.
Tunc falsa imago atque operis furtiui labor
Mendacium appellatum est; quod negantibus
Pedes habere facile ipse consentio.

803

Auctor

(Nihil diu occultum)

. . . .

Simulata interdum uitia prosunt hominibus,
Sed tempore ipso tamen apparet ueritas.

804

Auctor

(Sensum aestimandum esse, non uerba)

Ixion quod uersari narratur rota,
Volubilem fortunam iactari docet.
Aduersus altos Sisyphus montes agit

12 festinanter *Bothius* 22 facilius cons. *Buech.* et ipse assentio *puto.* — 804, 1 quod *V* qui *N* . actat . . *N* 2 fortuna *N*

Saxum labore summo, quod de uertice
Sudore semper irrito reuoluitur:
Ostendit hominum sine fine [esse] miserias.
Quod stans in amne Tantalus medio sitit,
Auari describuntur, quos circum fluit
Vsus bonorum, sed nil possunt tangere.
Vrnis scelestae Danaides portant aquas
Pertusa nec complere possunt dolia:
Immo, luxuriae quicquid dederis, perfluet.
Nouem porrectus Tityos est per iugera,
Tristi renatum suggerens poenae iecur:
Quo quis maiorem possidet terrae locum,
Hoc demonstratur cura grauiore adfici.
Consulto inuoluit ueritatem antiquitas,
Vt sapiens intellegeret, erraret rudis.

805

Auctor

(De oraculo Apollinis)

Vtilius nobis quid sit, dic, Phoebe, obsecro,
Qui Delphos et formosum Parnasum incolis.
Quid o sacratae uatis horrescunt comae?
Tripodes mouentur, mugit adytis religio,
Tremuntque lauri et ipse pallescit dies.
Voces resoluit icta Pytho numine:
'Audite, gentes, Delii monitus dei.
Pietatem colite, uota superis reddite,
Patriam parentes natos castas coniuges
Defendite armis ferroque hostem pellite,
Amicos subleuate, miseris parcite,
Bonis fauete, subdolis ite obuiam,
Delicta uindicate, † castigate impios,
Punite turpi thalamos qui uiolant stupro,

6 esse *add. Zell.* 9 nihil *V* 10 scelestas *P*, *em. Mai.* 12 imo *N* 14 Tristis *P* pene *N* 15 quis *Cass.* quisque *P* 18 intelligeret *P.* — 805, 3 Quando *Iannellius* o *om. N* 6 ·cta *N* Pythia *Cass.* Phyton *P*, *em. Buech.* 10 hostem ferroque *P*, *transposui* hostem ferro *Cass.* 13 castigate *P* cohibete *Cass.*

Malos cauete, nulli nimium credite.'
Haec elocuta concidit uirgo furens.
Furens profecto: nam quae dixit perdidit.

806

Aesopus et scriptor

(De malo scriptore se laudante)

Aesopo quidam scripta recitarat mala,
In quis inepte multum se iactauerat.
Scire ergo cupiens quidnam sentiret senex
'Numquid tibi' inquit 'uisus sum superbior?
Haud uana nobis ingeni fiducia est.'
Confectus ille pessimo uolumine
'Ego' inquit 'quod te laudas uehementer probo,
Namque hoc ab alio nunquam continget tibi.'

807

Pompeius Magnus et eius miles

(Quam difficile sit hominem nosse)

Magni Pompei miles uasti corporis
Fracte loquendo et ambulando molliter
Famam cinaedi traxerat certissimam.
Hic insidiatus nocte iumentis ducis
Cum ueste et auro et magno argenti pondere
Auertit mulos. factum rumor dissipat,
Arguitur miles, rapitur in praetorium.
Tum Magnus 'quid', ait 'tune me, commilito,
Spoliare es ausus?' ille continuo exscreat
Sibi in sinistram et sputum digitis dissipat.
'Sic, imperator, oculi exstillescant mei,
Si uidi aut tetigi.' tum uir animi simplicis
Id dedecus castrorum propelli iubet

16 eloquuta *N.* — 806, 4 inquit sum tibi uisus *P; transp. Cass. et ego* 5 ingenii *P.* — 807, 1 Pompeii *P, sed cf.* 806. 5. 807, 31. 8 ais *P* ait *Bothe*

Nec cadere in illum credit tantam audaciam.
Breue tempus intercessit, et fidens manu
Vnum e Romanis prouocabat barbarus:
Sibi quisque metuit, primi mussarunt duces.
Tandem cinaedus habitu sed Mars uiribus
Adit sedentem pro tribunali ducem
Et uoce molli: 'licet'? enimuero eici
Vt in re atroci Magnus stomachans imperat.
Tum quidam senior ex amicis principis
'Hunc ego committi satius fortunae arbitror,
In quo iactura leuis est, quam fortem uirum,
Qui casu uictus temeritatis te arguat.'
Assensit Magnus et permisit militi
Prodire contra, qui mirante exercitu
Dicto celerius hostis abscidit caput
Victorque rediit. His tunc Pompeius super:
'Corona, miles, equidem te dono libens,
Quia uindicasti laudem Romani imperi.
Sed exstillescant oculi sic' inquit 'mei',
Turpe illud imitans ius iurandum militis,
'Nisi tu abstulisti sarcinas nuper meas.'

808

Iuno, Venus et gallina

(Aduersus mulieres)

Cum castitatem Iuno laudaret suam,
Iucunditatis causa non repulit Venus,
Nullamque ut affirmaret esse illi parem,
Interrogasse sic gallinam dicitur:
'Dic sodes, quanto possis satiari cibo.'
Respondit illa: 'quidquid dederis, satis erit,

15 manu fidens *P*, *em. Iann.* 16 e *Orell.* de *V; euan. in N* 17 mussant *P*, *em. Buech.* mussitant *Orell.* 20 eum uero *puto* eiici uirum *P;* uirum *deleui*, *ad* 21 *trahit Zell.* 28 hosti *P* 29 redit *P* tum *N* 30 militis *P*, *em. Cass.* 31 Quia *V* Quod *N* imperii *P.* — 808. De mulierum libidine *N* 1 Quum *P* 2 Iocum agitandi *Orell.* causam *Iann. fort. recte* repellit *P* reppulit *Iann.* 3 N////l////que *N* sibi imparem *Orell.* 5 posses *V* possis *N*

Sic ut concedas pedibus aliquid scalpere.'
'Ne scalpas' inquit, 'satis est modius tritici'?
'Plane, immo nimium est: sed permitte scalpere.'
'Ex toto, ne quid scalpas, quid desideras?'
Tum denique illa fassa est naturae malum:
'Licet horreum mihi pateat, ego scalpam tamen.'
Risisse Iuno dicitur Veneris ioco,
Quia per gallinam denotauit feminas.

809

Paterfamilias et Aesopus

(Quomodo domanda sit ferox iuuentus)

Paterfamilias saeuum habebat filium.
Hic e conspectu cum patris recesserat,
Verberibus seruos afficiebat plurimis
Et exercebat feruidam adolescentiam.
Aesopus ergo narrat hoc breuiter seni:
    Quidam iuuenco uetulum adiungebat bouem.
Is cum refugiens impari collo iugum
Aetatis excusaret uires languidas,
'Non est quod timeas' inquit illi rusticus;
'Non ut labores, facio, sed ut istum domes,
Qui calce et cornu multos reddit debiles.
Et tu nisi istum tecum assidue detines
Feroxque ingenium comprimis clementia,
Vide ne querela maior accrescat domus.'
Atrocitati mansuetudo est remedium.

810

Aesopus et uictor gymnicus

(Quomodo comprimatur aliquando iactantia)

Victorem forte gymnici certaminis
Iactantiorem Aesopus cum † uidisset,

7 *num* Sicubi?   13 iocos *N*. — 809. 12 Et *V* S . . *N* retines *P*, *emendaui*   13 comprimes *N*. — 810, 1 Forte uictorem *P*, *em. Iann.*   2 quum uidisset Aesopus *P*, *transposui* quum esse

Interrogauit, an plus aduersarius
Valuisset eius? ille: 'ne istud dixeris;
Multo fuere uires maiores meae.'
'Quod' inquit 'ergo, stulte, meruisti decus,
Minus ualentem si uicisti fortior?
Ferendus esses forte si te diceres
Superasse, qui esset melior [tete] uiribus.'

811

Asinus ad lyram

(Quomodo ingenia saepe calamitate intercidant)

Asinus iacentem uidit in prato lyram.
Accessit [et] tentauit chordas ungula.
Sonuere tactae. 'bella res mehercules
Male cessit,' ait 'artis quia sum nescius;
Si repperisset aliquis hanc prudentior,
Diuinis aures oblectasset cantibus.'
Sic saepe ingenia calamitate intercidunt.

812

Mulier uidua et miles

(Quanta sit inconstantia et libido mulierum)

Per aliquot annos quaedam dilectum uirum
Amisit et sarcophago corpus condidit,
A quo reuelli nullo cum posset modo
Et in sepulcro uitam lugens degeret,
Claram assecuta est famam castae uirginis.
Interea fanum qui compilarant Iouis,
Cruci suffixi luerunt poenas numini.
Horum reliquias ne quis posset tollere,
Custodes dantur milites cadauerum

uidisset sophus *Cass.* q. u. philosophus *Iann.* 3 an plus *Iann.* ampliusne *P* 4 eius *Orell.* suus *P* Suus ual. *Iann.*, *fort. recte* 9 tete *addidi.* — 811, 2 et *add. Cass.* 4 inquit *uel* Ait, m. cess. *Buech.* — 812 et libido *om. V. cf. Petron. c.* 111. 4 sepulchro *P* lugens uitam *N* 5 assequuta *P* 7 *num* luerant?

Monumentum iuxta, mulier quo se incluserat.
Aliquando sitiens unus de custodibus
Aquam rogauit media nocte ancillulam,
Quae forte dominae tunc adsistebat suae
Dormitum eunti; namque lucubrauerat
Et usque in serum uigilias perduxerat;
Paulum reclusis foribus miles prospicit
Videtque egregiam et facie pulchra feminam.
Corruptus animus ilico succenditur
Et uritur sensim impudentis cupiditas.
Sollers acumen mille causas inuenit,
Per quas uidere posset uiduam saepius.
Quotidiana capta consuetudine
Paulatim facta est aduenae summissior,
Mox artiore uinxit animum copula.
Hic dum consumit noctes custos diligens,
Desideratum est corpus ex una cruce.
Turbatus miles factum exponit mulieri.
At sancta mulier 'non est quod timeas' ait
Virique corpus tradit figendum cruci,
Ne subeat ille poenas neglegentiae.
Sic turpitudo laudis obsedit locum.

813

Duo iuuenes sponsi, diues et pauper

(Fortunam interdum praeter spem atque exspectationem hominibus fauere)

Vnam expetebant uirginem iuuenes duo:
Vicit locuples genus et formam pauperis.
Vt nuptiarum dictus aduenit dies,
Amans dolorem quia non poterat perpeti,
Maerens propinquos contulit se in hortulos,
Quos ultra paulo uilla splendida diuitis

15 produxerat *Bothius* 17 egregiam *Buech.* aegram *P* 18 illico *P* 19 Vriturque *P*, *em. Cass.* 21 possit *N* uiduam *ego* uiam *V* ///am *N* illam *Iann.* 25 custos *V* miles *N* 30 negligentiae *P*. — 813, 6 splendidi *P*, *em. Cass.*

Erat acceptura uirginem e matris sinu,
Parum ampla in urbe nisa quod fuerat domus.
Pompa explicatur, turba concurrit frequens
Et coniugalem praebet hymenaeus facem.
Asellus autem, qui solebat pauperi
Quaestum deferre, stabat portae in limine.
Illum puellae casu conducunt suae,
Viae labores teneros ne laedant pedes.
Repente caelum Veneris misericordia
Ventis mouetur, intonat mundi fragor
Noctemque densis horridam nimbis parat,
Lux rapitur oculis et simul uis grandinis
Effusa trepidos passim comites dissipat,
Sibi quemque cogens petere praesidium fuga.
Asellus notum proximum tectum subit
Et uoce magna sese uenisse indicat.
Procurrunt pueri, pulchram aspiciunt uirginem
Et admirantur, deinde domino nuntiant.
Inter sodales ille paucos accubans
Amorem crebris auocabat poculis.
Vbi nuntiatum est, recreatus gaudiis
Hortante Baccho et Venere dulces perficit
Aequalitatis inter plausus nuptias.
Quaerunt parentes per praeconem filiam;
Nouus maritus coniuge amissa dolet.
Quid esset actum postquam populo innotuit,
Omnes fauorem comprobarunt caelitum.

814

Aesopus et domina

(Quam noceat saepe uerum dicere)

Aesopus turpi cum seruiret feminae,
Quae se expingendo totum intricaret diem,
Vestem uniones aurum argentum sumeret

12 ferre *P, em. Cass.* 13 sui *Buech. fort. recte.* — 814, 2 intricabat *P, em. Orell.* 3 Vestes *P, em. Burm.*

Nec inueniret digito qui se tangeret,
'Licetne paucis'? inquit. 'Dicas.' 'Censeo,
Quiduis efficies, cultum si deposueris.'
'Adeone per me uideor tibi meliuscula'?
'Immo, nisi dederis, sponda cessabit tua.'
'At non cessabunt latera' respondit 'tua'
Et obiurgari iussit seruum garrulum.
Armillam tollit paulo post †argenteam.
Eam non apparere ut dictum est mulieri,
Furore plena uocat omnis et uerbera
Proponit grauia, uerum si non dixerint.
'Aliis minare' inquit, 'me non falles, era;
Flagris sum caesus, uerum quia dixi modo.'

815

Gallus lectica a felibus uectus

(Nimiam securitatem saepe in periculum homines ducere)

Feles habebat gallus lecticarios.
Hunc gloriose uulpes ut uidit uehi,
Sic est locuta: 'moneo praecaueas dolum;
Istorum uultus namque si consideras,
Praedam portare iudices, non sarcinam.'
Postquam esurire coepit societas fera,
Discerpsit dominum et fecit partes facinoris.

816

Scrofa parturiens et lupus

(Faciendum prius de homine periculum, quam eius te committas fidei)

Premente partu scrofa cum gemeret iacens,
Accurrit lupus et obstetricis partibus

8 cessauit *P* 11 Paullo post armillam tollit *P*, *transposui* Post p. arm. tollit fur arg. *Orellius* argenteam] fur gemmeam *conicio* 12 Quam *P*, eam *Iann.* 13 uocat omnis *V* uocat//m//es *N* et *Cass.* ad *P* 15 fallis *N* certe *P* hera *Orell.* — 815, 1 lecticarius *P* 2 gloriosa *P*, *em. Burm.* 6 fera societas *P*, *em. Iann.* — 816, 1 Tremente *P*, *em. Cass.*

Se posse fungi dixit, promittens opem.
Cum uero nosset pectoris fraudem improbi,
Suspectum officium repudiauit malefici
Et 'satis est' inquit, 'si recedes longius.'
Quodsi perfidiae se commisisset lupi,
Pari dolore fata deflesset sua.

817

Aesopus et seruus profugus

(Non esse malo addendum malum)

Seruus profugiens dominum naturae asperae
Aesopo occurrit notus e uicinia.
'Quid tu confusus?' 'Dicam tibi clare, pater;
Hoc namque es dignus appellari nomine,
Tuto querela quia apud te deponitur.
Plagae supersunt, desunt mihi cibaria;
Subinde ad uillam mittor sine uiatico.
Domi si cenat, totis persto noctibus;
Siue est uocatus, iaceo ad lucem in semita.
Emerui libertatem, canus seruio.
Vllius essem culpae mihi si conscius,
Aequo animo ferrem. nunquam sum factus satur
Et super infelix saeuum patior dominium.
Has propter causas et quas longum est promere,
Abire destinaui, quo tulerint pedes.'
'Ergo' inquit 'audi: cum mali nil feceris;
Haec experiris, ut refers, incommoda;
Quid si peccaris? quae te passurum putas?'
Tali consilio est a fuga deterritus.

4 Cum *ego* Quae *P* pecoris *P*, *em. Or.* 6 recedas *N* 8 *an* pariens? parens dolori *Bothe.* — 817, 5 quia apud te querela *P*, *transp. Iann.* 8 Dominus *puto* Domi *P* 9 est *Cass.* aestu *P* 11 *num* si mihi? 13 dominum *V* (*euan. in N*), *em. Or.* 14 promere *Maius* pro/ /// *N*; *om. V* 16 nihil *P*

818

Equus quadrigalis in pistrinum uenumdatus

(Ferendum esse aequo animo quidquid acciderit)

Equum e quadriga multis palmis nobilem
Abegit quidam et in pistrinum uendidit.
Productus ad bibendum cum foret a molis,
In circum aequales ire conspexit suos,
Vt grata ludis redderent certamina.
Lacrimis obortis 'Ite felices,' ait
'Celebrate sine me cursu sollemnem diem;
Ego quo scelesta furis attraxit manus,
Ibi sorte tristi fata deflebo mea.'

819

Vrsus esuriens

(Famem acuere animantibus ingenium)

Si quando in siluis urso desunt copiae,
Scopulosum ad litus currit et prendens petram
Pilosa crura sensim demittit uado.
Quorum inter uillos simul haeserunt canceres,
In terram arripiens excutit praedam maris
Escaque fruitur passim collecta uafer.
Ergo etiam stultis acuit ingenium fames.

820

Viator et coruus

(Verbis saepenumero homines decipi solere)

Quidam per agros deuium carpens iter
'Aue' exaudiuit et moratus paululum
Adesse ut uidit neminem, cepit gradum.
Iterum salutat idem ex occulto sonus.
Voce hospitali confirmatus restitit,

818, 1 et quadrigam *P*, *em. Burm.* — 819, 2 littus *P* 3 dimittit *N* 4 cancri *V*, *em. Cass.* canc// *N* 7 stulto *P* stultis *Cass.* — 820, 4 sonat *N*

Vt, quisquis esset, par officium reciperet.
Cum circumspectans errore haesisset diu
Et perdidisset tempus aliquot milium,
Ostendit sese coruus et superuolans
'Aue' usque ingessit. tum se lusum intellegens
'At male tibi sit,' inquit, 'ales pessime,
Qui festinantis male detinuisti pedes.'

821

Pastor et capella

(Nil occultum esse quod non reueletur)

Pastor capellae cornu baculo fregerat:
Rogare coepit, ne se domino proderet.
. . . .
'Quamuis indigne laesa, reticebo tamen;
Sed res clamabit ipsa, quid deliqueris.'

822

Serpens et lacerta

(Vbi leonis pellis deficit, uulpinam induendam esse: hoc est, ubi deficiunt uires, astu utendum)

Serpens lacertam forte aduersam prenderat,
Quam deuorare patula cum uellet gula,
Arripuit illa prope iacentem surculum
Et pertinaci morsu transuersum tenens
Auidum sollerti rictum frenauit mora.
Praedam dimisit ore serpens irritam.

823

Cornix et ouis

(Multos lacessere debiles et cedere fortibus)

Odiosa cornix super ouem consederat;
Quam dorso cum tulisset inuita et diu,

8 mill/ N 10 intelligens *P* 11 tibi male *P*, *transp. Iann.* 12 male *P* sic N (?). — 821. *post* 2 *uersum excidisse arbitror.*

'Hoc' inquit 'si dentato fecisses cani,
Poenas dedisses.' illa contra pessima
'Despicio inermes, eadem cedo fortibus;
Scio quem lacessam, cui dolosa blandiar:
Ideo senectam mille in annos prorogo.'

824

Seruus et dominus

(Nullum maledictum esse grauius conscientia)

Cum seruus nequam Socrati malediceret,
Vxorem domini qui corrupisset sui,
Idque ille sciret notum circumstantibus,
'Places tibi' inquit, 'quia cui non debes places:
Sed non impune, quia, cui debes, non places.'

825

Lepus et bubulcus

(Multos uerbis blandos esse et pectore infideles)

Cum uenatorem celeri pede fugeret lepus
Et a bubulco uisus ueprem irreperet,
'Per superos [oro] perque spes omnes tuas,
Ne me indices, bubulce; nihil unquam mali
Huic agro feci.' et rusticus: 'ne timueris;
Late securus.' iamque uenator sequens
'Quaeso, bubulce, numquid huc uenit lepus?'
'Venit, sed abiit hac ad laeuam;' et dexteram
Demonstrat nutu partem. uenator citus
Non intellexit seque e conspectu abstulit.
Tunc sic bubulcus: 'ecquid est gratum tibi,
Quod te celaui?' 'Linguae prorsus non nego
Habere atque agere maximas me gratias,
Verum oculis ut priueris opto perfidis.'

823, 7 mile *V*? *in N euanuit.* — 824, 2 corripuisset *P*, *em. Mai.* — 825. Lupus *P* 1 celeripes *Bothius*, *sed cf.* 814, 7. 3 oro *add. Cass.* 5 ne timeret *P*, *em. Iann.* 13 me maximas *P*

826

Meretrix et iuuenis

(Multa esse iucunda, quae tamen sunt incommoda)

Cum blandiretur iuueni meretrix perfida
Et ille laesus multis saepe iniuriis
Tamen praeberet sese facilem mulieri,
Sic insidiatrix: 'omnes muneribus licet
Contendant, ego te plurimi facio tamen.'
Iuuenis recordans quotiens deceptus foret,
'Lubenter', inquit 'mea lux, hanc uocem audio,
Non quod fidelis sed quod iucunda est mihi.'

827

Fiber

(Multi [tuti] uiuerent, si salutis gratia parui facerent fortunas)

Canes effugere cum iam non possit fiber,
(Graeci loquaces quem dixerunt castorem
Et indiderunt bestiae nomen dei,
Illi qui iactant se uerborum copia!)
Abripere morsu fertur testiculos sibi,
Quia propter illos sentiat sese peti.
Diuina quod ratione fieri non negem.
Venator namque simul inuenit remedium,
Omittit ipsum persequi et uocat canes.
Hoc si praestare possent homines, ut suo
Vellent carere, tuti posthac uiuerent:
Haud quisquam insidias nudo faceret corpori.

828

Papilio et uespa

(Non praeteritam sed praesentem aspiciendam esse fortunam)

Papilio uespam praeteruolitans uiderat.

826, 8 est] *puto* es. — 827 tuti *add. Buech.* 4 se iactant *N* 6 se *P* sese *Cass.* 9 et reuocat *L. Mueller fort. recte.* 10 sui *V* 11 carere uti *V* careret uti *N*. — 828, 1 praeteruolantem *V*, *em. Orell. euanuit in N.*

'O sortem iniquam! dum uiuebant corpora,
Quorum ex reliquiis animam nos accepimus,
Ego eloquens in pace, fortis proeliis,
Arte omni princeps inter aequalis fui.
En cuncta leuitas, putris et uolito cinis!
Tu qui fuisti mulus clitellarius,
Quemcunque uisum est, laedis infixo aculeo.'
Et uespa dignam moribus uocem edidit:
'Non qui fuerimus, sed qui nunc simus, uide.'

829

Terraneola et uulpes

(Prauis non esse fidem adhibendam)

Auis, quam dicunt terraneolam rustici,
In terra nidum quia componit scilicet,
Forte occucurrit improbae uulpeculae,
Qua uisa, pennis altius se sustulit.
'Salue' inquit illa, 'cur me fugisti, obsecro?
Quasi non abunde sit mihi in prato cibus,
Grylli, scarabaei, locustarum copia.
Nihil est quod metuas; ego te multum diligo
Propter quietos mores et uitam probam.'
Respondit contra: 'tu quidem bene praedicas;
In campo non sum par tibi, sed sum sub dio:
Quin sequere: tibi salutem committo meam.'

830

Epilogus

(De iis qui legunt libellum)

Hoc qualecunque est, Musa quod ludit mea,
Nequitia pariter laudat et frugalitas.
Sed haec simpliciter; illa tacite irascitur.

2 accipimus *P?* 4 loquens *P*, *em. Iann.* 6 *num* en uolitans c.? — 829. Terantula *et u.* 1 terantulam *V; recte N* 3 occurrit *P* 7 grilli *P* 8 ego *Bothe* rogo *P* 11 Non sum in campo *P*, *transpos. Dressler* 12 salutem tibi *P*, *transp. id.*

CARMINA

CODICIS VATICANI CVIVSDAM

B. — M. 878

831

Quisquis ad ista moues fulgentia limina gressus,
Priscorum hic poteris uenerandos cernere uultus,
Hic pacis bellique uiros, quos aurea quondam
Roma tulit caeloque pares dedit inclita uirtus.
Grandia si placeant tantorum gesta uirorum,
Pasce tuos inspectu oculos et singula lustra.

B. — M. 711

832

Romulus

Hic noua qui celsae fundauit moenia Troiae
Vrbem Romanam proprio de nomine dixit.
Infantem gelidi proiectum ad Thybridis undas
Vberibus fecunda piis Larentia pauit.
Ausus finitimas praedari fraude Sabinas,
Fortem fortis humi prostrauit Acrona duello.

Carmina de uiris illustribus Romanis tam consulibus quam imperatoribus et regibus *Maius; puto ex V* (*Vatic. saec. XV?*). *Deest inscr. G* (*Gothanus s. XV ap. Duebnerum in Iahnii annal. philol.* 1828 *p.* 312). — 831. *Inscr. om. V* De eadem urbe Roma *G*, *in quo post* 881 *Mey.* 2 hic *om. V* uoltus *G* 4 dabit *G* inclyta *V* 5 Inclyta si *V*. — 832. 1 Romae *G* 2 dixit *G* dictam *V* 3 tibridis *VG* undam *V* 4 laurentia *VG* 6 humo *G* arcõna *G*, *cum glossa* datium

833 B. — M. 747

L. Quintius Cincinnatus

Cui dedit hirsutus nomen uenerabile cirrus,
Quintius hic ille est, rigidis animosus in armis.
Is quoque dum curuo sudans penderet aratro,
Ante boues meritum meruit dictator honorem.
Consulis obsessi partes defendit inertis,
Inde triumphalem conscendit agricola currum.

834 B. — M. 713

M. Furius Camillus

Qui fuit en patriae quondam spes ampla ruentis,
Hic Senonum propria domuit uirtute furores;
Vicit et opposito quos clausit Marte Faliscos,
Brachia fallaci religato in terga magistro.
Quicquid ubique truces bello ualuere decenni,
Inclita, Veientes, accessit pompa triumpho.

835 B. — M. 714

T. Manlius Torquatus

Inclita Torquatae dedit hic cognomina genti.
Vir ferus ante acies prostrati guttura Galli
Perfodiens gladio poscentis uoce duellum
Abstulit aurati pretiosa monilia torquis.
Consulis et Decii bello collega Latino
Victoris nati maculauit caede secures.

836 B. — M. 715

P. Decius

Hic est qui uitam patriae deuouit amatae.

833. Lucius Quintus *G. Carm. om. V* 2 Quintus *G* 3 curis *VG, em. Buech.* 5 inertes *G.* — 834. M. Furius *om. G* 1 condam *G* 3 uidit *G* claudit *G* 4 religata *G* 5. 6 *om. V* 6 Veienses *G.* — 835 *om. V* Titus Manilius Torquatus *G* 4 torques *G.* — 836. De Publio Decio *G*

Dum furor oppositos agitaret ad arma Latinos
Saeuaque crudelem cecinissent classica pugnam,
Inter tela aciesque uirum cuneosque pedestres
Candida sacrata religatus tempora uitta
Ante aciem moriens hostilibus occidit armis.

B. — M. 716

837

M.' Curius Dentatus

Quid iuuat imperio populos rexisse potenti
Fuluaque Mygdoniis ornasse palatia gemmis?
Quamquam ciuis inops toto notissimus orbe
Hic fuit, egregio domuit qui Marte Sabinos.
Fregerit ipse licet ingentis robora Pyrrhi,
Pauperiem lato Samnitum praetulit auro.

B. — M. 718

838

C. Fabricius

Contentus modico tectique habitator egeni
Hic erat et renuit deuicti munera Pyrrhi,
Spreuit et oblatos, Samnitum munera, seruos,
Respuit immensi locupletia ponderis aera,
Horruit infamem scelerata fraude ministrum
Pocula pollicitum regi miscere ueneno.

B. — M. 719

839

Q. Fabius Maximus

Vir fuit iste ferox, qui toruus fronte uerenda
†Vir fuit egregius belli praeclarus et armis.

2 Cum *Duebn.* 3 scaeuaque *V* 5 sacrato *V* 6 uouens *inesse uidetur* crudelibus *V*. — 837. Marcus *VG* cirenius *G* 1 potentis *puto* 5 ingentis *V* fugientes *G* 6 oblato *Buech.* sanito pertulit *G*. — 838. Gaius *V* Gaii Fabricii Licinii (*sic*) epitaphium *G* 2 et spreuit *G* *u*. 4. 3 *G* 3 *num* aceruos? 4 locupletis *V* 5 magistrum *V* ingrm *G* ingratum *Duebnerus* ministrum *Froehlichius*. — 839. Quintus *G* *u*. 1 *Duebn. ad aliud carmen*, *Buech. ad Regulum refert.* qui t. f. u. Pingitur, *uel simile expecto* 1 qui totus *V* 2 uir bello clarus *G*

Captiuos modici quamquam pauperrimus agri
Exemit pretio Poenorum in uincula missos
Is qui cunctando nisi Punica fregerit arma,
Nulla foret Latiis Romana potentia terris.

840 B. — M. 720

Claudius Nero

Armorum uirtute potens Nero Claudius hic est.
Coniunctus Liuio Picentis ad arua Metauri
Prostrauit Libycas memorando Marte cohortes.
Fortunate tui, iuuenis metuende, furoris!
Ausus es ignari iacere ad tentoria fratris
Ceruicem Libyci media inter tela tyranni.

841 B. — M. 721

M. Marcellus

Tu primus Libycum Nolae sub moenibus hostem
Insidiis periture tuis Marcelle fugasti.
Cumque Syracosii quondam † negaretur honoris
Pompa tibi, Albano gessisti in monte triumphum.
Praedonum deprensa manu uenerandaque multis
Luctibus heu patrio caruerunt ossa sepulcro.

842 B. II 41. M. 722

Scipio

Ille ego sum, patriam Poeno qui Marte cadentem
Sustinui rapuique feris ex hostibus urbes
Hispanas, † Hannonisque acies magnumque Syphacem

5 qui] quoque *G* nouerit arma *V*. — 840. Nero Claudius *V* 2 arma *G* 4 metuendo *G* 5 ad tempora *G* regis *V*. — 841. M.] Marcus *G* 2 suis *G* tuis *V* 3 syracusii *V* syracusi *G* raperetur *Duebn.* abnueretur *Buech.* 4 in *om. G.* — 842. *Extat in cod. Florent.* 39, 9 *a.* 1464 *scripto, et ib.* 63, 33 *s. XV, ubi* 'Pro Scipionis tumulo' *Liuii libro XXX additur (dixi F); et in Bodleiano misc.* 308 *s. XV.* 1 morte *G* ex Marte *VF* 2 ex *om. G* 3 hyspanicis anonis, *om.* que, *G* Spanas *Oud. Dedi ex V.* artes *Burm.* Maurumque *Buech.* siphacem *F*

Perdomui et fractum totiens armisque repulsum
Hannibalem, uictorque ferox mihi regna subegi
Punica et excelsas altae Carthaginis arces.

B. — M. 727

843

C. Marius

Et genus et nomen merui uirtute feroci
Rusticus Arpinas, bellorum maximus auctor.
Effera post Numidae quam fregimus arma Iugurthae,
Cimbrica praeclaros geminauit pompa triumphos.
Exegi ciuile nefas seruilibus armis,
Et mea Sullanos fregerunt arma furores.

B. — M. 729

844

M. Caesius Scaeua

Igne calens belli mediaque in caede cruentus,
Pompeiana phalanx patulis exire ruinis
Dum furit et properat claustrorum frangere turres,
Scaeua ego Caesarei defendi culmina ualli.
Dum timet Oceanus praeclari Caesaris arma,
Textum pampineae gessi sublime coronae.

B. — M. 730

845

Gn. Pompeius

Arma tuli quondam toto uictricia mundo,
Qui pelago Cilicas et Pontica regna subegi.
Vis mea, quos profugus commouerat exul ad arma,
Bellorum uirtute truces prostrauit Hiberos.

4 et *om.* *G* toties *F* 5 uictorque *V*] bellisque *GF* 6 altae *V* dirae *F* durae *G*. — 843. De Gaio Mario *G* C.] Gaius *V* 4 turba *G* pompa *V* 5 seruilibus *V* ciuilibus *G* 6 Et me Syllani . . furoris *V*. *Vtrumque uerum est.* — 844. Marcus Cesius Scaeua *G* Gaius Scaeua *V*. *cf. Val. Max. III* 2, 23. Cassius *Duebnerus* 2 falanx *G* 4 cesari *G* 5 occianus *G* praedari *V*. — 845. Gn. *om.* *V* Quintus Gaius Pompeius *G* 2 cilicas *VG*, *an recte?* Cilices *Duebn.* 3 uix *G* promouerat *V* 4 gallorum *G* iberos *G*

At me post soceri ciuilia bella cruenti
Dextera Septimii Phariis lacerauit in undis.

846 B. II 52. M. 747

M. Porcius Cato

Cerne hic ora sacri semper ueneranda Catonis!
Libertate potens animoque inuictus et armis
Auius incerto peragrauit tramite Syrtes.
Libertatis enim dulcedine captus amatae,
Ne sua seruitio premerentur colla tyranni,
Fortia crudeli penetrauit uiscera ferro.

847 B. II 63. M. 750

Iulius Caesar

Ille hic magnanimus, qui claris arduus actis
Non timuit generum nec inertia signa senatus,
Ne sibi Gallorum raperetur pompa triumphi,
Intulit inuitus per ciuica uiscera ferrum.
Vis inuicta uiri reparata classe Britannos
Vicit et hostiles Rheni conpescuit undas.

848 B. — M. 751

[Iulius Caesar

Caesar ad imperium ciuili sanguine partum
Venisti famulasque manus Fortuna tetendit.
Ipsa tibi cessit tellus et iussibus aequor
Paruit omne tuis. uerum inuidiosa potestas
Et suspectus honos: adimunt ciuilibus armis
Imperium uitamque tibi formidine regni.

846. *Hoc et sequens in G extat, sed Duebn. nil inde affert.* 1 ossa *Fabricius antiqq. p.* 151, *qui p.* 233 *hoc*, 847 *et* 855 '*e libro manuscripto Aeneam Siluium referre*' *dicit.* 4 auitae *Burm.* 6 pectora *Fabr.* — 847. 2 $\overset{s}{\text{g}}$igna *G* tela *Fabr. l. c.* 4 inuitus *G* inuictus *V* immitis *Fabr.* 5 classe *G* caede *V.* — 848—850 *om. G, ut uidetur; recentiora puto, cum Caesari*

B. — M. 752

849

Iulius Caesar

Germanos domui Caesar Gallosque potentes,
   Cesserunt signis omnia regna meis.
Et generum uici natosque ferumque Catonem
   Imperioque fuit subdita Roma meo.
In tantis opibus me fors inimica peremit
   Omnis et immiti gloria sorte ruit.

B. — M. 753

850

Epitaphium Iulii Caesaris

En adsum Caesar. quis me praestantior armis?
Quis prior eloquio? quis me clementior alter
Egregia pietate fuit? quoscumque subegi,
Hos uici pietate magis quam fortis in armis.
Plus mecum Fortuna fuit, plus †omnibus uni
Quam sibi di dederunt. gestis belloque refulsi,
Germanos domui populos Gallosque potentes
Atque tripartitum tenui sub fascibus orbem.
Deleri haud potuit uirtus, non inclita fama;
Haud patricida meum potuit restinguere nomen.
Qua rapitur Titan curru, qua uergitur axis,
Hac Zephyrus nostros referet per saecla triumphos.]

B. — M. 755

851

Caesar Augustus

Quae mihi, sancte, dabit grandes expromere laudes
Musa tuas? iam pauca canam. tu Caesaris alti
Vltus es indignam memorando nomine mortem,
Actiaco et Pharias superasti in gurgite classes,

iam prius epigr. datum sit metrumque in altero, uersuum numerus in tertio a reliquis discrepet. — 850. 4 fortis *Maius* fastus *V* 5 *puto* plus nominis 6 Quam] Par *Buech.* sibi] mihi *Maius* dii *V* dederant *V* 9 inclyta *V* 10 parricida *V* restringere *V*, *corr. Mey.* — 851. Caesar] Octauianus *G* 1 sancta *VG*, *em. Buech.* dedit *G* depromere *G* 2 tua *G*

Tranquillumque tuis faciens uirtutibus orbem
Clausisti reserata diu sua limina Iano.

852 — B. — M. 756

[Augustus

Solus habes aquila coruos laniante triumuir
Imperium, uictusque tuis Antonius armis
Leucadio et regina freto; Ianumque bifrontem
Clausisti. ac toto cum feceris otia mundo
Teque audes conferre deo, te Liuia sortis
Dicitur humanae [tandem] monuisse ueneno.]

853 — B. — M. 759

Tiberius

Claudius egregie uixit priuatus et insons
Imperiis, Auguste, tuis; simulataque uirtus
. . . .

854 — B. — M. 771

Traianus

Caesareos toto referens hic orbe triumphos
Notus erat mundo quondam pietate gementi.
Inclitus extremos penetrauit uictor ad Indos,
Belligerosque Arabas et Colchos sub iuga misit,
Armenia et Parthos pepulit Babylone subacta,
Et dedit Albanis regem, quos uicerat armis.

6 lumina *G*. — 852. *Om. G. Recentius puto*, *cf. ad* 848. 4 at *Mey.* 6 tandem *add. Maius.* misto *uel* nocuo *Buech.* — 853. *Om. G ut uidetur.* — 854. 2 Natus *Duebn.* mundo *ego*] mundi *V* uiduae *G* condam *G* gementis *VG.* 3 inclytus *V* 4 Arabes *Duebn.* 5 et *om. G.* — 852 *om. VG; sed addidi quia in cod. Florent.* 39, 9 *a.* 1464 *scripto p.* 193 *teste Bandinio extat, qui etiam c.* 842 *continet: cf. ad c.* 846.

B. II 64. M. 754

855

Octauianus Augustus

In Macetum campis ultus iam Caesaris umbras
Sum patris, Augustus belloque armisque superbus.
Iamque meos sensit fugiens Antonius enses.
Quantum ingens orbis, quantum Iouis alta potestas,
Tantus in orbe fui. terras pontumque subegi;
Vix caelum superis et sidera summa reliqui.

1 Macedum *cod.*, *Fabric. antiqq. p.* 152. Macetum *uulgo* 2 animisque *Burm.* 3 Namq; *Fabr.*, *em. G. Vossius* 4 orbis] Orci *Oud.* genitor *Burm.* Martis *Iacobs* 5 fui, mare trans pontumq; *Fabr.*, *em. Heins. Burm.*

CARMINA
CODICIS HUYDECOPERIANI

856 B. II 3. M. 696

De Nino

Ninus ab Assyriis sum primus regibus ausus
Non modo finitimos populos regesque potentes
Imperio pressisse meo, sed uiribus omnem
Paene Asiam domui terraeque marique timendus.

857 B. II 4. M. 700

De Semiramide

Te stola ne dubium teneat cultusque uenusti
Corporis ambiguus: sum clara Semiramis, alto
Non minor ipsa uiro, belli pacisque probatis
Artibus insignis, nato miserabilis uno.

858 B. II 5. M. 698

De Cyro

Quantum fata ualent atque inmutabilis ordo
Astrorum, docui Cyrus, quem nulla domare
Vis potuit, non Astyages Babylonue superba:
Massagetis eadem me fata dedere tremendis.

859 B. II 6. M. 699

De Tamyri

Quantum ego claruerim Mauortis in agmine, Cyrus
Ipse ferus nouit, qui dum mea regna profanus

'Cod. Ms. Viri Amplissimi Balth. Huydecoperi, in quo sylua ueterum aliorumque Epigrammatum habebatur' *Burm.* 857. 1 ne] te *cod.* — 858. 4 eadem] tandem *Iacobs.* — 859. De eodem *cod.*

Spargapise insidiis rapto popularier audet,
Quam Tamyris turbata ualet, cognouit in utre.

B. II 8. M. 704

860

De Myrina

Inter Amazonidas, quas insula celsa Tritonis
Hespera progenuit, qui me nescire Myrinam
Dixerit, ignarum sese fateatur oportet
Eximiae laudis: Libyamque Asiamque subegi.

B. II 10. M. 705

861

De Penthesilea

Graiugenas acies superans passimque fugatas
Penthesilea premens ulcisci nobilis umbram
Hectoris ipsa mei potui, ni dirus Achillis
Ille Neoptolemus me clam misisset ad Orcum.

B. II 7. M. 701

862

De Alexandro Magno

Magnus Alexander bellisque horrendus et armis,
Qui terrore mei trepidantem nominis orbem
Vsque sub Eoum paruo cum milite Gangen
Vndique concussi, nulli sum laude secundus.

B. II 9. M. 749

863

De Iulio Caesare

Sum genus Aeneadum Caius cognomine Caesar
Iulius, Assyrios, Cyrum, Macetumque ferocem
Qui iuuenem probitate animi, qui corporis acer
Viribus exsuperans fueram pater urbis et orbis.

3 populariter *cod.* 4 Thamyris *cod.* — 860 *inscr. om. cod.* 1 quam *cod. Cod. carmina ordinat ut Burm.; ordinem mutaui, ut bina cohaererent carmina.* — 862. 3 patrio *Buech.* — 863. 2 Assyrium *Meyer* Macedumque *cod. ut uidetur*

ALIA QVAEDAM CARMINA

CODICVM VEL RECENTISSIMORVM VEL SAECVLI INCERTI

864

B. V 67. M. 1036

. . . . Capricorni sidere frigens.
Inducit Februo uer udus Aquarius aruo.
Mars flores uernos nemori sub Piscibus edit.
Aprili uernante nouans Aries micat annum.
Aestatis Maius Tauro primordia prodit.
Iunius aestiuo Geminorum cardine surgit.
Iulius aestiuas Cancro secat altus aristas.
Autumni caput Augustus parat ore Leonis.
Autumnas uuas September Virgine curat.
Libra sub autumno Octobri dat semina sulco.
Scorpius innectit tempus brumale Nouembris.
Arcitenens hiemis . . . .

865

B. V 194. M. 1123

Porcius octophoro fertur resupinus ad aedem
Iunonis Triuiae priscaque templa deae

864 '*ex ueteri codice Virgilii Mediceo descripserat N. Heinsius*' *Burm.* *u.* 5—12. 1—4, *nullo inter* hiemis *et* Capricorni *interuallo*, *codex; transposui.* *u.* 12 *ab* 1 *separauit Mey.* *Versuum ordinem mutari uetat Buech.*, *ne diuellantur uersus ad hiemem spectantes; sed cum u.* 2—10 *anni tempestas omnibus uersibus nominetur*, *in hieme* (*cf. u.* 11) *aliter se habet; quare ut par erat a Ianuario orsus sum.* De quatuor anni tempestatibus *inscr. Burm.* 2 udum aquarius arco *cod.*, *em. Burm. et Buech.* 3 uernis *cod.*, *em. Burm.* 7 alter *cod.*, *em. Buech.*

865. '*Ex cod. MS. Bourdelotii ineditum hoc Epigramma adfert Pricaeus ad Apuleji Apolog. p.* 173.' *Burm.* In Porcium *Burm.* *Ficticium putat Buech.*

Et circum Phoebi. merito stupet inscia turba
Atque ait 'en horum uictima porcus erit!'

B. V 212. M. 1141

866

Quis deus hoc medium flammauit crinibus aurum
Iussit et in dumis sentibus esse rosam?
Aspicis ut magni coeant in foedus amantes:
Martem spina refert, flos Veneris pretium est.
Quid tibi cum magnis, puer, est, lasciue, sagittis?
Hoc melius telo pungere corda potes!
Nec flammas quaeras neque anheli pectoris ignis:
Si tibi uer tantum praebeat ista, sat est.
Pallens herba uiret: color est hic semper amantum.
Tam fugitiua rosa est quam fugitiuus amor.
Nam quod floricomis gaudet lasciua metallis,
Aurum significat uilius esse rosa.

B. M. —

867

Fabula constituit toto notissima mundo
Gorgoneos uultus saxificumque nefas.
Hoc monstrum natura potens nouitate ueneni
Trux oculis nostris iusserat esse malum.
Hanc auro genitus Iouis ales praesule diua
Mactans aerato conspicit ingenio.
Deriguit mirata necem fatumque ueneni
Vertit et in morem decidit ipsa lapis.

4 an *Burm.* en *ego.* — 866 *in cod. Bembino Terentiano saec. IV—V* (*Vatic.* 3226) *fol.* 96 *r. post Hecyrae exitum a manu saec. XV additum; cf. Terentius ed. Umpfenbach p. XIII. Eadem manus Terentii comoedias omnes corrigere ausa est.*

1 flammabit *cod.* uepribus *Heins.* 2 duris *Heins.* densis *Buech.* 3 amantis *cod.* 5 quit *cod.* lasciuae *cod.* 6 pongere *cod.* potis *cod.* 7 flammis *Heins.* anheli *Buech.* alti *cod.* 8 Si *ego* Set *cod.* nantum *cod.*, *em. Buech.* preueat *cod.* sat est *ego* facis *cod.* faces *Buech.* 9 erba *cod.* — 867. *Bembinus Terentii fol.* 97 *r., ed. pr. Umpfenbach l. c.* 1 mondo *cod.* 4 Trux *Buech.* Ex *cod.* 5 praesule *scripsi* prae sole *cod.* 6 erato *cod.*, *em. Buech.* ingenio *i. e. dolo* (*cf. Ouid. met. IV* 782) in clipeo *Buech.* 7 Diriguit *cod. num* minitata?

Sic praesens absensque simul quaecumque uidendo
  Fundit et ignaro raptor ab hoste redit.

868

B. V 87 M. 1053

Si nouus a Iani sacris numerabitur annus,
  Quintilis falso nomine dictus erit.
Si facis, ut fuerant, primas a Marte Calendas,
  Tempora constabunt ordine quaeque suo.

869

B. M. —

Nox et amor uinumque nihil moderabile suadent;
  Illa pudore uacat, Bacchus Amorque metu.

869ª

Pulcinus miluo dum portaretur 'hoc' inquit
  'Iam cado, ne timeas; non tenet . . . .'

870

B. — M. 276

Augustinus

Roma labore uigil fregit Carthaginis arces:
  Desidia interiit Roma subinde cito.

871

B. — M. 880

Appianus

Postquam militia et belli sudore uacabant

9. 10 *ut ad Perseum spectantia post* 6 *ponit Buech.* 9 abssensque *cod.* cecumq. *cod.*, *correxi* 10 Fundit *ego* Ludit *cod.* Tendit *Buech.* sapetor ab oste *cod.* — 868. De X mensibus *Burm.*, *qui 'ueteri satis manu' ad calcem codicis membr. sui Fastorum Ouidii inuenit adscriptum.* 4 ducta suo *Heinsius*, *qui ex codd. Vrsiniano*, *Vaticano et Sfortiano nouerat.* — 869 *sq. In cod. Valentiano* 396 *saec. IX exeuntis fol.* 66 *r.*, *sed manu*, *ut mihi uisum est*, *saeculi XV.* 2 Bacchus *Mangeart* lab *cod.* — 869ª, 1 hoc] at *Buech.*, *qui a* 869 *diuisit.* — 870 *et* 871 *e cod. Gothano anni* 1495 *Duebnerus ed. in Iahnii annal.* 1828 *tom. III p.* 309. 315. *Auctorum nomina nescio qua auctoritate nitantur; cf. tamen Appian. praef.* 11 '[Ῥωμαῖοι] ἀρετῇ καὶ φερεπονίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ πάντας ὑπερῆραν . . . μέχρι βεβαίως ἐκράτησαν.' — 870, 2 supina *Buech.*

Romani, et nusquam bella uel hostis erat,
Desidia et luxu robur Romana iuuentus
Perdidit. hoc cecidit inclita Roma modo.

B. II 203. M. 249

872

Pastor arator eques paui colui superaui
Capras rus hostes fronde ligone manu.

B. V 174. M. 1104

873

In equum mirae pernicitatis

Te cuperet Phoebus roseis aptare quadrigis,
Sed fieret breuior te properante dies.

872. 1 colui] seui *ed. Aldina Vergilii, cod. a Wattenbachio* (*Anzeiger f. Kunde d. deutsch. Vorzeit* 1867 *p.* 111) *allatus.* 2 Campos *cod. Hamburg.* C. arma [arua?] duces *Vossianus* fr. l. m.] quodque (quaeque *Goth.*) labore graui *Gothanus IV* 1047 *saec. XV, cod. Wattenbachii.* — 873. 'Inueni in cod. Ms. D'Oruilliano, quo continebatur Ruderici Cari Baetici opus . . *de ueteribus Hispaniae Deorum Manibus*, in cuius fine hoc epigramma legebatur post Inscriptionem et Epigramma metricum de templo Traiano sacrato' *sqq. Burmannus.*

CARMINA

QVAE LIBRI TANTVM TYPIS DESCRIPTI EXHIBENT

QVORVM MAGNAM PARTEM ANTIQVAM ESSE NON SPONDEO

874 B. II 188. M. 859

Pastorum Musam uario certamine promit.
Ruris item docilis culturam carmine monstrat.
Arboribus uitem, prolem quoque iungit oliuae
Pastorumque Palen et curam tradit equorum.
Tunc apium seriem mellis et dona recenset.
    Aeneas intrat profugus Carthaginis oras.
Conuiuis series narratur Troica belli.
Tertius at complet narrantis [in] ordine gesta.
Ardet amans Dido fatum sortita supremum.
Quintus habet tumuli uaria spectacula patris.
Infernos Manes et Ditis regna pererrat.
In Latium Aeneas, Italas simul intrat in oras.
Intonat hic bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum et Nisum deflet cum matre iuuentus.
Mezenti interitus canitur post funera Lausi.
Vltaque dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni uita fugit infernas maesta sub umbras.

875 B. III 262. M. 1003

Cogitat Vrsidius sibi dote iugare puellam,
    Vt placeat domino, cogitat Vrsidius.

874. Summa Virgilianae narrationis in tribus operibus Bucolicis Georgicis et Aeneide *edd. Vergilii inde ab ed. pr. Romana a.* 1469, *de qua cf. Schopen. ad Valer. Cat. ed. Naek. p.* 377. 1 dociles *edd. uett.* docili *Burm.* 5 seriemque et m. d. *Aldus* 6 arces *Burm.* 7 Conuiuio *edd. uett.* Conuiuis *Aldus* facies *Burm.* 8 at *Ald.* et *edd. uett.* in *om. eaedem* 11 Infernosque *ed. Ven. a.* 1480 Ditis Manes et *edd. uett., transpos. Schrader.* 12 Aeneas Latium *ed. Ven.* 16 Volscaque *L. Mueller.* — 875. '*Tollere dulcem cogitat haeredem.*

Cogitat Vrsidius heredem tollere paruum,
Vt placeat domino, cogitat Vrsidius.
Cogitat Vrsidius domino quacunque placere
Virgine uel puero. quam sapit Vrsidius!

B. III 58. M. 279

876

RVFI FESTI AVIENI

Qua uenit Ausonias austro duce Poenus ad oras,
Si iam forte tuus Libyca rate misit agellus
Punica mala tibi Tyrrhenum uecta per aequor,
Quaeso aliquid nostris gustatibus inde relaxes.
Sic tua cuncta ratis plenis secet aequora uelis,
Spumanti dum longa trahit uestigia sulco,
Romuleaeque Phari fauces illaesa relinquat:
Sit licet illa ratis, quam miserit alta Corinthos,
Adriacos surgente noto qua prospicit aestus,
Quamue suis opibus cumularit Hiberia diues,
Soluerit aut Libyco quam laetus nauita portu.
Sed forsan, quae sint, quae poscam, mala, requiras.
Illa precor mittas, spisso quibus arta cohaeret
Granorum fetura situ, castrisque sedentes
Vt quaedam turmae socio latus agmine quadrant
Multiplicemque trahunt per mutua uellera pallam,
Vnde ligant teneros examina flammea casses.
Tunc, ne pressa graui sub pondere grana liquescant,
Diuisere domos et pondera partibus aequant.

unde illud epigramma: cogitat' sqq. Geo. Valla in comm. ad Iuuenalem 6, 38 *a.* 1486 *edito. In codice suo uetustissimo si Valla inuenisset, disertis uerbis ut solet adnotasset.* 3 haeredem 6 quam] q̃ *Valla.* — 876. Rufus Festus Auienius VC. Flauiano Myrmeico VC. suo salutem *Auieni ed. Veneta an.* 1488 *inscripsit.* 1 Q *om. ed. Ven.* 4 relaxis *ed. Ven.* 6 cum *ib.* 7 Romuleique fari *ib.* (foci *Burm.* fori *Oud.*) 9 notus *ib.* noto *Schottus* 9 Adria consurgente *ed. Ven., em. Wernsdorf.* notus *ed. Ven.* Adriacus surg. *et* quam *Heins.* 14 foetura *ed. Ven.* sinu *Heins.* 15 clandunt *Oud.* 16 mutua *corruptum?* telam *Heins.* pellem *Wernsd.* 17 exagmine *ed. Ven., em. Heins.* et agmine '*cod. Voss.*' 19 pastibus *ed. Ven.,* '*cod. Voss.*'

Haec ut, amice, petam, cogunt fastidia longis
Nata malis et quod penitus fellitus amarans
Ora sapor nil dulce meo sinit esse palato.
Horum igitur suco forsan fastidia soluens
Ad solitas reuocer mensis redeuntibus escas.
Nec tantum miseri uidear possessor agelli,
Vt genus hoc arbos nullo mihi floreat horto:
Nascitur ex multis onerans sua brachia pomis,
Sed grauis austerum fert sucus ad ora saporem.
Illa autem, Libycas quae se sustollit ad oras,
Mitescit meliore solo caelique tepentis
Nutrimenta trahens suco se nectaris implet.

877

B. V 134. M. 1072

Caesaris ad ualuas sedeo sto nocte dieque,
Nec datur ingressus, quo mea fata loquar.
Ite, deae faciles, et nostro nomine saltem
Dicite diuini praesidis ante pedes:
Si nequeo placidas affari Caesaris auris,
Saltem aliquis ueniat, qui mihi dicat 'abi'.

878

B. M. —

Laus Christi

Proles uera Dei cunctisque antiquior annis,
Non genitus, qui semper eras, lucisque repertor,
Ante tuae matrisque parens, quem misit ab astris
Aequaeuus genitor uerbique in semina fusum

23. 27. 31 succ. *ed. Ven.* 24 reuoca *post ed. Ven.* 25 Ne '*cod. Voss.*' 27 ex *ed. Ven.*, et *Pith.* onerant *ed. Ven.* 29 auras *ed. Ven.* — 877. *Mazocchius fol.* 130 *r. epigramm. ant. urb. Romae* (*a.* 1521): 'Vbi sit, ignoratur' 3 facilis *Maz.* 4 pr.] Caesaris *Pith.* — 878—881 *in Claudiani ed. Viennae a Camerte a.* 1510 *curata primum editi sunt.* 'Opinor ea omnia ex Camertis uetusto codice prodiisse' *Heinsius. Aldina ed. a.* 1523 *mihi ex Heinsio nota pro fonte habenda erat uetustissimo.* — 878. *Merobaudi G. Fabricius, alii, nouissime Migneana patrum collectio LXI* 972 *adscribit.* 2 Non *ego* Nunc *edd.* 3 Nate *Barth. fort. recte* tuam *Heins.* 4 uerbi, qui *Barth.*

Virgineos habitare sinus et corporis arti
Iussit inire uias paruaque in sede morari,
Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo
Vidisti quidquid mundo nascente crearas.
Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Aetatis sentire uices et corporis huius
Dissimiles perferre modos hominemque subire,
Vt posses monstrare deum, ne lubricus error
Et decepta diu uani sollertia mundi
Pectora tam multis sineret mortalia seclis
Auctorem nescire suum: te conscia partus
Mater et adtoniti pecudum sensere timores,
Te noua sollicito lustrantes sidera uisu
In caelo uidere prius lumenque secuti
Inuenere magi. tu noxia pectora soluis
Elapsasque animas in corpora functa reducis
Et uitam remeare iubes. tu lege recepti
Muneris ad Manes penetras mortisque latebras
Inmortalis adis. nasci tibi non fuit uni
Principium finisque mori; sed nocte refusa
In caelum patremque redis rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus patrisque comes, tu spiritus insons
Et toties unus triplicique in nomine simplex.
Quid nisi pro cunctis aliud quis credere possit
Te potuisse mori, poteras qui reddere uitam?

B. M. — 879

Miracula Christi

Angelus adloquitur Mariam, quo praescia uerbo
Concipiat salua uirginitate deum. —

5 arcti *edd.* 9 sui *Ald.*, *em. Scal.* 12 possis *Ald.* 13 uani *Heins.* uarii *Ald.* 15 patris *Barth.* 17 *an* cursu? 18 coelo *edd.* 23 non fuit *Barth.* nam fuit *Ald.* 24 reclusa (retusa) *id.* 24 repulsa *Buech.* 27 spirituum fons *Barth.* 29 Qui nisi praestares aliud *edd. post Ald.* Quid n. pro c. (al. q. cr. p.) Te *Barth.* — 5 artus, 8 creares, 15 sciuere Deum te, 17 sidere, 21 *deest*, 22 Mundus et ad, 23 adis; tibi tantum non fuit, 24 finisue, 25 ad patrem scandis, 29 Quis: *sic*

Dant tibi Chaldaei praenuntia munera reges:
Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura deus. —
Permutat lymphas in uina liquentia Christus,
Quo primum facto se probat esse deum. —
Quinque explent panes, pisces duo, millia quinque,
Et deus ex paruo plus superesse iubet. —
Editus ex utero caecus noua lumina sensit
Et stupet ignotum se meruisse diem. —
Lazarus e tumulo Christo inclamante resurgit
Et durae mortis lex resoluta perit. —
Nutantem quatit unda Petrum, cui Christus in alto
Et dextra gressus firmat et ore fidem. —
Exsanguis Christi contingit femina uestem.
Stat cruor in uenis. fit medicina fides. —
Iussus post multos graditur paralyticus annos,
Mirandum, lecti portitor ipse sui. —

880 B. M. —

In Sirenas

Dulce malum pelago Siren uolucresque puellae
Scyllaeos inter fremitus auidamque Charybdin
Musica saxa fretis habitabant, dulcia monstra,
Blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis
Inplessentque sinus uenti de puppe ferentes,
Figebat uox una ratem; nec tendere certum
Delectabat iter, †reditus odiumque iuuabat,
Nec dolor ullus erat; mortem dabat ipsa uoluptas.

881 B. M. —

Laudes Herculis

Pieridum columen, cuius Parnasia magno

Mignius. — 879 *in disticha separauit Clauerius.* 9 Creditus *Burm.* coecus *Ald.* 16 fide *Buech.* — 880. 1 Sirenae *Ald.* 4 terrorque gratus *Ald.* 5 Delatus *Ald.* 6 furentes '*uetus codex*' *Clauerii* 7 una] illa? coeptum *Heins.* 8 otiumque *Ald.* 9 color *Ald.*, *schedae Gudii.* — 881. *Claudian.*

Numine templa sonant, laeto, precor, huc age, Phoebe,
Te coniunge choro; penetralia sancta sororum
Et noua Castalios latices per rura petentem
Hippocrenaeon uictorem † sistere fontem
Me fac. namque tuam non nunc nouus aduena turbam
Ingredior: laurosque gerens et florea sertis
Tempora uincta tuis, doctorum munere uatum,
Testor adhuc ueteres quamuis desuetus honores.
Alcides mihi carmen erit, non uana Tonantis
Progenies, dignus credi post uiscera numen,
Cui super immensos inuicti roboris aestus
Nec nasci potuisse uacat. nam lucis in ipsis,
Inclite, principiis tardo uix editus ortu
Fecisti de patre fidem. sed cur mihi lentis
Ludis adhuc, Cyrrhaee, modis tenerumque resultans
Luxuriante leues inpellis pollice chordas?
Pone habitum, quo molle canis, et frondis amatae
Linque nemus, mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare sub umbra.
  Iam graue plus etiam, quam uentris tempora uellent,
Alcmenam tendebat onus. sed regia Iuno
Inpedit et partus prohibet nascique uetabat,
Vt metus ipse deum monstret. nec uiuida caeli
Semina mortales norunt sentire latebras,
Nec possunt sufferre moras. datur inde nouercae
Materies grauibusque odiis augmenta ministrat,
Quod uinci coepisse pudet. mox inproba binos
In tua membra iubet, dum nasceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi, squamosaque iussus
Armat colla furor, nec, quamuis maxima tractu,

ed. Burm. p. 711 *sqq. Carmen eiusdem generis et stili ac c.* 235. 2 laeto] Phoebe *et* Phoebe] laeto *a* (= *Aldina*) 3 Tecum cuncta ch. *a* Tecum iunge *Clauerius* penetralib. *a* 5 Hippocrenaeo *et* fonti *Delrius* insistere fonte *Heins.* 6 Me fameque tuam nam nunc *a* 7 lauro *Heins.* 8 munera *a*, *em. Heins.* 10 non uana *Scal.* romana *a* germana *Heins.* 11 funera *Burm.* 12 semper *a* super *Liuineius* actus *idem* 13 Vix *Burm.* 16 Cyrrhate *a* 23 partu *Heins.* 27 alimenta *idem*

Tardata spiris sequitur pars cetera pectus.
Tristis Tartarea uibratur sibilus aura.
Morte rubent oculi trifidisque horrentia linguis
Ora sonant nigrumque fremens leuat ira uenenum.
Quid nunc inuictis fraudes innectere fatis,
Caelicolum regina, iuuat? cur obicis angues?
Cur paruo geminos? anne unum posse necari
Iam strato Pythone times? licet omnia mundi
Monstra uoces ipsamque armes serpentibus Hydram,
Defendet natura deum patremque probabit
(Quod non uis constare) Iouem! iamque inrita taetri
Iussa parant inplere angues miseroque furore
In tua fata tument. cernit tua membra petentes
Horrescitque parens numenque ignara creasse
Mortali pietate timet. nil, sancta, superbae
Pellicis insidias Caelo modo freta tremiscas,
Neue haec monstra tibi faciant, Alcmena, pauorem!
Si mater potes esse dei, iam tolle serenum
Laeta animum tantoque libens haec adspice uultu,
Vt deceat genuisse Iouem. depone timorem
Indignum partu, natumque exemplar habeto.
Cui metuis, nihil ipse timet. nam numine recto
Ridebas tu, diue, truces animosque superbos
De genitore tenes, notisque aptissimus orbis
Gaudebas tantam iam tum † meruisse nouercam.
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis,
Et quamuis teneri cogens in brachia pondus
Corporis impressos † linquens tellure dracones.
Efferat aetherium, quantum uolet, orbis in axem

32 tardatam *a* tardata *ego* tardantur *edd.* 36 inuitis *Heins.* 37 obiicis *a* 43 miserorumque *a* uersoque *Heins.* 44 in sua *a* 45 creasset *a* 46 superbas *a* 47 tremescas *a* 49 Sic *a*, *em. Heins.* 50 tutoque *puto* 51 Ioui *Heins. recte?* tim.] fauorem *a* 52 natumquae *post a* habebat *a* habebas *edd.* habeto *Clauerius* 53 lumine *Liuin. recte?* 54 trucesque *edd. post a* 55 tenens *Heins.* 58 *num* Et manibus teneris? 59 Corripis *a*, *em. Buech.* Porrigis *uel* Projicis *Heins.* licuens *a* inlidens prensos *edd.* torques *uel* uincis *Buech.*

Latoidas uerosque probet sua fabula diuos,
Quod Delo iam stare licet: non aequa laborum
Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt:
Illi unum ferro, geminos hic inermis et unus.
His coeptis non ulla parat cunabula partus,
Diue, tibi; sed cum totis iam bruma rigeret
Imbribus et solidis haererent flumina lymphis,
Nudum praegelidis durando firmat in undis.
Vtque rudes primo tentasti robore gressus,
Frondosae deserta uagus penetralia siluae
Secura iam matre petis telisque tremendis
Ludis et aërias adducto deicis arcu
Aut funda uiolenter aues noctemque sub astris
Exigis et puram fractis bibis amnibus undam.
Inmanem interea Nemeae per lustra leonem
Ipsa Chimaeraea cretum de gente nouerca
In tua depastis armabat uota iuuencis
Augebatque fero uires rabiemque iuuabat,
Naturam minus esse putans. [heu] quanta uirorum
Funera! quam multos strauit †cum dentibus apros!
Non illum magnae uiduatis moenibus urbes
Armorum fregere minis Martique domando
Adsuetas morsu fudit grauiore cateruas.
Hunc grauis Eurystheus — nam te, quo cuncta leuares,
Imperium duri uoluit sufferre tyranni
Sic mundo Fortuna fauens — hunc sternere leto
Imperat. at nullum uirtus reticenda per aeuum
Dignaque sidereos post membra intrare recessus,
Posse mori quam uile putas! namque impiger ultro
Vadis et inmensae scrutatus deuia siluae

61 Laeto Idas *a* 62 quo *a* 64 hic] et *a*, *fort. recte* 66 Diua *a*, *em. Heins.* motis *Heins.* 69 rudis *edd. post a* 71 tremendas *a* tremendis *uulgo* tremendum *Heins.* 72 Ludus *a* et aerias *Clauer.* aetherias *a* 75 Nemea *a* 78 nouabat *Heins.* 79 *puto* Natura. quantaque, *om.* heu, *a; dedi uulgatam* 80 constrauit messibus agros *Heins.* cum gentibus agros *dubitanter propono* 81 maenibus *a* montibus *post a* 83 morsus *a* 84 quocumque *edd. post a* 87 at] tum *a* 89 putat *edd. post a*

In noua sanguineos armantem uulnera rictus
. . . .
Admonita feritate, iuba uisuque cruentus
Excussis mouet arma toris dubiumque residens
Infremit. inuadis trepidum solisque lacertis
Grandia corripiens eluso guttura morsu
Inbellem fractis prosternis faucibus hostem.
Quin et flauicomis radiantia tergora uillis
Ceu spolium fuso uictor rapis. emicat omnis
In laudes mox turba tuas longoque relicta
Currit in arua metu. iuuat ire et libera rura
Defensosque uidere locos siluamque iuuencis
Iam facilem et nullis resonantes fletibus agros.
Maenalium petis inde nemus fletamque colonis
Arcadiam et raro steriles iam robore siluas.
Namque hic inmensa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper solidoque tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos
Sternebatque suos lugentia rura colonos.
Horrebant rigidis nigrantia corpora saetis
Duratosque armos scapulis totosque per artus
Difficilis potuisse mori. non spicula in illum
Nodosumue rapis clauato pondere robur:
Armati uiduatur honos; nec uulnera uirtus
Exemplo tibi facta timet. iamque adripis ultro
Spumantem cogisque diem sufferre tuendo
Atque supinato mirantem lumine uinci
Argolici uictor portas sub tecta tyranni.
Fama celer toto uictorem sparserat orbe,
Auxiliumque dei poscebat Creta crudento
Victa malo. taurus medio nam sidere Lunae

91 arm.] animasti *post a* *post* 91 *uersum excidisse puto uerbo* Iuuenis *incipientem* 92 iubas *a* 94 solidisque *Heins. an* totisque? 97 Tunc et *post a* 100 ore *a*, *cf. Aen. II* 27 106 soloque *a*, *em. Heins.* 108 suis ingentia rura colonis *conicio* 109 tergora *Heins.* 110 scopulis *a*, *em. Heins.* tutosque *id.* 112 grauato *a*, *em. Liuin.* 114 Extemplo *edd. post a* 115 deum *puto* 116 supinando *a* 118 celer] uolans *Clau.* 119 crudeli *a* cruento *edd. post a*

Progenitus Dictaea Iouis possederat arua.
Fulmen ab ore uenit flammisque furentibus ardet
Spiritus; et terram non caeli flamma perurit,
Sed flatus monstri. † dextro iam Siria cessent
Sidera solque licet glaciali frigore uictus
Abstrusum mundo claudat iubar aurea condens
Lumina et ignifluo stupefactus in orbe tepescat:
Aestus habet Cretam, pereunt siluaeque lacusque
Graminaque et fontes sacri, montesque perurit
Flamma ferox; Idam superis spectantibus ignis
Dissipat et magno cunabula grata Tonanti
Igne suo monstrum (si fas est dicere) uincit.
Tandem fama celer Dictaea ad litora magnum
Duxerat Alciden, cum taurum dira minantem
Excipit et saeuum cornu flammasque uomentem
Corripit atque artus constringens fortibus ulnis
Ignifluos flatus animamque in pectore clausit.

. . . .

B. III 109. M. 937

882

'Optimus est' Cleobulus ait 'modus' incola Lindi.
Ex Ephyra Periandre doces cuncta † et meditanda.
'Tempus nosce' inquit Mitylenis Pittacus ortus.
Plures esse malos Bias autumat ille Prieneus.
Milesiusque Thales sponsori damna minatur.
'Nosce' inquit 'tete' Chilon Lacedaemone cretus,
Cecropiusque Solon 'ne quid nimis' induperauit.

B. M. —

883

. . . .

Et tetracem, Romae quem nunc uocitare taracem

124 tetri *Scaliger* taeter *Heins. an* retro? 125 sidere *a* uictor *a* 126 iuba *a* 127 ignifluus *a* tepescet *a* 129 sicci *Buech.* 130 *an* ferax? 135 Accipit *a. Desunt multa.* — 882. *Hygini fabulae* 221 *insertum, sed multo posterioris aeui.* 2 et] ut '*Vossianus Hygini codex*' *Burm.* emeditanda *Buech.* 7 induperabit *uulgo, em. Schefferus. Hygini ed. pr. Micylli a.* 1535; *codex non extat. cf. c.* 351. — 883 *et* 884 *Gybertus Longolius in*

Coeperunt. auium est multo stultissima. namque
Cum pedicas necti sibi contemplauerit adstans,
Immemor ipse sui tamen in dispendia currit.
Tu uero adductos laquei cum senseris orbes,
Appropera et praedam pennis crepitantibus aufer.
Nam celer oppressi fallacia uincula colli
Excutit et rauca subsannat uoce magistri
Consilium et laeta fruitur iam pace solutus.
Hic prope †Pentinum radicibus Apennini
Nidificat, patulis qua se sol obiicit agris,
Persimilis cineri dorsum, maculosaque terga
Inficiunt pullae cacabantis imagine notae.
Tarpeiae est custos arcis non corpore maior
Nec qui te uolucres docuit, Palamede, figuras. —
Saepe ego nutantem sub iniquo pondere uidi
Mazonomi puerum, portat cum prandia, circo
Quae consul praetorue nouus construxit ouanti.

884 B. M. —

. . . .
Cum nemus omne suo uiridi spoliatur honore,
Fultus equi niueis siluas pete protinus altas
Exuuiis: praeda est facilis et amoena scolopax.
Corpore non Paphiis auibus maiore uidebis.
Illa sub aggeribus primis, qua proluit humor,
Pascitur, exiguos sectans obsonia uermes.

dialogo de auibus (*Coloniae excudebat Io. Gymnicus a.* 1543) *p. E* 2ª 'Nemesiani poetae authoritas, qui de aucupio Latinis uersibus conscripsit, me in hanc sententiam perduxit [*tetracem esse urogallum*]. descripserat autem furtim in bibliotheca porcorum Saluatoris Bononiensis uersus aliquot Hieronymus Boragineus Lubecensis . . . . ex iis ego quosdam, cum opus erit historia, tibi recitabo: Et tetracem' *sqq.* 2 nunquam *Longolius*, namque *C. Gesnerus* 10 Pentinum *Long.* Pontinum *Vlitius* Pelt(u)inum (*Vestinorum*) *Buech.* radices *Long.*, *em. Buech.* et radices *Haupt.* 12 collum *Gesn.* 13 notae] guttae *Vlit.* 17 Mazonoim *Long.* cirro *id.*, *em. Burm.* — 884 *ib. p. F* 2ª 'Nemesianus scolopacem cum Herodiano [*ascalopam*] appellat . . . . Nemesiani uersus, si quis expetit, sunt: Cum nemus' *sqq.* 2 syluas *Long.* 3 facilis praeda est *puto*

At non illa oculis, quibus est obtusior, etsi
Sint nimium grandes, sed acutis naribus instat:
Impresso in terram rostri mucrone sequaces
Vermiculos trahit et uili dat praemia gulae.

B. III 264. M. 1701

885

Hortis Hesperidum, Sabelle, cultis
Nostrae cultior hortus est puellae.
Mirari, o bone, desinas, Sabelle.
Hortorum deus ipse nam Priapus
Cunctis hunc fodit et rigat diebus.

10 et dat uilia *puto*. — 885 *ed. Menagius ad Diog. Laert. lib. II p.* 77 *ed. Lond.* 2 Vestrae — est Lupercae 4 nam Pr.] quaestuosum *'in Laertii ed. nouissima in notis Menagianis' Burm. 'Lusus nouicius' Buech.*

CARMINA

A G. FABRICIO PRIMVM EDITA

886

Acidis tumulus B. I 148. M. 247

Acidos haec cernis montana cacumina busti
Aequor et ex imis fluminis ire iugis?
Ista Cyclopei durant monumenta furoris:
Hic amor, hic dolor est, candida nympha, tuus.
Sed bene si periit, iacet hac sub mole sepultus,
Nomen et exultans unda perenne uehit.
Sic manet ille quidem neque mortuus esse feretur
Vitaque per liquidas caerula manat aquas.

887

Pani et Apollini B. I 33. M. 590

Pan tibi, Phoebe tibi, lenimen dulce laborum,
Otia dum terimus, carmina mille damus.

888

Magnae Matri B. I 60. M. 628

Sum uagus assidue, toto circumferor orbe,
Nec me diuersi cogit distantia mundi,
Alterius titulo subdere uota reum.

886. *Fabr. antiqq. p.* 131. *Pentadio tribuit Scaliger. Recens puto.* 6 dedit *Burm.* 7 nec *Scal.* — 887. *Fabr. p.* 162. *Recens puto.* — 888. *Fabr. p.* 162. 2 Haec *Buech.* cohibet *Heins.*

Veri certa fides Tiburni uexit in arcem
    Et iam . . . .
Quare o diua parens . . . .
    Ausonia in terra . . . .

889

B. III 10. M. 70

De urbe Feltria

Feltria perpetuo niuium damnata rigore
    Terra uale posthac non adeunda mihi.

889. *Fabr. p.* 164. 'Hoc distichon Iulio Caesari ascribitur' *id. p.* 234. *Hinc* 'Iulio Caesari inscribit uetus membrana' *Scriuerius. Recens puto* (*num Iul. Caes. Scaligeri est? in edd. eius non extat*). 1 rigori *Oud.* 2 Forte *Pith.*

CARMINA

EX BINETI EPIGRAMM. PETRON. EDITIONE SVMPTA

890

IVLII

Petroni carmen diuino pondere currit, B. II 235. M. 1544
Quo iuuenum mores arguit atque senum.
Quare his illecebris gaudet lasciua puella,
At quoque delicias frigida sentit anus.
Nam † rbter diri scripsitque Neronis amictu,
Arbiter arbitrio dictus et ipse suo.

891

B. I 22. M. 1545

Infantem Nymphae Bacchum quo tempore ab igne
Prodiit, inuentum sub cinere abluerant.
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est,
Seiunctus quod sit ignis et urat adhuc.

892

Formosissima Lai feminarum, B. III 217. M. 987
Dum noctis pretium tibi requiro,
Magnum continuo petis talentum:
Tanti non emo, Lai, paenitere!

890. *Binetus p.* 109 *ed. Dous.* '*Epigramma Iulii cuiusdam, quod Romae in Vaticana bibliotheca cum Petronii fragmento descriptum legi.*' *Pomponio Laeto Niebuhrius kl. Schriften p.* 347 *tribuit.* 3 Quare ille praesa *Bin.* Quaerens illecebras *Buech. quem ex parte sequor.* illo prenso *Dorleansius* indeprensa *Heins.* 5 pariter *Riuinus* rector *Buech.* amicus *coni. Bin.* 6 et] ab *Heins.* — 891. Item *Bin. p.* 122. 1 Nimphae *et* 3 Nimphis *id. cf. Meleagri ep.* 113. — 892. *Ib. p.* 124. '*In Polianthaeae libro ad uocem Talentum referuntur hi uersus ut M. Val. Martialis.*' 1 foem. 2 precium 4 poen. *Bin.* 2 tuae *Patisson.*

CARMEN

A PITHOEO A. 1586 PRIMO EDITVM

893

SEVERI SANCTI † IDEST ENDELEICHI

B. M. — **Aegon. Bucolus. Tityrus.**

Aeg. Quidnam soliuagus, Bucole, tristia
Demissis grauiter luminibus gemis?
Cur manant lacrimis largifluis genae?
Fac, ut norit amans tui!
Buc. Aegon, quaeso, sinas alta silentia
Aegris me penitus condere sensibus.
Nam uulnus reserat, qui mala publicat,
Claudit qui tacitum premit.
Aeg. Contra est quam loqueris, recta nec autumas.
Nam diuisa minus sarcina fit grauis,
Et quicquid tegitur, saeuius incoquit.
Prodest sermo doloribus.
[Buc.] Scis, Aegon, gregibus quam fuerim potens,
Vt totis pecudes fluminibus uagae

893. Incipit carmen Seueri Sancti id est Endeleichi Rhetoris de mortibus boum *P. Pithoeus in 'Veterum aliquot Galliae theologorum scriptis' Parisiis ap. Niuellium* 1586 *fol.* 144 *r.*, *fonte non indicato. Hanc editionem principem presse sequor* Seueri, Rhetoris et poetae Christiani carmen bucolicum *Pithoeus fol.* 1 *in indice. Ab Elia Vineto eum accepisse nescio quo auctore narrat Wernsdorfius.* id est *ex nomine falso intellecto*, *fortasse* Idaei *uel* Edesii, *ortum puto.* Buculus *et* 1 Bucule *P* (= *ed. pr.*) 3 manãt *P* 11 At *puto* 13 Buc. *om. P*

Complerint † etiam concaua uallium,
Campos et iuga montium:
Nunc lapsae penitus spes et opes meae,
Et longus peperit quae labor omnibus
Vitae temporibus, perdita biduo.
Cursus tam citus est malis!
Aeg. Haec iam dira lues serpere dicitur.
Pridem Pannonios, Illyricos quoque
Et Belgas grauiter strauit et impio
Cursu nos quoque nunc petit.
Sed tu, qui solitus nosse salubribus
Sucis perniciem pellere noxiam,
Cur non anticipans, quae metuenda sunt,
Admosti medicas manus?
Buc. Tanti nulla metus praeuia signa sunt,
Sed quod corripit, id morbus et opprimit:
Nec languere sinit nec patitur moras.
Sic mors ante luem uenit.
Plaustris subdideram fortia corpora
Lectorum studio, quo potui, boum,
Queis mentis geminae, consona tinnulo
Concentu crepitacula,
Aetas consimilis saetaque concolor,
Mansuetudo eadem, robur idem fuit
Et fatum: medio nam ruit aggere
Par uictum parili nece.
Mollito penitus farra dabam solo:
Largis putris erat glaeba liquoribus,
Sulcos perfacilis stiua tetenderat,
Nusquam uomer inhaeserat:
Laeuus bos subito labitur impetu,
Aestas quem domitum uiderat altera.
Tristem continuo disiugo coniugem,
Nil iam plus metuens mali;

15 complerent *P*, *em. Heumann.* 17 opis est *P* et opes *Buech.* 22 Pannonicos *edd. post P* 26 succis *P* 29 peruia *P*, *correxi* 30 corripuit m. *Wernsd.* 35 frontis *Heum.* 39 Heu *Heum.*

Dicto sed citius consequitur necem,
Semper qui fuerat [sanus] et integer;
Tunc longis quatiens ilia pulsibus
Victum deposuit caput.
Aeg. Angor, discrucior, maereo, lugeo.
Damnis quippe tuis non secus ac meis
Pectus conficitur. sed tamen arbitror
Saluos esse greges tibi?
Buc. Illuc tendo miser, quo grauor acrius.
Nam solamen erat uel minimum mali,
Si fetura daret posterior mihi,
Quod praesens rapuit lues.
Sed quis uera putet, progeniem quoque
Extinctam pariter? uidi ego cernuam
Iunicem grauidam, uidi animas duas
Vno in corpore perditas!
Hic fontis renuens, graminis immemor
Errat succiduo bucula poplite;
Nec longum refugit, sed grauiter ruit
Leti compede claudicans.
At parte ex alia, qui uitulus modo
Lasciuas saliens texuerat uias,
Vt matrem subiit, mox sibi morbido
Pestem traxit ab ubere.
Mater tristifico uulnere saucia,
Vt uidit uituli condita lumina,
Mugitus iterans ac misere gemens
Lapsa est et uoluit mori.
Tunc tanquam metuens, ne sitis aridas
Fauces opprimeret, sic quoque dum iacet,
Admouit [moriens] ubera mortuo.
Post mortem pietas uiget.
Hinc taurus, solidi uir gregis et pater,
Ceruicis ualidae frontis et arduae,
Laetus dum sibimet plus nimio placet,

50 sanus *add. Pith. in mg.*, *om. P* 53 mereo *P* 70 Lasciuus *puto* 71 sibi *sic P* 79 moriens *om. P*, *add. Pith. in mg.*

Prato concidit herbido.
Quam multis foliis silua cadentibus
Nudatur gelidis tacta aquilonibus,
Quam densis fluitant uelleribus niues,
Tam crebrae pecudum neces.
Nunc totum tegitur funeribus solum;
Inflantur tumidis corpora uentribus,
Albent liuidulis lumina nubibus,
Tenso crura rigent pede.
Iam circum uolitant agmina tristium
Dirarumque auium, iamque canum greges
Insistunt laceris uisceribus frui,
Heu cur non etiam meis?
Aeg. Quidnam, quaeso, quid est, quod uario modo
Fatum triste necis transilit alteros
Affligitque alios? en tibi Tityrus
Saluo laetus agit grege!
Buc. Ipsum contueor. dic age, Tityre,
Quis te subripuit cladibus his deus,
Vt pestis pecudum, quae populata sit
Vicinos, tibi nulla sit?
Tit. Signum, quod perhibent esse crucis dei,
Magnis qui colitur solus in urbibus,
Christus, perpetui gloria numinis,
Cuius filius unicus.
Hoc signum mediis frontibus additum
Cunctarum pecudum certa salus fuit.
Sic uero deus hoc nomine praepotens
Saluator uocitatus est.
Fugit continuo saeua lues greges,
Morbis nil licuit. si tamen hunc deum
Exorare uelis, credere sufficit:
Votum sola fides iuuat.
Non ullis madida est ara cruoribus

99 *cf. Isidor. orig. I* 38 'Sic quoque et quidam Pomponius ex eodem (ex eo demum *uulgo*) poemate [*i. e. Vergilio*] inter cetera stili sui otia Tityrum in Christi honorem composuit.'

Nec morbus pecudum caede repellitur,
Sed simplex animi purificatio
Optatis fruitur bonis.
Buc. Haec si certa probas, Tityre, nil moror,
Quin ueris famuler religionibus.
Errorem ueterem defugiam libens,
Nam fallax et inanis est.
Tit. Atqui iam properat mens mea uisere
Summi templa dei. quin, age, Bucole,
Non longam pariter congredimur uiam
Christi et numina noscimus?
Aeg. Et me consiliis iungite prosperis.
Nam cur addubitem, quin homini quoque
Signum prosit idem perpete saeculo,
Quo uis morbida uincitur?

123 diffugiam *P*, *em. Weitzius* 126 Bucule *P* 128 numen agnoscimus *P*, *em. Pith. in mg.*

CARMINA
IN PETRONIO PATISSONII PRIMVM EDITA

894 — B. III 234. M. 999

Praxitelis Venerem lapidosa per oscula multi
Stuprarunt; † quin sub marmore uiua fuit.
An mirum hos gelido e saxo prodisse calores?
Mirare exustos lampade Solis agros!

895 — B. III 235. M. 1000

Mitte, aquila, hunc puerum. mitte, inquam, si sapis, inquam,
Aut tibi per medium missile corpus agam.
Non mittis? sed non moueor stridoribus ullis.
Quid gemis? an culpae est (ingemis) auctor amor?
Mirus amor, si credibile est, uolucrisque hominisque!
Sed quantum, oro, homini conuenit et uolucri?
Etsi remigio alarum rostroque superba es,
O aquila, ast omni est alite maior homo.
Naturam accusa, qua [est] corpus pectore dispar;
At qui dat dispar corpore pectus? Amor.
Quicquid formosum est, penetrat, trahit, arripit ad se:
Nempe est de Veneris sanguine natus Amor.

896 — B. I 6. M. 1552

'Quaenam haec forma?' dei. 'cur uersa est?' fulgura lucis
Diuinae non fert debilis haec acies.

894. 2 quin] quia? quasi *et* foret *Buech.* 3 At *Pattissonius* (*Petron. ed. Lutetiae* 1587) *p.* 167. — 895 *ibidem.* 4 Hinc *Buech.* at *Pat.* 5 si credibilis, *om.* est, *Pat.* 9 quae *Pat.* — 896 *ibid.* Callimachi, imagini inscriptum Iouis *ed. Pithoei a.* 1590. 'Dubiae est uetustatis. scida unde habuimus, ex Italico

'Quid uero existit tamquam uno e corpore corpus?'
 Hic Amor est. 'si Amor est, cur uidet?' at Iouis est.
'Cur ita complicitis alis?' numquam euolat. 'at cur
 In se conuertit tela?' sui ille amor est.
'Cur ferro sine tela gerit?' quia uulneris expers
 Ille est, at uester uulnerat et cruciat.

B. III 275. M. 262

897

Parce, precor, uirgo, toties mihi culta uideri
 Meque tuum forma perdere parce tua.
Parce superuacuo cultu componere membra:
 Augeri studio tam bona forma nequit.
Ne tibi sit tanto caput et coma pexa labore:
 Et caput hoc bellum est et coma mixta placet.
Ne stringant rutilos tibi serica uincla capillos,
 Cum uincant rutilae serica uincla comae.
Nec tibi multiplicem crines reuocentur in orbem:
 Inculti crines absque labore placent.
Aurea nec uideo cur flammea uertice portes,
 Aurea nam nudo uertice tota nites.
Vtraque fert auris aurum, fert utraque gemmas,
 Vtraque nuda nouis anteferenda rosis.
Ora facis uitreo tibi splendidiora nitore,
 Cum tamen ora uitro splendidiora geras.
Incendunt niueum lunata monilia collum:
 Nec collum simplex dedecuisse potest.
Contegis occulta candentes ueste papillas,
 Candida cum nolit ueste papilla tegi.
Ne toga fluxa uolet, reprimit tibi fascia corpus:
 Sat corpus ueneror, sit toga fluxa licet.
Dic, teretes digitos quare anulus et lapis ambit,
 Cum teretes digiti dent pretium lapidi?

exemplari sumptum testabatur' *Pith. ib. p.* 2. 3 tanquam *Pat. Antiquum esse contendit Goettlingius opusc. acad. p.* 265 *sqq.* — 897 *ib. p.* 171. *Aemilio Magno Arborio Ausonii auunculo ab Andrea Riuino post Palladium et a Petro Lotichio* (*ed. Petron. p.* 94) *nulla causa indicata adscribitur.* 11 flamea *Pat.* 16 tantum *Pat., em. Riuinus* 17 Includunt *scripserim* 19 obducta *Eldickius* 24 tereres *Pat.*

Ornatu nullo potes exornatior esse
Et tantum ornaris in mea damna nimis.
Ne te plus aequo species externa perornet,
Cum sis plus aequo pulchra decore tuo!
Non ego sum, pro quo te componendo labores,
Nec qui te talem non nisi cogar amem.
Pronus amo: non sum, tenero qui pugnet amori,
Nec qui te roseam uellet amare deam.
Cum radiis certare Iouis tua lumina possent
Et possent radiis uincere signa Iouis.
Sole nihil toto melius splendescit in orbe:
Sole tamen melius splendidiusque nites.
Sunt tibi colla quidem niue candidiora, recenti
Sed niue, quae nullo marcida sole iacet.
Conueniunt tepido tua frons et pectora lacti,
Sed lacti, saturae quod posuere caprae.
Cedit odora tibi uernantis gloria siluae,
Nec tibi quod riguus praeferat hortus habet.
Nulla colorati species tibi proxima prati,
Nec cum floruerit, par tibi campus erit.
Alba ligustra tuae nequeunt accedere laudi
Fixaque cespitibus lilia laude premis.
Nulla tuos possunt aequare rosaria uultus,
Cum nec adhuc spinis sit rosa uulsa suis.
Gratia quam uiolae maturo flore merentur,
Siquid contulerit se tibi, uilis erit.
Non Helenae mater nec par tibi filia Ledae,
Quamuis haec Paridem mouerit, illa Iouem.
Compulit illa Iouem cygni latuisse sub alis,
Compulit illa Phrygas saeua sub arma duces.
Leda per albentes humeros fluitante capillo,
Dum legit Argiuae florea serta deae,
Erranti super astra Ioui de nube suprema
Cognita plumalem de Ioue fecit auem.

28 pulcra *Pat.* 32 prae te *Oud.; fort.* malit, *ut* te *ablatiuus sit* 48 tuis *Pat.*, *corr. Burm.* 50 siquid *scripsi* si quod *Pat.* si quae *Riu.* 55 humeros *Pat.*

Tuque puellarum dum ludis in agmine princeps,
Inter uirgineos lucida stella choros,
Si magno conspecta Ioui de nube fuisses,
Deposuisse deum non puduisset eum.
Ast Helenae facies et opima potentia formae
Dardanio Paridi per mare praeda fuit.
Graecia coniurat repetendam mille carinis:
Iurata hanc ratibus Graecia mille petit.
Te tam conspicuam Phrygius si praedo uideret,
Et te uel ratibus uel rapuisset equo.
Annis tracta decem sunt Troica bella, sed uno,
Si pro te fierent, mense peracta forent.
Virgine Ledaea me iudice dignior esses,
Pro qua Troianas flamma cremaret opes.
Tu poteras Priamo ualidissima causa fuisse,
Nulla ut cura foret regna perire sua.
Si succincta togam, ritu pharetrata Dianae,
Venatrix toto crine soluta fores,
Si Dryadum comitata choro, si nuda lacertos
Arcu fulmineos insequereris apros,
Te quicumque deus siluosa per antra uagantem
Conspiceret, ueram crederet esse deam.
De pretio formae cum tres certamen inissent
Electusque Paris arbiter esset eis,
Praefecit Venerem Paridis censura duabus
Deque tribus uictae succubuere duae.
Cum tribus ad Paridem si quarta probanda uenires,
Prae tribus a Paride quarta probata fores.
Pomaque si formae potiori danda fuere,
Haec potius formae danda fuere tuae.
Ferrea corda gerit, tua quem caelestis imago
Vel tam purpureae non tetigere genae.
Robore uel scopulo genitum conuincere possim,
Quem tam sollemnis forma mouere nequit.

62 deum] Iouem *Burm.* 75 risu *Pat.* 86 Prae *Eldick.* De *Pat.* a Paridi *Pat.* his Paridi *puto* 92 sublimis *Burm.*

CARMINA

A PETRO PITHOEO PRIMVM EDITA

---

898 — B. III 118. M. 133

Auro quid melius? iaspis. quid iaspide? sensus.
Quid sensu? ratio. quid ratione? deus.

899 — B. II 252. M. 849

Cornelii Celsi

Dictantes Medici quandoque et Apollinis artes
Musas Romano iussimus ore loqui.
Nec minus est nobis per pauca uolumina famae,
Quam quos nulla satis bibliotheca capit.

900 — B. II 171. M. 557

MODESTI

De Lucretia

Roma, tibi ambiguum mea mors sine teste dedisset,
Esset utrum ut corpus sic scelerata anima.
Proin animam testor scelus haud tetigisse, sed ecce,
Vt solum foedum est corpus, et id fodio,

Ad fidem Pithoei ed. alterius anni 1596 *haec reuocaui, recentiorum mutationibus raro adhibitis.* — 898. *Pith. p.* 3 'Senecae' *cod. quidam Vindobonensis teste Lambecio, qui codex sub* Senecae *itidem nomine haec addidit:* Vento quid leuius? fulmen. quid fulmine? fama. | Fama quid? mulier. quid muliere? nihil. — 2 deus] modus *Vindob.* — 899. 1 Appollinis *Pith. p.* 48. — 900. De Lucretia, Modesti *Pith. p.* 57. 4 Vt] Et *Klotz.* et *Pith.* ita *Barth.*

Qua cruor inflictam labem lauet et per aperta
Pectora ab inuisa sit fuga sede animae.

901

B. III 166. M. 945

MARCI TVLLII

Callidus Afer eris semper, Romane disertus,
Semper Galle piger, semper Hibere celer.

B. III 160. M. 923

902

Cor non laudo hominis, nam perfidum et exitiale [est].
Non laudo os, namque est uaniloquum et fatuum.
Non oculos: etenim sunt lusci oculi atque patrantes.
Non barbam; rufa est. non cilia: haud cilia.
Non mihi laudanturque manus: hae namque rapaces.
Et non laudatur mentula: merdacea est.
Non nares: patulae. genua et non laudo: maligna.
Et non laudo pedes: pes geminusque fugax.
Non frontem: effrons est. non uentrem: gurgulionis.
Lumbos: elumbes. renem: ubicumque malus.
Non nomen Caluitoris: nam est omine nomen
Tetrum, ut cor multis exitiale bonis.
Ecquid laudo igitur de hoc corpore? laudo capillos,
Tam foeda a calua qui modo profugerint.

B. IV 399. M. 211

903

Borysthenes Alanus
Caesareus ueredus,

5 quo *Oud.* — 901. *Pith. p.* 66. Tullii Marci *Pith.* 2 Ibere *Pith.* — 902. Incerti *Pith. p.* 67. 7 nates *Pith.* nares *Heins.* 11 elumbos *Pith.*, *em. Heins.* — 903. 'Videtur esse Hadriani Imp. In ueteri tamen scida sine auctore est' *Pith. ad p.* 121. 'Ὁ Βορυσθένης ὁ ἵππος, ᾧ μάλιστα θηρῶν ἠρέσκετο . . . ἀποθανόντι γὰρ αὐτῷ καὶ τάφον κατεσκεύασε καὶ στήλην ἔστησε καὶ ἐπιγράμματα ἐπέγραψεν.' *Dio Cass.* LXIX 10. *Aptae Iuliae circa a.* 1604 *in marmore inuentum Boucheus dicit u.* 1 — Den *u.* 7 (*uel Gassendio teste u.* 1—8): *ego hoc ex Pithoeo promptum puto.* (*Orellii inscr.* 824) 1 Boristhenes *Pith.*

Per aequor et paludes
Et tumulos Etruscos
Volare qui solebat,
Pannonicus nec ullus
Atrox [eum] insequentem
Dente aper albicanti
Ausus fuit nocere;
Sparsit ab ore † caudam
Nec extimam saliuam,
Vt solet euenire,
Sed integer iuuenta
Inuiolatus artus
Die sua peremptus
Hoc situs est in agro.

904 — B. II 236. M. 544

C. AVRELII ROMVLI

Cecropias noctes, doctorum exempla uirorum,
Donat habere mihi nobilis Eustochius.
Viuat et aeternum laetus bona tempora ducat,
Qui sic dilecto tanta docenda dedit.

905 — B. — M. 875

Dente perit Lycabas, serpens pede, † nigra ueneno,
Flumine auis, calamo † quo, † redimite lepus.

906 — B. V. 117. M. 1057

Est ubi non imber, non ros delabitur umquam.

u. 4 *add. Pith. in praetermissis.* Hetruscos *Pith.* et ruscos *Masdéu* 6 Pannonicos *Pith.* 7 † apros *Pith.* atrox eum *ego* per agros *Opitius* Pannonicos in apros, Nec ullus *Gassendius* insequentum *Mey.* 10. 11 *propter metrum transposui* Nec *ego* Vel *Pith.* extima saliua *Scriuerius* 11 cauda *cj. Pith.* caldam *Casaubonus.* — 904. *Pith. p.* 126. *Post Gellii noct. att. l. IX uel X in eius codd. nonnullis extare narrat Burmannus.* 4 fruenda *Buech.* — 905. Aliud (*post c.* 391) *Pith. p.* 132. *Finis carminis cuiusdam est.* 1 *num* hydra? 2 flumina *Pith.* flumine *ego* calamo tu, crocodile, peris *coniecerim* calamo caprea, rete lepus *Buech.* — 906—908. *Pith. p.* 150. 906 *a rell. separauit Meyerus.* 1 dilabitur *Pith.*

Est ubi nec nix est nec glacialis hiems.
Est sine uite solum, quaedam est sine matre propago.
Est sine rege tribus et sine naue fretum. —

B. M. ib. **907**

Non sine mors gemitu, non partus et absque dolore,
Non nox absque gelu, non notus absque sono.
Absque calore focus non est nec amore puella,
Non sine carne pilus, non sine pelle caro,
Non sine matre puer, non est sine uite Lyaeus,
Non sine pisce lacus, non sine sorde palus,
Non sine laude pius, non est sine crimine latro,
Non sine fraude forum, non sine mure penus.
Non urbs absque malo, non scortis absque lupanar,
Non sine uoce sonus, non sine luce dies.

B. M. ib. **908**

Dulce sopor fessis et terris flumina siccis,
Dulce patri proles diuitibusque gaza.
Tela uiri decus est peplumque colusque puellae.
Laus sine lite domus, laus sine fure locus.

B. II 14. M. 707 **909**

Miltiades

Qui Persas bello uicit Marathonis in aruis,
Ciuibus ingratis et patria interiit.

B. M. — **910**

MARCELLI

De medicina

Quod natum Phoebus docuit, quod Chiron Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon

4 thronus *Burm.* — 907. 2 nix *conj. Pith. ib.* — 908. *segregaui.* 3 uiris *Heins.* — 909. *Pith. p.* 152, *ubi additum est ex Anth. graeca epigramma*
Πάντες, Μιλτιάδη, τὰ σ' ἀρήϊα ἔργα ἴσασιν·
Πέρσαι καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.
910. Marcelli V. L. ex magistro officior. Theodosii senioris imp. de medicina *Pith.* (*P*) *p.* 386. V. I. *em. Pithoeus.* Vindiciano *tribuit Barthius. Quae ex ed. Constantini Burm. poet. lat. min. II p.* 389 *adfert, coniecturae tantum et plerumque quidem infelices sunt.*

A genitore suo, qui quondam uersus in anguem
Templa Palatinae subiit sublimia Romae:
Quod Cous docuit senior quodque Abdera suasit,
Quod logos aut methodos simplexque empirica pangit,
Hoc liber iste tenet diuerso e dogmate sumptum.
Namque salutiferas disponit pagina curas.
Istic repperies per nomina perque medellas
Descriptas species et pondera mensurarum
Congrua, quae sapiens sumes moderamine certo.
Ne fallare, uide, neu quae sunt parta saluti
Vertat in exitium non sollers cura medentis.
Sume igitur medicos pro tempore proque labore
Aetatisque habitu summa ratione paratos,
Gramine seu malis aegro praestare medellam
Carmine seu potius: namque est res certa saluti
Carmen ab occultis tribuens miracula uerbis.
Quae curis hominum physicorum inuenta pararunt
Quaeque suis natura bonis terraque marique
Edidit, illa suis altrix simul atque creatrix
Foetibus omnigenis, quos parturit, ergo salubres
Suggerit impensas ponto et tellure creatas,
Angue fera pecude fruge alite murice pisce
Lacte mero pomis lymphis sale melle et oliuo
Sucis unguinibus taedis pice sulfure cera
Polline farre fabis lino scobe uellere cornu
Baccis et balanis lignis carbone fauilla
Floribus et uariis herbis, holere atque metallis
Sandice et creta psimmytho pumice gypso
Cadmia chalciti chalcantho chalco et adusto
Cassitero molli lepide cypria atramento.
Prome etiam (seu tunde prius seu contere gyro),

6 pandit *Burm.* 9 medelas *P* 10 mensurasque *post P* 11 quae si plus *cod. Casauboni* 13 solers *P* 16 Gramina *P* medellam *P* 17 salutis *Buech.* 18 edens *'codex uetus' Barthii* 19 pararint *P, em. ex coni. Pith.* 24 et fruge *P* 26 succis *P* 30 sandice *P* et] cum *ed. Constantini* psimmyto *P* 31 chalcitide *ed. Const.* et adusto *Pith.* cumino *Const.* calce camino *Barthii 'uetus liber'* 32 lepido *Barthii 'uetus liber'* cupro *Const.* atque *P, del. Buech.*

Quod uiride hortus habet, uel quod carnaria siccum,
Allia serpyllumque herbas thymbramque salubrem
Brassicaque et raphanos ac longis intuba fibris,
Et mentam et sinapi coriandrum prototomumque
Erucam atque apium, maluam betamque salubrem
Rutamque et nasturcum et amara absinthia misce,
Puleiumque potens nec non et lene cuminum.
Palmula nec desint Idumes nec pruna Damasci,
Quae cum multiplici contriueris orbe terendo,
In patinis excocta dabis aut grandibus ollis
(Verum adoperta) coques, ne fumida iura saporem
Corruptum reddant, quem mox fastidiat aeger.
Adde et aromaticas species, quas mittit Eous,
Vel quae Iudaicis fragrant bene condita capsis,
Tus costum folium myrrham styracem crocomagma
Aspalathum gallam elleborum nigrumque bitumen
Et nardum et casias et amoma et cinnama rara,
Balsama peucedanum spicam crocon atque bedellam
Irim castoreum scillamque opium panaceam
Resinam lepidum †euphorbeum git atque pyrethrum
Zingiber et calidum, mordax piper, et laser algens
Agaricumque asarumque potens, aloen aconitum
Galbana sandaracam sampsuchum psoricum alumen
Acaciam propolimque et adarchen cnecon acanthum
Andrachnen acoronque opopanaca pompholygemque
Cyperum ladanum sagapenion et tragacantham
Scammoniam †cypen malabathron [et] ammoniacon.
Denique repperies istic, quod lucis in ortu
Indus Arabs Seres Perses diuesque Sabaeus
Vicino sub sole legunt, quod praebet Orontes,
Eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu,

36 intyba *P* 37 Et *prius delet Burm.* 39 Rutam et nasturtium *Const.* 40 pulegiumque *P* cyminum *P* 44 adaperta *Tornaesius* 45 quem *Buech.* quae *P* 51 crocum *P* crocon *Burm.* 53 lepidium *Plinius* euforbium *P* euphorbum *Const.* pyretrum *P* 54 albens *Const.* 56 samsucum *P* psoricon *Plinius* 57 adarciam *Plin.* cnicon *P*, *correxi ex Plinio* 58 acorum *Const.* 59 sagapenonque *P* tragacanthum *P* 60 cyperon *Salmasius* et *add. id* 62 Persis *P*

Decerptum foliis ramo cute cortice uirga,
Quodque ab Idumaeis uectum seplasia uendunt
Et quicquid confert medicis Lagaea cataplus.
Haec quicunque leges, poteris discernere tecum,
Agnoscenda magis siue exercenda rearis.
Quisque tamen nostrum hoc studium dignabere, quaeso
Praestes iudicium purum mentemque benignam.
Sic tua perpetuo uegetentur membra uigore
Et peragas placidam per multa decennia uitam.
Sic non incuses ualidam placidamque senectam
Nec tibi sit medicis opus unquam nec tibi casus
Aut morbus pariant ullum quandoque dolorem,
Sed procul a curis et sano corpore uiuas,
Quotque hic sunt uersus, tot agant tua tempora Ianos.

911

EPICVRI

B. III 146. M. 1564

Cum te mortalem noris, praesentibus exple
Deliciis animum: post mortem nulla uoluptas!

912

B. III 271. M. 1007

Virginis insano Iulianus captus amore
Femina fit cultu dissimulatque uirum
Et sic indutus muliebriter intrat ad illam.
Res patet, abscindit membra pudenda pater.
Femina uirque prius nec uir nec femina nunc est:
Fit neutrum, credi femina dum uoluit.

913

De planetis

B. V 42. M. 1029

Sortitos celsis replicant amfractibus orbes.

6 vendit *Burm.* 67 lalagea *P*, *em. Salm. cl. Martial.* XII 74, 1 68 decernere *Burm.* 69 excernenda *idem* 74 placitam *P* placidam *ed. Tornaesiana.* — 911. *Pith. p.* 603. 2 Diuitiis *Pith.*, *em. Burm.* — 912. *Pith. p.* 605: Incerti ex u. c. Fr. Iureti fide *Pith.* — 913. Alexandri aut potius Ana-

Vicinum terris circumuolat aurea Luna,
Quam super inuehitur Cyllenius. alma superne
Nectareum ridens late splendet Cytherea.
Quadriiugis inuectus equis Sol igneus ambit
Quartus et aethereas metas, quem deinde superne
Respicit Armipotens. sextus Phaethontius ardor
Suspicit excelsum brumali frigore sidus.
Plectricanae citharae septem discriminibus quos
Assimilans genitor concordi examine iunxit.

ximandri Milesii ex eius sphaera cuius Diogenes Laertius meminit *Pithoeus*, *qui hoc carmen sua manu cuidam exemplari suae editionis testibus schedis Heidelbergensibus adscripsit.* 1 *num* celsi? 3 cillenius *Pith.* superni *Pith.*, *em. Mey.* 6 phaetontius *Pith.* 9 cytharae *Pith.*

CARMINA

AB ALDO MANVTIO A. 1590 PRIMVM EDITA

914

Gallo adscriptum B. M. —

Non fuit Arsacidum tanti expugnare Seleucen
Italaque Vltori signa referre Ioui,
Vt desiderio nostri curaque Lycoris
Heu iaceat menses paene sepulta nouem.
Nec tantum morbus, quantum grauat ira parentis:
Sic premitur geminis una puella malis!
Aequa tamen matris caussa est: cupit illa, paternam
Impleat ut pulchra filia prole domum.
Quid, quod lena meos auertere tentat amores,
Portat et occulto grandia dona sinu?
Et iuuenem laudat, qui munera misit, ab alta
Indole . . . .
Candida quod nulla lanugine uestiat ora,
Quod fluat ex toto uertice flaua coma,
Quod citharae cantusque sciens; deinde horrida bella
Atque ingrata notat tempora militiae.
Me quoque iam canis narrat splendere capillis,

914. Asinii Cornelii Galli *Aldus Manutius qui primus Florentiae a.* 1590 *edidit. Nomen* Galli *olim traditum*, *a uiris doctis saec. XV uel XVI dubitanter* 'Asinii uel Cornelii' *additum puto. Ceterum* 'Cn. Cornelio Asinio Gallo' *iam inde ab a.* 1505 *Maximiani elegiae tribuebantur. Scaliger recens*, *Wernsdorfius cui adstipulor uergentis antiquitatis esse dicit; quin centonarium poetam olet.* 1 *cf. Cic. epp. ad fam.* VIII 14, 1.

Et quod · · · uulnere tardus eam.
Multa quoque affingit, mentitur et omnia: fluxa
Quam uereor ne sit nostra puella fide!
Femina natura uarium et mutabile semper;
Diligat ambiguum est oderit anne magis.
Nil adeo medium · · · · · · · · · · ·
Et tantum constans in leuitate sua est.
Filius Europae Minos, seu poneret arcum,
Siue comam premeret casside, pulcher erat.
Non prius e muris pugnantem regia uirgo
Viderat, ac dirus crimina suasit Amor.
Acer Amor deus est — fetas domat ille leaenas —:
Excuset facinus uindice Scylla deo.
At pius aeternam seruet ni Iuppiter urbem,
Scilicet occiderat uirginis illa dolo.
[Sic pereat, patrias quicunque insanus in arces
Mente ruit, poenas ut scelerata dedit!]
Obruta uirgo iacet: seruat quoque nomina turris
Illa, triumphator Iuppiter unde tonat.
Quid loquor ah demens! roseae nec flore iuuentae
Nec capitur missis lux mea muneribus!
Non patris imperium, matris non aspera iussa
Sollicitant: firmo pectore durat amor.
Non secus Aegaeo moles obiecta fragori:
Illa manet; frustra uentus et unda furit.
Nec minus, ut uires paullatim colligit ignis,
Purior accenso fomite flamma micat.
Illa meos reditus spe non praesumit inani
Et fouet in tacito gaudia certa sinu.
Me uocat absentem, me me suspirat in unum
Et de me noctes cogitat atque dies.
Quin etiam argento puroque intexitur auro
Altera iam castris parta lacerna meis.

18 *adde* concepto 19 et] *num* at? 21 *Aen. IV* 569 24 *Ouid. Trist. V* 8, 18 27 *Hor. carm. III* 2, 8 28 *cf. Ouid. Metam. VIII* 24 *sqq.* 29 Poenas domat *Wernsd.* 31 Iupiter *edd.* 33—34 *delenda puto* 35 turris] *fort.* rupes, *si carmen antiquum?* 37 loquar (*Ald?*) *Pith.* 43 ac uires p. ut *Scal.*

Illic bellantum iuuenum studiosa figuras
Atque audita leui praelia pingit acu.
Pingit et Euphratis currentes mollius undas
Victricesque aquilas sub duce Ventidio,
Qui nunc Crassorum Manes direptaque signa
Vindicat Augusti Caesaris auspiciis.
Parthe tumens animis et nostra clade superbe,
Hic quoque Romano stratus ab hoste iaces!
At mea cum primis uictrix apparet imago,
Exigit hoc pietas et bene fidus amor.
Ipsa quoque exprimitur deiecto pallida uultu:
Stat lacrimans, et me paene uocare putes.
Quam bene, cum ferrum nondum prodiret in auras,
Omnia pacis erant, et sua cuique satis!
Diues erat, si quis, parui possessor agelli.
Seuerat ille prius, deinde coquebat holus.
Non locus inuidiae, quamuis uicinus habunde
Et pecus et messes mustaque haberet ager.
Liber amor, nulli mulier suspecta marito,
Casta satis, norat si qua negare palam.
Tunc Venus · · · · spirabat dulciter ignes
Spiculaque in siluis tuta uibrabat Amor.
Cur mihi non illis nasci, mea uita, diebus
Contigit? inuidit quis bona tanta deus?
O niueas luces! o tempora dulcia! uere
Aurea Saturni saecla fuere senis.
Nunc ferrum erupit (rabiesque asperrima ferri),
Nunc furor et caedes · · · · · · ·
Forsan et hic noster tinget cruor hospitis arma
Aut cadet unanimis frater ab ense meo.
Quid mihi cum bello? pugnent, quibus inclita regna
Aut quibus · · · Marte petuntur opes.
Nos alias pugnas aliis pugnemus in armis:
Inflet Amor lituos et fera signa canat.
Fortis ad occasum ni pugnem solis ab ortu,

55 dereptaque *Wernsd.* 66 olus, 67 abunde *edd.* 71 *adde* innocuos 82 *adde* inmensae 84 canat *Man.*, *em. Scal.* 85 ab occasu *et* ad ortum *conicio*

Detrahat ignauo protinus arma Venus.
Sin cadat ex uotis et res bene gesta feratur,
Cesserit emerito cara puella mihi,
Quam · · · · · · sinu, cui basia iungam,
Dum lateri uires, nec sit amare pudor.
Tunc me uina iuuent nardo confusa rosisque
Sertaque et unguentis sordida facta coma,
Nec dominae pudeat gremio captare soporem
Surgere nec media iam ueniente die.
Si quis amore uacans irriserit, imprecor illi,
Ardeat et quid sit, discat, amare senex,
Seruus et ut nostros incassum laudet amores
Et 'sapit hic' dicat 'saucius igne nouo.'
Heu male (crede mihi), si quis sua gaudia differt!
Dum loquimur, nox est mortis et umbra subit.

B. M. —

915

Occurris cum mane mihi, ni purior ipsa
Luce noua exoreris, lux mea, dispeream.
Quodsi nocte uenis (iam uero ignoscite, diui):
Talis ab occiduis Hesperus exit aquis.

B. III 172. M. 1565

916

· · · matris amor deliciumque meum.
Ne uero inter uos odio certate, sorores,
Vtrius alba magis uel minus atra cutis,
Hoc unum certate, suos magis urat amores
Altera nonne oculis, altera nonne comis.
Anne coma ex auro flaua est tibi, Gentia? an auri
Ex ipsa magis est bractea flaua coma?
E Beronicaeo detonsum uertice crinem

97 Serus *puto.* — 915—917. *Et haec Gallo Manutius tribuit.* — 915 Epigramma sine titulo *Pith.* (*Man.?*) 1 Occurrit *Pith.* 3. 4 *cf. Q. Catulus ap. Cic. nat. deor. I* 28, 79. — 916. De duabus sororibus meretriculis ex Illyrio, Gentia et Chloe, quae Romana castra cum matre laena sequerentur *Manutius* 2 certare *Pith.* (*Man.?*) 5 numne . . numne *Buech. dubitanter*

Retulit esuriens Graecus in astra Conon:
Gentia, rapta tibi fiat coma protinus astrum
Et regat Illyricas certior Vrsa rates.
Cum quatit et caudam Iunonius explicat ales,
Mille oculos, gemmas mille decenter habet.
. . . . huc illuc flectat ocellos,
Hinc illinc uideas currere mille faces.

917

In imaginem puellae

B. III 238. M. 1003

Subrides si, uirgo, faces iocularis ocellis
Et tua nescio quo murmure labra sonant.
Cur non ora mihi iam dudum in uerba resoluis?
. . . .

9 *cf. Iuuenal.* 3, 78 10 *Catull.* 66, 8 13 *Tibull. IV* 2, 13 915. 1 Subrides *Bondtius* Sofrides *Man.*

CARMINA

A CASPARE BARTHIO PRIMVM EDITA

918—921

VESTRICII SPVRINNAE

I (918)

Dulces Vestricii iocos,
    Seras Socraticae relliquias domus,
Ne laudes nimium, Mari.
    Contemnit placitus [no]bilibus uiris,
Soli qui sapientiae
    Post florem tepidum nec stabilem gradum
Aetatis senium dicat
    Mentis compositae, qualis ab arduis
Ad se uersa laboribus

I (918). *C. Barthius ed. Gratii p.* 158 'In ueteribus membranis . . iunctim inuenimus scripta. Senecae epistolas . . Boethium . . Peruigilii Veneris fragmentũ sub nomine Senecae. Quattuor has odas . . uno perpetuo uersuum tenore . . Dicta sapientum . . De gestis Alexandri Magni, qui tamen alio atramento et membrana recentiore scriptus a. D. M. CD. XXIV. Alia etiam carmina non inepta, Christiana plerumque, nonnulla etiam Ethnica. Porro Vegetium . . Leonis Eretiarii de insomniis . . . Haec opera, recenti manu in unum fascem compacta Martispurgi in Misniae et Turingiae finibus inter rudera bibliothecae disiectae et contemtae inuenimus. Vario omnia atramento uariaque aetate scripta.' *Easdem odas Barthius ed. Aduersariorum XIV* 5. *b* = *Barthii textus*, *Barth.* = *eius coniectura*, *ms.* = *quae e codice* (*si quis erat*) *adfert.* — Incipit Vesprucius Spurinna de contemptu seculi. Ad Martium. Od. I *b. cf. Plin. epp. III* 1. 1 Dulceis *b* Vespricii *b* ioca *ms.* 3 Marti *ms.* 4 placitas *ms*, *corr. Wernsd.* . . bilibus *ms.* mob. *Barth.* nob. *Bayer*, *Wernsd.* 8 ad arduus *ms.*

Quos non dat patriae, seposuit sibi
Annos, orba lucro graui.
. . . . ambitio tegmine candida
Illudat grauidae spei?
Nos sero pelagus uicimus inuium:
Quicquid uiximus, interit.
Aestas quem decies septima diuidit,
An leues memoret iocos
Atque aptos citharae conciliet modos,
Surdis auriculis strepens?
Quisquis decrepiti corporis est reus,
Sat sese eloquii probat,
Si ser[uat] placidi iura silentii
Et patrocinium otii.
Hoc cani grauitas uerticis abstitit,
Non ut sponte sua fugax,
Sed multi numeris carminis . . .
. . . .

II 919

Faue, sancta deum sata,
Nullis, Pauperies, numinibus minor,
Tecum si sapias tibi;
Vltro magnificis hospes honoribus,
Absoluens numerum tuae
In te laetitiae, sordida cum quies
Lautis nuda tumultibus
Ambit se patria fertilis in domo,
Nullis † uendibilis plausibus;
Contemtrix queruli magnanimis fori;
Nil non sola potens, ubi

10 dat pa..e *ms.* 11 lc̄o *ms.* 12 ut non *add. Axt.* albato *Wernsd.* fucato *Barth.* 15 interIt *b* 17 leueis *b* 18 citarae *b* 22 ser . . *ms.* 24 attulit *Wernsd.*

919 '*in Ms. nulla distinctio nec ulla nota est alia*' *Barth.* 4 ulta *ms.*, *corr. Wernsd.* uitae *Bayer* 6 laeticiae *b* 7 Raucis *Wernsd.* unda *b* 8 forcilis *ms.* fertilis *Barth.* fortius *Wernsd. num* fortiter? 9 uendita *Barth.* 10 contentrix *b*

Furtiuis procerum suppliciis procul
Regnas in proprio sinu.
Felix, quem teneris mater ab unguibus
Et regina rapis simul!
Non illum · · · fascibus arduum
Versat nobilitas mala
Curarum facilem fluctibus, ut suis
Orbum sideribus rotet.
Illum splendida nox et decor improbe
Caecus praecipitant · ·
. . . .

III (920)

Postquam fixa solo semel
Spernit fluctiuagos ancora nauitas
In saeuum pelagus sequi,
Quam uitat grauido perniciem mari,
In suo reperit sinu.
Haerentem tumidis . . . dentibus
Aerugo propria exedit.
Ni te desidia sancta quies leuet,
Turbas dum populi fugis,
Priuatis quaties fata tumultibus,
In te ludere peruicax.
Nos [tamquam] uigilans somnus [habet], furor
Tortis liber et anguibus.
At presso gracilis Cura manet pede.

IV (921)

Ingrati nebulae † desidiae caput
Circumstant trepidum; sors nimia in probos

10 magnanima *ms.*, *corr. Barth.* tumidis *add. Wernsd.* 16 populi *Axt* 18 et . . rotat *Axt.* — 920. 2 pernit *et* anchora *b* 5 repetit *b in Aduers.* 6 timidis *Wernsd.* aggere *add. Axt* nam male *Wernsd.* 12 tamq. *et* habet *add. Wernsd.* fruor *ms. em. Barth.* 13 liberat *b*, *corr. Wernsd.* — 921. 1 Ignaui *Axt* desidie *ms.* desidii *Barth.* dissidii *Wernsd.* 2 *num* nimis?

Incestis facilis annuit ausibus;
Sta contra assiduo pede.
Multum turba tenax · · · fidei
Vltra fata furit non docilis fugae
Desider · · · praemio
. . . .

922 B. III 99. M. 225

Principium uitae obitus meditatio est.
Non uult emendari peccare nesciens.
Immoderata ira fructus est insaniae.
Pecuniam amico credens fert damnum duplex:
Argentumque et sodalem perdidit simul.

923 B. I 157. M. 678

Cerne Arabem Myrrham temerati a crimine lecti
Patria praecipiti linquere regna fuga.
Pone sequens genitor ui uindicis imminet ensis
Et premit incestae iam pede poena pedem,
Donec mutata in † fruticem proiecta figura est:
Sic quoque non certo lympha liquore fugit.

924 B. I 108. M. 642

Cum patrem et patrios ferret ceruice penates
Atque adeo ingentis fata † nouerca Asiae

3 facilit *ms.* 5 sed nocuae *add. Axt.* — 922. Aduers. XV 17 'Veterem codicem calamo exaratum . . . Sic igitur membranae. Appuleius philosophus et poeta insignis fuit, cuius hae a scholasticis feruntur sententiae . . . . Eiusdem haec feruntur . . .' 1 est medit.? 2 Non em. uult *Buech.* 3 strictus *ms.*, *em. Barth.* 4 credere *Barth.* fert *Burm.* est *ms.* 5 que *addidi.* — 923. Ibid. XVI 1 'Epigramma . . . repertum a nobis est in antiquissimo codice Metamorphoseos Ouidianae, quem Leodii pretio nostrae potestatis fecimus. De Myrrha patrem fugiente . . .' 5 fontem *b* fruticem *Riuinus.* porrecta *idem* 6 limfa *b* myrrha . . fluit *Riuinus*, *recte?* — 924. Ibid. XVI 1 'Eiusdem generis est in prisco Floratorum codice a nobis repertum in Aeneam . . quod olim inter schedas, cum ei omnia mea animam ipsam agens donassem, perperam pro suo ingeniosissimus iuuenis edidit. Est uero istud . . .'

Romanosque deos Europaeosque triumphos
Totius et mundi exueret spolia
Tros Anchisiades, poterat periisse per ignes,
Hectorea ut uirtus tracta erat ante rota.
At cum flamma furens tetigit senis ora parentis,
Dissiliit nullis noxia turbinibus.
Fata operi restent, pietas si sola fauebit:
Inuictum in mediis ignibus obsequium est.

B. t. 1 p. 738. M. 553

925

LAETI AVIANI

Versus in praesens opus de Mercurii nuptiis

Qui dubias artes per mystica dicta subibis,
Mercurii doctos uoluere disce toros.
Ille breui ductu scandet sublime cathedram,
Qui lychnos discet, docte Capella, tuos.
Canitiem auctoris auget grauitasque magistri:
Qui discet libris, hinc cito proficiet.

B. III 98. M. 919

926

Desidiam nolis. sed nec labor improbus omni
Arridet. dulce est inter utrumque nihil.
Ignauum scabies, luctantem iniuria perdit.
Ille sui, alterius perdidit iste decus.

B. M. —

927

. . . .
Hinc est quod populus aurum quasi numen adorans

3 triumfos *b* 4 exsuuiis *b*, *correxi* eriperet *Meyerus* 6 Hectorea *Wakkerus* Aemonia *b*. — 925. Ibid. XVIII 21 'Carmen quod in Ms. codice Capellae iam saepe laudato (*quem* '*bonae antiquiorisque notae, quam omnes ut puto hactenus collati' eod. cap. dicit, sed ubi sit tacet*) dignum luce reperi . . .' 1 arteis *b* mistica *b* 4 lichnos *b* 5 caniciem *b* 6 libens *cj. Barth.* his *Burm.* — 926. Ibid. XXIII 22 'Epigrammation uetus, quod e membranis de prosodia multa, multa et alia complexis aliquando descripsimus . . .' 2 nihil] *num* mihi? — 927. Ibid. XXV 19 'Vetus epigrammatarius . . .' 1 adorant *b*

Audet in ignotum sponte uenire nefas,
Speque lucri totiens excedere ius et honestum
Sustinet, ut gratis nunc iuuet esse reum.
Ius ruit, ordo perit, sceleri placet ora manusque
Vendere, quamque inopem, tam pudet esse probum.

928

B. M. —

Lux festa sacris uult litari paginis.
Remoue profanos codices.
Hymno sacranda luminis primordia,
Quae Christus imperat coli.
In ore Christus nectar, in lingua fauus,
Ambrosia uiua in gutture,
Lotus beata in pectore, a qua nescias
Abire gustata semel;
Mel in medullis, lux serena pupulis,
In auribus uitae sonus.
Elingue plectrum suauis eloquentiae
Hoc nomine audito redit.
Cursu uagante, lubrico infortunio
Tentationibus Mali,
Siti et fame, calore et algu mortuis
Malagma praebetur potens.
Penetrale mentis dira desperatio
Peccaminum ob molem quatit?
Saeuit paterna in uiscere imo prauitas?
Libido succendit faces?
Auri cupido molle pectus incitat

928. Ibid. XXXIV 1 'prope Argentoratum . . . uetera rudera Carthusiae perlustramus. Ecce tibi hominem qui . . ultro nobis muneratur codicem membranaceum . . Augustini . . tum uero in fine reperiuntur nonnulla carmina uariorum ut uidentur auctorum. Inter quae iambum hunc offendi . . .' [*quem Barthius Paulino adsignat*]. 'Videri posset paraphrasis in laudes quas de nomine Iesu scripsit S. Bernardus' *Mignius t. LXI p.* 774: *sed ad Paulinum paene certus reuocat. Cf. similia ap. Barthium XLIV* 17 *et III* 1. 1 litare *b* 2 Nominis *cj. Migne* 18 Peccatorum *b*, *em. Barth.* 19 uiscera *b*, *em. Buech.*

Per fas nefasque cogier?
Faetentis animus ardet ingluuiem gulae
Venere atque Baccho perditam?
Cruentus ultor raptat iracundiam
Mucrone prompto stinguere?
Inferre mandat terror infortunium
Cauere quod possis male?
Vis impotens sui eiicit patientiam
Et arma quaerit perdita?
Fidem sinistra quassat obstinatio
Felix errorum non diu?
Hoc ad salutem nomen auditum uenit,
Hoc omne tollit pharmacum.
Obsessa membra spiritusque daemone
Vexatus impurissimo
Hoc hoc medelam sortiuntur nomine
Redeuntque sursum ab inferis
Cantata diro carmine, et bustis sono
Deuota sago corpora
Vim colligantis perfidam excutiunt luis
Et sana uertuntur domum.
Compago quem soluta membratim iubet
Lecto sedere debilem,
Quem caecitas, crux omnium miserrima,
Addixit alieno pedi,
Vtroque claudum quem uenire poplite
Videt uniuersa ciuitas,
Suis redire gressibus domum queunt
Nomen celebrantes dei.
Salue, o Apollo uere, Paean inclite,
Pulsor draconis inferi!
Dulcis tui pharetra testimonii,
Quod quatuor constat uiris,
Sagitta melle tinctilis prophetico,
Pinnata patrum oraculis;
Arcus paternae forte uirtutis sonans,

22 cogere *b*, *em. Buech.* 23 ardet *Migne* horret *ms.* 32 errorque felix *puto* 43 membrorum? 53 faretra *b*

Miraculis neruus potens,
Strauere ueterem morte serpentem sua.
Io triumphe nobilis!
Salue beata saeculi uictoria,
Parens beati temporis!
Salue, quod omnes caelici, medii, inferi
Nomen genu flexo audiunt.
Salue unus unus unus in trino deus,
Salue una in uno trinitas.
Haec lux Eoo cum leuata cardine
Iter diurnum suscipit,
Haec cum occidente sol subit curru fretum,
Benedictio me consecrat,
Crucifixe uictor, expiator criminum
In morte uita praepotens.
Fac cum supremo seuocabor tempore,
Ab obruto malis chao
Traducat ista me tibi benedictio,
Quod utile, interim dato,
Neu se inquieta mentis excruciet mora
Faetente uincta carcere.

929

B. III 274. M. 1011

In senectutem

Vtilis es nulli, cunctis ingrata, senectus:
Te Stygio peperit cana Megaera deo.
Nil adeo firmum est, quod non tua robora frangant:
Arma stilos chartas saxa metalla deos.
Carmina uiuaci membranis illita succo
Annorum serie debilitata cadunt.
Ipsa mihi pugnas quae nectere mille solebat,
Aequales inter maxima dicta suas,

61 seculis *ms.* 70 consecret? 76 Caro *uel* Carne interim terrae data, Ne se *Mignius.* — 929. Ibid. XXXVI 11 'In membranis Iacobi de Caesollis Scachorum ludo subscriptum, cum nonnullis Germanis rythmis magistri Fridangi . . .' 2 cuna *ms.* 4 cartas *b* decus *Cannegieter* 8 aequaleis *b*

Numquam sueta nisi iugulato cedere ab hoste
    Inque imis mortes quaerere uisceribus,
Virgineis ambita choris, adamata puellis,
    Quamque hostes etiam caram habuere sui,
Illa caput roseum florenti sandice cincta,
    Languida caeruleo mentula uicta situ est!

B. M. — 930 *Argumenta Lucani*

I

Proponit primus liber, inuehit, inuocat atque
Caussas exponit, cursus properantis ad urbem
Caesaris et nimios hinc [narrat] in urbe timores.

II

Quadruplices narrat pars libri prima secundi.
Continet eiusdem pars proxima uerba Catonis
Et Bruti. dicit, quo foedere Martia nupsit.
Hostis in occursum ducit pars tertia Magnum,
Opposuisse manus notat [et] quod Caesaris ira
Cuncta ruunt. arcesque capit, cedentibus instat.
Ast uni uitam tribuit qui nuntius hosti,
Exemplum fuerit; quo uiso Magnus ad omnes
Turmas ipse suas hortandas magna minatur.
Hinc pars quinta notat Pompeium tunc properasse
Brundusium; tandem metuens maris ostia claudi
Hesperia puppes geminas in parte reliquit.

III

Tertius exponit primo quid Iulia dixit,
Quid Magnus fecit, audax quo Curio missus.
Altera pars libri dicit, quod Caesar in urbem
Iuit opesque dedit Romae nolente Metello
Militibus, Magnique notat qui signa sequuntur.

12 charam *b*. — 930. Ibid. XXXVII 8 'Pharsalidos libri in compendium notati sunt a ueteri critico . . . describere uolui, cum sciam ante sexcentos annos eum codicem esse scriptum, cui adfixi sunt . . .' 3 narrat *add. Burm.* plebis *Buech.* 4 narrat] questus *Burm.* 6 federe *b* 7 dicit *Burm.* 8 et *add. id.* 12 suus *b* 13 quarta *Burm.* 14 brudusium *b* 15 Experia *b* geminus *b* in mare *b*, *em. Buech.*

Vltima quod tendens Hispanas Caesar in oras
Massiliae stetit: hanc sed uicit in aequore Brutus.

IV

At quarti libri narrat pars prima, quod instat
Caesar in Hispanos ad iussa ducesque reuersos.
Mortem Vultei cum multis altera pars dat.
Vltima quod Varum pepulit campoque fugauit
Curio, fraude Iubae cecidit quoque strage suorum.

V

In prima quinti Pompeio Roma regenda
Est data. multa timens pro se responsa recepit
Appius; exponit pars proxima seditionem
Sedatam poena. mare [transiit] urbe relicta
Caesar, qui questus, quod non Antonius ultra
Iuerat, expertus fuit ipse pericula Martis.
Vltima, quod posita mansit Cornelia Lesbo.

VI

['Postquam] castra' notat, quod Caesar uictus ab hoste
Fugit in Emathiam, quamuis clausisset is ipsum.
Hinc et Thessaliam quae sit gentemque profanam
Describit. damnat Sextum non digna petentem.

VII

'Segnior Oceano' casu quo bella geruntur
Ostendit populo sic esse quod · · uterque.
Proxima pars bellum describit, et ultima, Magnum
Deuictum cepisse fugam. Sed Caesar habendas
Militibus monstrauit opes castrisque recedit.

VIII

'Iam super Herculeas' quo fugit, denotat atque
Quid dixit [Magnus] · · quando quaerere Parthos

27 quoque] qui *Burm.* 28 Pompeio *b* 29 per *b* pro *Burm.* 30 Appium *b* 31 penam *b* transiit *add. Burm.* 35 Postquam *add. Buech.* 36 ipsam *b* 38 parente *b*, *em. Burm.* VII (VI?)—X *ipsorum librorum initiis incipiunt.* 40 primo, sic et quod dixit uterque *Burm.* 42 habendis *b* 45 Magnus, quid *suppl. Burm.* portus *b*, *em. id.*

Consuluit: sed cassa fuit sententia Magni.
[Altera pars [notat] exitium tibi, Magne, paratum.]
Parsque secunda notat Pompeium morte peremtum
Indigna; Phariis pars ultima facta sepulcro.

IX

'At non in Pharia' dicit, quod bella Catoni
Libertate placent, qui Sextum multa minantem
Corripuit, postquam sciuit de funere Magni.
Altera pars multos correptos uoce Catonis
Syrtibus in mediis dat multa pericula passos.
Tertia quod Caesar simulauit flendo dolorem
Nec doluit saeuus generi ceruice recisa.

X

'Vt primum' primo notat ut perrexit in urbem
Aegypti Caesar et ut est Cleopatra locuta.
Mox dapibus sumtis Nili disquiritur ortus.
Parsque secunda refert famulos qui fata parabant
Praua duci caesos aduersa nefandaque passos.

B. III 106. M. 920

931

Tempore qui laeto sortem ridemus amaram,
    Certa uelut stabiles non dea uerset equos,
Cur eidem aduerso laetam uenamur in aestu?
    A mea tam bene quod cognita causa mihi est!
O qui carorum caput, o carissime quondam
    An potes et miseri nunc meminisse tui
Est equidem in laetis nemo non promtus amicus,

47 notat *addidi*, *sed* 47 *est glossa uersus* 48 60 facta *b* 61 Prauo *b*, *em. Burm.* — 931. Ibid. XL, 18 'Elegia prisca, quae in codice Ouidii librornm de Ponto, ulima pagina et dimidia compacta ligneis munimentis inscripta est. Eum codicem . . . scriptum norit magnis paginis, estque a nobis Coloniae Agrippinae ante aedem Minorum, ut uocantur, a seniculo scrutario, tum urbi omni notissimo, aere comparatus. De scriptore nihil scio . . .' (*Barthio ipsi Hauptius tribuit Epiced. Drusi p.* 27) 3 iidem *b* 4 Ah *b* caussa *b* 5 char. *bis b* 6 mei *Burm.*

Ipsa homini aduersis umbra inimica sua est.
Tantalus infelix, dicunt, conuiua deorum
Nunc quoque apud Manes uictima sacra Ioui est.
Vsque adeo poenas non delent ultima fata:
Qui cecidit diuis, surgere nemo ualet.
Scilicet et nobis, qui functo corpore nuper
Dura per antiqui busta fugamur aui,
Perfida felices ostendit regula diuos
Et uoluit sanctis partem aliquam esse locis,
Non alio exemplo nisi ut eruta turbine diro
Desereret media nos rota fracta uia.
A mihi praeteritos referant si numina uultus
(Non etenim ueterem: te, noua plaga, queror),
Vt facili amissos adblandiar ore fauores,
Tura ferens dignis carmina laeta deis!
Vt grauis hiberno torrens de monte uolutus
Obuia non magna arbuta uerrit ope,
Saepe domos etiam, saepe addita moenia raptat,
Currens praecipiti per iuga longa uia:
Sic semel atque uno nos abstulit improbus ictu,
Mentem etiam et Musis pectora uota, furor.
Altus eram certe: sortis furor omnia uincit;
Obuius ut quisque est, 'tu mihi' clamo 'ueni'.
Improbus est, quisquis non haec spectacula cernens
Fortuna instabili se quoque stare putat.
En ego nec caros habeo miserandus amicos,
A quibus auxilio uerbaue remue petam.
Vnicus est, qui me non plaue spernit egentem;
Cetera contemto supplice turba fugit.
Quid faciam infelix? quae non nisi in omnibus uni est,
Sollicitem longo carmine saepe: fidem?
Fracta fides crebro est precibus lugentis amici,
Hac tamen amissa num mage tristis ero?

8 aduersus *b* ipse homo in adu. . . sui *Burm.* 12 uiuus *Burm.* diuis *b* 13 qui fracto *amicus* 19 ah *b* 21 abblandiar *b* eblandiar *Oud.* 22 thura *b* *num* carmine? diis *b* 27 simul *Wernsd.* 28 uota *Burm.* nota *b* 33 charos *b* 34 auxilium *Burm.* 40 num *b* non *Burm.*

Vos superi et, quorum es merito mihi numinis instar,
    Quem numquam posthac spero uidere, parens,
Vnius in gremio spes nostra abiecta sodalis
    Tabet et absenti perdita uerba sonat.
Ille iuuet forsan, sed uerba immensa locutis
    Facta breui constant non repetenda modo.
Scilicet in somnis quae poscunt plurima diuos
    In fratrum auxiliis experietur inops.
Nos ubi praeteritis componimus orsa secuti
    Temporis, his etiam credere fata uetant.
Interea rapit hora — nec est reparabilis — horam:
    Nos lenta placuit tabe perire deo,
Vt pereunt miseri, quos uitae fructus ademtus
    Deseruit, nulla post reparandus ope.
Tempore non illo Priamum periisse putabis,
    Quo iacuit Teucro littore truncus iners;
Verum ut Thessalicis circum sua moenia funus
    Hectoreum rapuit fortior hostis equis.
Non ea post ductos uicto ex Oriente triumphos
    Exstinxit Magnum, quae tulit, hora, caput;
Illa illum exstinxit, campis congressa Philippis
    Caesarea populum quae ruit hora manu.
Scilicet hic uitae finis, qui finis honorum est,
    Cumque sua pereunt prosperitate uiri.
Sic quod heri uixi, quia iam nox altera praesto est,
    Non illud tempus, quod modo duco, uocem.
Quaeque dies sibi uita sua est; cum transiit illa,
    Hesternae non est lux hodierna memor.
Quare, quem fructus uiuendi, uita relinquit:
    Nempe quid hoc demto, mors nisi maesta, uenit?
Vndique quae laetis si se tristissima monstrat,
    Quid miseris censes nolle parare mali?
Saepe ferunt uenti, saepe est firmissima nauis;
    Mutarunt uenti flamina: nauis obit.

44 absentis *b*   49 sequuti *b*   55 *num* putaris?   59 triumfos *b*   61 *num* concessa? · 62 qua *et* manus *Wernsd.* 66 *fort.* Non; illud t.   70 moesta *b*   72 nolle] posse?

Dum cauet hos scopulos, alios incurrere nauta
Sentit, et est damno serior arte suo.
Structa quid in magno sunt propugnacula saxo?
Humano maius saepe labore ruunt:
Callidus internis se spiritus ingerit antris;
Cum posita rupes sic grauis arce iacet.
Tuta nec in solido rerum Fortuna fauore est;
Cum minime credas, impulit illa rotam.
Tum quoque, cum nitido ridet placidissima uultu,
Turpis in aduerso pectore fucus inest.
Eleuat incautum, sperantem maxima nutu
Proicit, ascendit cetera turba tamen.
Haec ego qui possum miseris miser ipse referre,
Non poteram dictis olim adhibere fidem,
Stulta quia et notis tam credula turba beata est,
Rideat ut miseri magna monentis opem.
Saepe mihi dixit Peligni Musa poetae,
Nunc ego mutata quod uice dico tibi.
Credite, quis fidum Fortuna uidetur asylum:
Non erit haec uobis, non fuit illa mihi.
Pendet ab axe suo uitae uariabilis ordo,
Nulla sui certa est hora nec ulla fuit,
Cumque nihil possit longi fuga mobilis aeui,
Se tamen hac semper mobilitate fugit.
Sed uitam incertam sequitur miserabile letum,
Humanas inter sola ea certa uia est.
Stultus et indoctus qui, cum non nesciat, illo
Eximi ab innumeris tempora lassa malis,
Hoc tamen extremo timet et fugit undique nisu,
Quod sequitur fortem quod timidumque premit.
'Vita tamen dulcis.' quid si magis altera restat?
'Mors grauis.' an scimus non grauiore premi?
Altior at miseris cura est, dolor ossibus haeret.

75 hoc *b* 77 saeuior *Burm.* 78 fernnt *b*, *corr. Burm.* 79 Internis calidus *Oud.* 84 auerso *b* 85 spirantem *Burm.* 86 proiicit *b* 93 asilum *b* 97 prosit *Oud.* 98 Se] Sic? 99 lethum *b*

Verba cadunt pulcre, pectora maeror edit.
Sic ego qui medicas aliis dare molior herbas,
Nullius credam uulnera nostra manu.
Vna sed in cunctis data sunt solatia curis,
Sustineant lapso quae mihi membra pede.
Nulla, licet tenuis linquat spiramina uitae,
Absque interuallo sors truculenta fuit,
Nempe quia est miseris aliquod quoque numen amicum;
Qui patitur, nullis spernitur ille deis.
Venit ubi ad summum, non progressura ruina est,
Sed stetit et retro est uiribus acta suis.
Ipsa quoque e bustis extollier ossa uidemus,
Cum patria coluit relligione nepos.
Diruta murali tormento saxa feruntur:
Erigit his alio moenia Marte labor. —
Infelix quisquis nocet infelicibus umquam,
Hic meruit nullo tristia fine pati.
Omne quod hic cernis, tenuis modo corporis umbra est;
Vix macie exesis artubus ossa traho.
Rarus aperta mouet procul internodia poples,
Consedit genubus tractus † ab ore tremor.
Sordibus et multo similis squalore sepultis
Vix inter uiuos larua uidenda uagor.
Non tamen hoc hostes, non hoc mala numina possint,
Vt ualeat pronum nox pepulisse caput.
Anguibus Alcides et caesa languidus hydra
Non chortes timuit, grus homicida, tuas.
Briseis ut rapta est, amor aegrum inclusit Achillem,
Non metus Hectoreae Memnoniaeue facis.
Ille sed extincto rediit uigor acer amico,
Reddidit ut iustus deposita arma dolor.
Me quoque Fors mihi restituet, moribundaque membra
Viribus ire suis splendida fata dabunt.

108 moeror *b* 120 cum] quae? 127 Varus *Burm.* 133 Languidus *b*, *corr. Schrader.* 134 hostes *et* tuos *b*, *correxi. aues intellege Stymphalidas.* 135 atrum *b*, *em. Buech.* acrem *ci. Barth* 137 exstincto *b* 140 *an* facta?

Tum trucis inuidiae furiis ultricibus horrens
Inuoluam positis arma uirumque malis.
Interea, ut libitum est, absentibus utere diuis,
Liuor, et in nostro gaudia quaere rogo!

932

B. V 16. M. 1027

Sera dedit Phoebo fugiente crepuscula uesper.
Conticuit mediam rerum confectio noctem.
Exoriens tenebris dilucula restituit sol.
Tempora sol reuehit, nox cedit tempora delens.
Nox accensetur soli ceu luna diei.

933

B. II 137. M. 265

SYMMACHVS

de Boethio

Fortunae et uirtutis opus, Seuerine Boethi,
E patria pulsus non tua per scelera,
Tandem ignotus habes qui te colat, ut tua uirtus,
Vt tua fortuna promeruitque sophos.
Post obitum dant fata locum, post fata superstes
Vxoris propriae te quoque fama colit.

934

B. II 17. M. 697

Mille post annos quater atque centum
Graeciae uindex capit arma mundi
Et superborum grauis arma regum
Diripit audax.
Ille non magno genitore magnus

932. Ibid. LVI 10 'Glossae memorabiles [*in Boethium*] ueterrimae hae sunt . . . Diluculum] non amplius nox, sed tenebrae rarescentes. Vnde sunt uersus . . .' 2 *num* media . . nocte? — 933. Ibid. LVI 10 'ex eodem codice . . .' Symmachius *b* 3 tamdem *b*. — 934. Ibid. LVI 14 'In codice quodam priscis litteris exarato . . . Est autem scriptum in Alexandri Magni uita, incerto auctore, fabulis prodigialibus ridicula . . .' 2 inunctae *Iacobs* 3 grauia*de Rooy* arua *Iacobs* 5 de m. *Burm.*

Indiae reges Mediaeque, Parthos,
Bactra cum Poro Ecbatanosque paruo
Milite uicit;
Vincere ingentes animis et ausis,
Non docens gentes numero et metallo,
Vi celer, uirtute ualens, profundo
Pectore doctus.
Hoc magister te docuit ministrum,
Nam uolens parere, regit deinde.
Poenitet tempus †abiisse tantum
Absque Camena.
Scribit in pectus bona dicta rector,
Praecipit doctor pietate tota.
Sic Alexander simul et magister
Omnia uincunt.
Ast ubi totum tenuit sub uno
Orbem habens sceptro, sibi uictus ipsi
Corruit. uicit Babylon triumpho
Te muliebri.
Sic Clitum ad Bacchi necat [udus] aram,
Sic deum temnit iuuenis proteruus,
Sic duos et iam decem habens reliquit
Sceptra per annos.
Ter decem uixit uuenis per annos
Additis tantum tribus aut duobus.
Viuus exarsit, moriens flagrauit
Orbis in illo.
Non satis mundus fuit unus illi,
Nec satis quisquam fuit unus illi.
Maximus princeps sine fine: Baccho
Finis in ipso est.

B. VI 92. M. 1142

935

Vt placidus noctu tibi Morpheus adsit, oportet,

16 Camoena *b* 22 ipse *Burm.* ipso *b* 25 Clytum *b* udus *add. Burm.* 27 Vt *b* Sic *ego.* — 935. Barthius comm. in Stat. Silu. V 4 init. ‘Vetus epigramma, e membranis olim

Vt faciat laetum sobria uita diem.
Qui laesere diem, laesere tyrannida somni.
Hic furias, quo se uindicet ultor, habet.
Casta placent somno; mala sunt insomnia praesto,
Ebria lux foedis cum fuit acta iocis.

936

B. I 137. M. 664

Quos paribus nutrix eadem pauisse papillis,
Pectore quos uno genitrix gestasse probatur,
Discidiis indiscissis in mutua saeui
Vulnera non una perituri clade ruerunt. —
Quos post longaeuos discordia deserit annos
Aut post commissas iunxerunt foedera dextras,
Constantis dederunt documenta frequenter amoris.
Thebanum nullo linquit discrimine Tydeus;
Tydea nullo umquam Polynices Marte relinquit.

937

B. I 2. M. 560

Mars grauis armorum, Pluto moderator Auerni est,
Neptunus maris imperio dominatur, in astris
Imperium Iouis est, regnat uacuo aëre Iuno;
At Venus in terris et ubique, Cupidine cincta.

938

B. II 263. M. 852

Vt Venus in terris, in aquis dat iura Cupido,
Sic Musae memores seruant per saecula libros;
Sic comes armorum crescit per carmina Fama

hospitis nostri Coloniae Agrippinae, Michaelis Mascerelli descriptum ...' 2 faciant *et* uina *Burm.* 6 faedis *b.* — 936. Id. in Stat. Theb. II 365 'Adscripta minuto Thebaidis codici litteris non plane minutis et perquam ueteribus; ut codex ipse etiam non unum seculum uiuendo transmisit . . .' 1—4 *ad Eteoclem et Polynicem pertinet* 3 dissidiis *b, em. Buech.* saeui *Burm.* saepe *b* 4 non] mox *Pierson* 7 documenta frequenter Amoris dederunt *b; transpos. Burm.* — 937. Ibid. III 436 'Versus antiqua manu margini praeclari codicis [*Statiani*] adscripti . . .' 4 Et *b* at *scripsi.* — 938. Ibid. III 436 'In aliis membranis ubi et Fortunati et Ausonii quaedam (Praeonii [Petronii *Buech.*] adiecto nomine) offendimus, hos reperi . . .' 3 Sed *Buech.*

Nec sinit aeternis occumbere scripta † coronis.
Pallas amat Musas atque ornat laude Camenas.
Bellorum uiuit placatis gloria Musis.
Et Veneris constant iuncta cum Pallade Musae
Imperio. sic cuncta regit diuina Voluptas.'

B. I 52. M. 603

939

Matronam magni uehit ardens pauo Tonantis.
    Ad Veneris currum iuncta columba cygno est.
Pallada bubo uehit, sed eam rota nulla figurat.
    Anguibus alma Ceres Persephoneque uenit.
Delia cum Luna est gemina prouecta iuuenca.
    Venatrix ceruas uirgo Diana tenet.'

B. I 126. M. 655

940

Thessalici proceres iunctis uirtutibus Argo
    Magnificam aedificant fatiloquamque ratem.
Hac ope uentorum, Iunone et Pallade faustis,
    Auratum referunt trans freta longa pecus.
Omnis in hac picta est uirtutis imagine forma.
    Hanc labor acer opus grande parare iubet;
Cumque opus effectum est, uentis piger indiget usus:
    Hi tibi Fortunae dant rapiuntque rotam.
Iuno notat nummos, sapientia Pallade constat:
    His ducibus tandem gloria parta uenit.
Niteris incassum nec te aurea praeda sequetur,
    Hic nisi te ternus dux super astra uehat.
Quid facias igitur? Fortunae gloria seruit,
    Diuitiis seruit, seruit et illa libris.
Ora igitur diuos, ut sis felixque bonusque;
    Vt doctus, Musas irrequietus ama.

4 tenebris *Buech.* 5 ornat *Oud.* armat *b.* — 939. Ibid. IV 430 'Vetus apud nos epigramma . . .' 2 iuncta *Barth.* blanda *b* 3 uehat *b.* — 940. Ibid. VI 23 'Inter cimelia nostrae bibliothecae exstat . . .' 6 Hic *uel* hac *Klotz* Nam *puto* 7 piger] celer? 10 tamdem *b* 14 et ipsa *Mey.*

941. B. VI 89. M. 283

Patricio nescio cui adscriptum

Vere nouo florebat humus, satus aethere sudo
Imbre maritatum uegetabat spiritus orbem.
Ipsa quoque aetheria deducta propagine flamma
Visceribus suffusa cauis noua germina largo
Vrgebat gremio reparans elementa calore.
Latonae geminum numen, Cythereïus ignis,
Iuppiter ipse parens et Maiae mobile pignus
Temperie unanimi, secluso frigore tristi
Saturni ueteris, mundi per aperta nitebant:
Cum Venus Idaliis comitata sororibus exit,
Thessalicos uisura Lares, ubi florida Tempe
Perpetuis faciles conseruant cultibus hortos.
It Natura comes lactenti feta papilla,
Vnde uenit uitale decus; prope Gratia blando
Intuitu inuergit florem nascentibus herbis.
Ante deam tenui decurrit ueste Voluptas,
Ostentans reuocansque nitentia membra tegendo,
Purpureas croceo suras euincta cothurno,
Speque sua maior nullaque imitanda figura.
Blanda manu implexam tenet hanc ducitque canendo
Aethereas Siren iterabile carmen ad auras.
Ad iuga blanda sedet niueas moderata columbas,
Non satianda bonis, diuae soror alma. Cupido
Aliger obsequio stipat puer; agmen Amorum
Claudit agens choreas pictis exercitus armis.
Arrident late toto reuolantia mundo

941. Barthius comm. in Claudian. epithal. Palladii et Celerinae u. 142 p. 462 sqq. 'Scida uetus, in Mediomatricum quondam nobis metropoli inter oblatas temere membranas redemta, quae Epithalamii cuiusdam initium habet . . . cuius titulus Patricium aut Patritum quemdam auctorem praefert, scriptorem utique ueterem nec improbum; modo ne dignitatis id fuerit uocabulum, uero scriptoris abroso, ut arbitrari quiuis poterit, initium ipsum membranae deficere contuitus . . .' 3 aethereis *b* 13 foeta *b* 19 imitãda *b* 21 seiren *b*

Sidera, blanditu dominam uenerata sereno.
Ipsa leui residens curru, mitissima diuum,
Ventilat adflatu caelum Zephyrisque remissis
Mulcet agros lenique astris adremigat aura.
Protinus ut liquidum Phoebi iubar ore recussit
Progressamque deam docuere elementa fauendo,
Lydia qui cedente reliquerat arua sorore,
Obuia pampineis Liber rapit agmina thyrsis.
Ditia Pactoli superat Peneïus amnis
Munera, clarus aquis nitidum † stagnantibus aurum.
Exsultant Dryadum faciles deliria Fauni
Et Satyri, sub utroque deo promtissima pubes.
Corniger hos stimulis implet puer, aethera clangor
Verberat et crotalis responsant tympana pulsu.
Ecce pater pando recubans Silenus asello,
Cui lacer a summo pendebat cantharus armo
(Vina per os hirtaeque fluunt compendia barbae),
E numero comitum Veneris uestigat et olim
Captus amore petit festino Chlorida uoto.
Nympha retrocedens dum spes alit inque furentem
Blanda micans oculis refugit pede, libera lusu
Turba fauet totoque fremit petulantia coetu.
    Hic subito uolitans sparsas rumore per † umbras
Fama mouet mentes incertaque murmura portat.
Orta dehinc largo narratur fabula motu;
Non uidet auctorem, sed sentit quisque refertque
Atque audisse putat, nec primus in agmine toto est.
Mane sub Eoo, dum diuae castra mouentur,
Elapsum pennis et inobseruata ferentem
Per liquidas Hymenaeum auras uestigia Romae
Aduertisse pedem subitoque redire tumultu.
Ipse aderat pompamque trahens uictosque iugali
Quos inconsulta coniunxerat arte Diona,
Auspicium iuuenem atque aequaeuae pectus Aellae.

27 blandito *b*, *em. Burm.* 29 afflatu coelum *b* 40 pulsis *Burm.* 41 recubās *b* 42 cantarus *b* 45 festina *b* uato *b*, *corr. Burm.* 46 nymfa *b* 49 sparso *et* urbes *uel* auras *Burm.* 58 uinctosque *Burm.* uincloque *Mey.*

Illos prima patrum generosae stirpis alumnos
Nobilitas tota pridem celebrauerat urbe
Et species morumque † opulentia comta nitore;
Nec semel Arcitenens tentarat spicula castis
Indere pectoribus, matris molimine magno.
Olli florebant studiis Helicone potito,
Nec chorus Aonidum nec sanctae Palladis ardor
Nec pater ipse iugi cuiquam maiore fauebat
Ingenio. par cura animo, labor otia nescit
Improbus atque altis urit praecordia flammis.
Gloria, ab excelsa laus intemerabilis arce
Monstrat iter, quo celsa petant fastigia rerum
Semideae mentes, puro stirps prosata caelo.
At teneros aeui nec adhuc puerile sonantes
A primis fausto sociarant omine cunis
Solliciti longa de posteritate parentes.
Hinc puer elusa iuga Calliopeius illis
Nexuerat domina laetamque ferebat ad aulam
Luctantes rapiens iuuenes, immane tropaeum.
Indignata tamen risit dea; nec tibi tantum
Saepe licere uelis, nimium studiose pudoris,
Maternos nimium, puer, amplexate rigores.
Protinus instaurant pompae genialis honorem
Deflectuntque uiam pelagoque aduertere certant.
Ales at e medio reuolans Concordia coetu
Iungere nunc dextras, nunc oscula pangere mandat
Primaque perpetuis mysteria tradere curis.
Ipsa pharetratos urget dea Pronuba fratres,
Sancta Fides, flectant choreas ad moenia Romae
Et patrios laeto repetant rumore Penates,
Vnde ante ora suorum et auitae in sedibus aulae
Testentur fixum foedus thalamumque coronent,
. . . .

61 alumno *b* 63 *num* pudentia? 68 iugi *corruptum* 70 altis *scripsi* aliis *b* 71 Gloriae? *an* et *pro* ab? 72 petunt *b* 73 coelo *b* 75 sociarunt *Mey.* 77 iam Cythereius *Burm.* 81 uelit *b*, *corr. Burm.* — Hactenus schedae ueteres, quibus, pagina una interioris, insunt alia minime ad hunc

B. III 117. M. 922

942

Quod cernunt oculi, deus est: fons nempe deorum est.
Maiestas caeli uertitur orbe suo.
Terra gerit gremio sese caelique suoque
Et finem ingentis monstrat uterque globi.
At quae se pelago tradit natura uidendam,
Luminibus dicit: ʽnon ego finem habeo.
Omnia me circum, super, omnia fundit aquae lex:
Sic nusquam immensi terminus Oceani est.
Hic oculos igitur rerum in primordia mittis,
Exspirant omnes hic numeri atque notae:
Nascitur hinc quicquid moritur retroque recedit;
Huc redit, aeterno quicquid in orbe perit.
Hoc perimit flammas elementum, alit euocat auget,
Omnis abest sapiens aque Thalete procul.'

Apollinem facientia, potius ad Marcelli illum . . . medicamenta membrorum docentis.' *Francisci cuiusdam Patritii eclogam in cod. Vrbinat.* 368 *Vatic. extare A. Maius praef. ad Perotti fabb. testatur.* — 942. Ibid. in III consul. Honor. u. 23 p. 541 ʽEpigramma uetus . . .' 2. 3 coeli *b* 5 se in p. *b* 13 hec *b. num* educat?

INDICES

I

Recensus poetarum.

Aemilius Magnus Arborius? 897.
Aemilius Probus † 783.
Alcimus 233. 713—715. 740. † 788.
Aesopus 799—830.
Anaximander † 913.
Andreas 766.
Appianus † 871.
L. Apuleius 712. cf 922.
Asclepiadius 496. 507. 530. 541. 552. 563. 574. 585. 596. 607. 618. 629.
Asmenius 502. 513. 524. 535. 546. 557. 568. 579. 602. 613. 624. 635.
Asterius 3. 491.
Augustinus 489. † 785. (cf. 721. 769.) † 870.
Auienus 26. 876.
Auitus 29.
Ausonius (cf. 394. 395.) 639—641. 644. 645. 647.
C. Aurelius Romulus 904.
Basilius 501. 512 523. 534. 545. 556. 567. 590. 601. 612. 623. 634.
Bassus 670.
Beda † 736.
Bellesarius 492.
Bonosus 280.
Caesar 233. (cf. 709.) † 889.
'Caesar Augustus' 655. 672.
Caesar Germanicus 708. 709.
Calbulus 378.
Callimachus? 896.
Cato 387. 664. 716.
Chintila 494.
Q. Cicero 642.
Claudianus 652. † 759. cf. 878—881.
Claudius 723.
Columbanus (676. 689.)
Cornelius Gallus (242.) (cf. 914—917.)
Coronatus 223. 226. 228.
Donatus 227.
Elias Flauius? 480.
Epicurus 911.
Etemundes 78.
Euantius 669.
Eucheria 390.
Euclerius 789.
Eugenius 658?
Euphorbius 504. 515. 526. 537. 548. 559. 570. 581. 592. 603. 626. 637.
Eusthenius 497. 508. 519. 542. 553. 564. 575. 586. 597. 608. 619. 630.

Felix 210—214.
Flauius Felix 254.
Florentinus 376.
Florus (84—86?) 87. (88—89?) 245—252.
Gallienus 711.
Hadrianus 392? 393? cf. 903.
Hilarius 487. 487 a.
Hilasius 506. 517. 528. 539. 550. 561. 572. 583. 594. 605. 616. 627.
(Hildebertus cf. 786.)
Honorius 666.
Hosidius Geta 17.
Isidorus (483.)
Iulianus 505. 516. 527. 538. 549. 560. 571. 582. 593. 604. 615. 638.
Iulius? 890.
Lactantius 731.
Laetus Auianus 925.
Liberatus (493.)
Lindinus 28.
Luxorius 18. 203. 287—375.
Marcellus 910.
Maximinus 499. 510. 521. 532. 543. 566. 577. 588. 599. 610. 621. 632.
Martialis 26. 275. 276. † 892.
Mauortius 10. 16.
Merobaudes cf. ad 878.
Modestinus 273. cf. I p. X.
Modestus 900.
Nemesianus 883. 884.
Octauianus 20.
Olybrius? 772.
Ouidius † 1. † 2. 262. 269. † 674. † 682. † 787.
Palladius 495. 518. 529. 540. 551. 562. 573. 584. 595. 606. 617. 628.
Patricius 791. Paulinus † 928.
(Patricius uel Patritus 941.)
Pentadius 234. 235. 265—268.
Petronius 218. 466. 476. cf. ad 464—479. 650. 651. 690—699.
Petrus referendarius 380.
Phoca 671.
Plato (490. 716.)
Plinius 710.
Pompilianus 498. 509. 520. 531. 554. 565. 576. 587. 598. 609. 620. 631.
Ponnanus 274.
Porfirius 81.
Priscianus (486) 679.
Sex. Propertius 264.
Rabirius 482.
Remus Fauinus 486.
Regianus 270—272.
Reposianus 253.
Rufinus 732?
Seneca 232. 236. 237. cf. I p. XL. cf. 898.
Seuerus Sanctus Endeleichus 893.
Siluius 689 a.
Sisebutus 483. II p. 13.
Solinus cf. 720.
Sulpicius Lupercus 648. 649.
Sulpicius Carthaginiensis 653.
(Symmachus 933.)
Symphosius 286.
a Theodosio missi 724.
Tiberianus 490.
Traianus 392.
Tuccianus 277—278.
M. Tullius 901.
Varro Atacinus 414.
Vergilius 160. 161. 256—263 (262 cf. Ouidius). † 644. † 645. † 673—675. † 776—782. 788.
Vespa 199.
(Vestricius Spurinna 918—921.)
Vincentius 279.
Vitalis 500. 511. 522. 533. 544. 555. 578. 589. 600. 611. 622. 633.
Vomanius 503. 514. 525. 536. 547. 558. 569. 580. 591. 614. 625. 636.

II

Index argumentorum in carminibus tractatorum; accedunt memorabilia quaedam alia.

a. De deo; de deis deabusque.

Aether 200, 59.
Amor 200, 28 sqq. 271. 273. 451. 698. Cupido 221. 347. 374.
Apollo 79. 887. cum Libero comparatur 247. Phoebus 805. Cyrrhaeus 881, 16.
Bacchus 186—188. 245. Liber 32. 751. Lyaeus 745. B. et tibia 739. B. et Nymphae 891.
† Caelum 696, 2.
Charon 779, 5.
carmina Christiana 4. 16. 91. 92. 93. 378. 379. 380. 489. 491—494. 658. 659. 661. 662. 665. 666. 669. 670. 689? 689 a. 719. 731? 735. 762. 765. 766. 767. 768. 789. 791. 878. 879. 893. 898. 928.
Christiana cum paganis mixta 254. Christus 'magnis in urbibus solus colitur' 893, 106.
de Christianorum progressu querella 686.
deorum origo 466. omne esse deum 942.
dei mensium singulorum 394. 395.
(Diana) Cynthia 760, 7. Delia 693.
Dis 272, 3.
Erinys 636, 20.
Faunus 725, 9; 10.
Flora Chloris 747. Florae et Cereris nemus 485, 120.
Gorgo 867.
Hecate 395, 32.
Isis 743.
Iuno 55. 750. I. et Venus 808. Iunonis Triuiae templum 865.
Iuppiter 141. Pluuius 395, 46. in pluteo 139. 140. Iupp. Neptunus Pluto 793. I. et Ganymedes 795.
Luna 723. et Musae 33. Phoebe 483, 42.
Magna Mater 888.
Mars 749. et Quirinus 424. Mars et Venus 202. 253. 272. 749, 4.
Mercurius 801.
Musae 88. 664. 938. inuocantur 199, 1. 655. 672.
Morbus aliique eiusmodi dei 731, 15 sqq. 800. (Pauperies 919, 2.)
Neptunus 21. 348.
Nereus 426. 461.
Nymphae 273. Hamadryades 647, 8. N. Laurentes 742, 20.
Oceanus 718.
Orcus 657 c.
Pallas 278.
Pan 682. 887.
Parcae 792.
precationes: ad Deliam 639. ad deum 490. 789. ad herbas 6. ad Isidem 743. Iunonem 750. Liberum 751. Lunam 723. Martem 749. Oceanum 718. Panem 682. Terram 5. Venerem 720. Petrum 494.
Priapus 773—775. 885.
Saturni festa. 286, 3. 395, 47.
Satyrus et rustica 371.
Sol 389.
Tethys 720, 1.
Venus 20. 34. 56. 61. 200. 356. 720. 866. 894. Paphie 646, 21 al. cf. Mars. V. et Juno 808.
Vulcanus 199.
uaria ad mythos spectantia 4. 199. 200. 939.

b. De heroibus.

Achilles 63. 76. 161. 198. 630.
Acis 886.
Adonis 61. 68.
Aegyptus 58.
Aeneas 83.
Agaue 45.
Alcesta 15.
Amazones 392. 860 sq.
Archemorus 66.
Argo uirtutis symbolum 940.
Bellerophon 97. 388.
Calypso 60.
Castor 62.
Catamitus 636, 16.
Chimaera 98. 388.
Chiron 89.
Chrysocome 267.
Clytaemestra 44.
Creon 52.
Cyclopeus furor 886.
Daedalus 373, 9.
Danaus 58.
Daphne 172.
Deidamia 43. 53.
Dido 60. 83.
Diomedis equi 41.
Dolon 63.
Europa 14. 143. 144.
Euryalus 49. 77.
Galatea 151—154.
Ganymedes 72. 795. cf. Catamitus. 895.
Geryon 428.
Glaucus 66.
Hector 57. 631. 708.
Hecuba 105.
Hercules 12. 55. 69. 627. 881.
Hero 48.
Hippodamia 11.
Hippolytus 75. 688—688c.
Hyacinthus 50. 167. 168.
Hylas 69.
Iason 47.
Iocasta 74.
Ixion et alii mali 802.
Laucon 99.
Leander 48.
Leda 59. 141. 142.
Lemniades 65.
Marsyas 173.
Medea 17. 47. 52. 102.
Memnon 189.
Minotaurus 70.
Myrina 860.
Narcissus 9. 39. 145—147. 219. 265. 266.
Nisus 77.
Oedipus 74. Edipum 180. Oedippi 199, 84.
Orestes 44.
Orpheus 628.
Palamedes 193, 13. 883, 15.
Paris 10. 40. 163—166.
Pasiphae 176, 14. 365. 732.
Pelops 67.
Penelope 477, 14.
Penthesilea 861.
Pentheus 45.
Phaedra 75. 279. 280.
Philomela 13. 27. 64.
Philocteta 174.
Pollux 62.
Polynices 936.
Polyxena (42).
Procne 13. 27. 64.
Prometheus 286, 258. P., Veritas et Dolus 800.
Pyramus 73.
Pyrrhus 177.
Sirenae 637. 880. 941, 21.
Sphinx 180.
Telephus 184.
Thales 942, 14.
Theseus 54.
Thetis 118. 201.
Thisbe 73.
res Troianae 21, 146 sqq. 162.
Tydeus 936.
Vlixes 477, 12.

c. De hominibus.

1

Abcar 209.
Aella 941, 60.
Aeneas persona 924.
Aneadae 708, 8.
Aegon persona 893.
Aesopus 809. 810. 814. 817.
Aethiops 182.
Alexander 437. 482, 17; 55. 862. 934. Alexandri mater 744, 3.
Antonius 462. 463. 603.
Anicii 754. 764.
Arcadius 735, 14. 759.
Augustinus 670.
Auspicius 941, 60.
Balbus 319
Ballista 261. 671.
Basilissa 458. 459.
Barbatus 156.
Becca 321.
Bellator 110, 5.
Blumarit 326.
Boethius 764. 933.
Bucolus persona 893.
Burdo 365.
Bumbulus 190. 191.
Caballina 130.
† Caelius *uel* Calidius 776.
Caesar 397. 409. 423. 424. 847—850. 863.
Caesar (Augustus) 242. 256. 424. 462. 482. 653. 779. 780. 851. 852. 855. cum Ioue comparatur 256. 782.
Caesar (Claudius) 419 sqq. 422. 425.
Caesar 'diuinus praeses' 877.
Calliope 742, 11.
Camillus, M. Furius 834.
Campanianus 772.
dux Candidus et Niger 726.
Cascae fratres 457.
Catilina 608.
Cato 250. 3. 286, 270. 358, 10. 397—399. 413—415. 432. 846.
Catucia 338.
Charis 351.
Chirurgus 320.
Chintila 494.
Cicero (Tullius) 603—614. 784 sq.
Cincinnatus, L. Quinctius 835.
Claudius Nero 840.
Cleopatra 274. 417, 6. 462.
Conon Graecus 916, 9.
Constantinus 659.
Cosconia 452.
Crescentinus 20.
Cresciturus 207.
Crispus 405. 445.
Cyparus 439.
Cyriacus 306.
Cyrus 858.
Cythere 746, 3.
Damira 345.
Daphnis 687.
Daphnis 778.
Decius, P. 836.
Delia 451. 452.
Dentatus, M'. Curius 837.
Drusus 780, 4.
Dulcis 381.
Dulcius 753.
Eucheria 390.
Eugeti hortus 332.
Eunomia 767. 768.
Eustochius 904.
Eutychus 341. 342.
Eua 481, 29. 656.
Q. Fabius Maximus 839.
C. Fabricius 838.
Faustus 287.
Felix 662.
Filager 148. 149.
Filippus 205.
Filocalus 120.
Flaccus 778.
Florens 742, 8. 744, 11.
Florida 742, 33.
Florus 742, 8.

Follonia 363.
Frida? 82, 6.
Fridamal 304. 305.
Fridus 18. 382.
Galla 450.
Gallus cum Lycoride et Ventidio 914.
Garrula 452.
Gattula 361. 362.
Gentia 916.
Germanicus 426, 7.
Glyceranus persona 726.
Graecinus 797.
Hadrianus 660.
Hermes 337.
Herogenes 428.
Hesperie 703 sqq.
Hildiricus 203. 383.
Homerus 417, 10.
Honorius 215.
Hunerix 387.
Icarus 324.
Iectofiant 328.
Incuruus 307. 308.
Iordanes 666.
Ithacus 469, 6.
Iulia 706.
Iulianus 912.
Iulii 315, 2.
Iuuenalis 384.
Ladas persona 725.
Lais 892.
Lamia 608. 611. 614.
Larentia 832.
Laurentius 742, 20.
Lesbia 715.
Licinus 414.
Liuia 780, 31.
Lollius 779, 10.
Lucanus 668. argumenta carminum eius 930.
Lucillus 666.
Lucine 297.
Luciola 684.
Lucretia 787. 900.
Luxorius 296.
Lycaon 318.
Macedonia 310.
Maecenas 779. 780.
Maeuius 462. 463.
Magnus cf. Pompeius.
Maiorianus 391.
Mandris 386.
M. Marcellus 841.
Marcius 314.
Marcus 755.
Marcus 441, 5.
Maria 742, 10.
Marina 368.
Marinus 302.
Mars 129 (cf. 807, 18.)
Marius 415, 33. 843.
Marius alius 918, 3.
Martia 218.
Martinus 300.
Maximus 416.
Memmii 315, 3.
Messius 485, 2.
Midas persona 725. alius M. 476, 9.
Miltiades 909.
Monica 670.
Mucius 193, 14.
Mus (Decius) 286, 92.
Myrro 329.
Mystes persona 726.
Naso 1, 2.
Nerfa 311.
Nero 668, 1. 725. 726.
Nicholaus 669.
Ninus 856.
Numa 423.
Nymphius 722.
Oageis 345. 369.
Olybrius 772.
Olympius 353. 354.
Palaemon 687.
Pallas 46. 51.
Pascasius 327.
Pasifae 365.
Paula 309.
Perdiccas 220.
Perpetuus 206.
Petronius Arbiter 890.
Phaethon 324.
Pompeius cum filiis 400—404.

406. 409. 413—415. 438. 454 —456. 807. 845.
Proconius 322.
Porcius 865.
Probus 783, 10.
Pythagoras 199, 33. cf. 644. 645.
Romulus 423. 832.
Martius R. 315.
Rusticiana 766.
Sabellus 885.
stirps Sabautensis 156.
Scaeua, M. Caesius 843.
Scaeuola 155.
Scipio 842.
Sedulius 491—493. 735.
Semiramis 857.
Seneca 666. 667.
Serena 722. 759.
Serranus 428.
Sertoria 436.
Seruandus 204.
Sextus 286, 2.
Socrates 250, 3. 824, 1.
Sulla 726, 28.
(trina tempestas 726, 29.)
Tamyris 859.
Tautanus 208.
Thais opp. Penelope 794.
Thamyras persona 725.
Theodosius 215. 724, 6. 783, 8.
Thrasamundus 210—214. 376.
Tiberius 853.
Tityrus 765, 1. persona 893.
Torquatus 764, 2. 835.
Traianus 854.
Tucca 653, 3.
Turnus 46.
Valentinianus 215.
Vandalicum nomen 214, 10.
Vandaliricus 215, 1.
Varitinna 156.
Varius 653, 3.
Varus 796.
Vatanans 333.
Vegetus 428.
Venetus 324?
Vergilius: eius uita 671. epitaphia 507—518. 555—566. argumenta carminum eius 1. 2. 591—602. 634. 653. 654. 717. 874. breuissime 872. cum Homero comparatur 264. 556. 713. 740. 778. cum Theocrito Homero Hesiodo 563. 777. 788. cum Lucano 233. preces ad Augustum, ne Aeneis comburatur 242. ipsius Augusti declamatio eadem 655. 672. ‘Musae Latinae’ dicitur 672, 7. eius (?) ‘Paedagogus’ 675. ‘Mantua’ pro ‘Vergilio’ 725, 48. Themata Vergiliana 223. 244. 255. Centones Vergiliani 7—18. 719. cf. et 686. inter hos christiani sunt 16 et 719, tragicus 17. ‘Maro mutatus in melius’ 735, 3. ‘Maro iunior’ 16, 111. Verg. ‘doctiloquus’ 672, 3. 717, 1. 742, 4. Vergilii libri 222. V. in pluteo 158. de Vergilio legendo 738.
Vespricius 918, 1.
Vico 336.
Victorinianus 254.
Vita 179. 180.
Vitalis 683.
Vrsidius 875.
Xerxes 239. 442. 461.
Zenobius 316.

2

acceptorarius 300.
aduocatus 148. 149. 295.
aleator 323.
auriga 324. aur. Aegyptius 293. aur. prasinus 328. aur. uictus 306. 327. 336. prasinus et russeus 191, 5. Venetus 324, 1.
bibliopola 289, 2. 764, 11.
barbari quidam fort. Hunni 649.
burdo 365.

bubulcus 823.
castellanus 205.
causidicus 340.
cinaedus 129. 321. 807, 18.
citharoedus 113. 114.
clericus 254, 40.
cocus 199.
concuba 340. 343.
comitiacus 128.
delator 337.
diaconus 303.
eunuchus 108. 109. 712.
ebriosa mulier 363. ebriosus 312.
fratricida 462. 463.
funambulus 112. 281. 286, 300.
grammaticus 287. 294.
grammaticus urbis Romae 671 inscr.
hermaphrodita 317.
hermaphroditus 786.
leno 127. 128.
ludi magister 96.
mazonomus 883, 17.
medicus 204. 662. m. impotens 309. m. leno 302. m. magus 299.
meretrix 130. 826.
miles Hadriani 660. m. et uidua 812.
mimus 386. 683.
minister regis 341. 342.
mulier uirum caedens 156.
orator 776.
pantomima 310.
pantomimus 111.
paranymphus 337.
philosophus hirsutus 358.
podager 307. 308.
poeta 131 (Arzugitanus). 316. 745, 7. 746, 12.
psaltria 361. 362.
puer glacie peremptus 709.
puella nimis culta 897.
quidam cruribus obliquis natus 673.
regalis infans 345, 3.
saltator 373.
scholasticus 286. 492. 666 inscr.
senior ridiculus 343. 344.
seruus regius 209. Aesopi 817. Socratis 824.
spado regius 298.
sponsi duo 813.
tablista 333.
togatus 742, 11.
uxor prostans 322.
uenator 160. 384. 391. u. Aegyptius 353. 354.
uispillo 138, 4.

d. De locis.

(Index geographicus)

Actiacos 482, 19.
Adrumeta 183.
Aegyptius 182.
Aegyptus 731, 150.
Aethiops 182.
Afri callidi 901.
Albula Tuscus 71.
Alianae 210—214. 376, 20.
Amyclae 200, 92.
antipodes 318, 6.
Appia 417.
Aponus 36, 1.
Aricia 304, 1.
arctos 421. 426.
Arpinas 603. 608. 841.
Arretinus calix 259.
Asdingis 376.
Aruernum hospitium 684.
Asia, Europa, Libya: 400—404. 454—456.
Athenae 411.
Athos 442. 461.
Baiae 36. 110. 119. 121. 123. 179. 211. 271. 377. 744.
Batauus 660, 2.
Britannia 419—426.
Cantaber 483, 8.
Canopus 274, 1. 469.

Caphareus mons 71.
in Capitolio turris 914, 35.
Carthaginis arces 354. 376.
Cirna 350.
Colchi 852.
Corduba 409. 668.
Corsica 236..237.
Cuiculi 206.
Cumae 120. 121.
Danuuius 660, 4.
Danai 71.
Delos 707.
Enna 200, 52.
Eous, 735, 2. 759, 3. 779, 47.
Euphrates 421. 425.
Feltria 889.
Galli pigri 901.
Garamantae 183. 329.
Graecia 447.
Graeci inluduntur 825, 2—4.
Graius 696, 5.
Gyarus 707.
Hesperius orbis 759, 4.
Hiberi celeres 901.
Hispanus 402, 4.
Hister 469, 3.
Ilios 708.
Italus hostis 482, 7. Italum ingenium 742, 22.
Iudaeus 696, 1.
Lagaea cataplus 910, 67.
Laco 393. Laconum texta 390, 3.
Laurens 393. Laurentes nymphae 742, 20.
Libya 413. cf. Asia.
Lusitanus 409, 11.
Lugdunum 661.
Macetum campi 855. cf. 863, 2.
de Mantua querella 686.
Mausoleum 417, 5.
Memphis 395, 42; 44.
Mincius Etruscus 745.
Misua ? 291.
Moesus 392, 8.
Myconus 707.
Nilus 752.
Nysa 745.
Oceanus 421. 423—426. cf. 718.
Orontes 745, 9.
Paestanus cultus 646, 11.
Pannonia 660, 1.
Parthus 660, 8. Parthicum bellum 392 inscr.
Peloros 779, 41.
Peltinum? 883, 10.
Pelusia moenia 482, 11.
Pharius, a, um 274, 1. 482, 27.
Pharus Romulea 876, 7.
Pindus 746, 10.
Pontica 329. Pontica balnea 744, 2.
Pyramides 417.
Rhenus 421. 425.
Rhodanus 440, 4.
Roma aurea 829. Romam desidia interiisse 870. 871.
Romani diserti 901.
Sabinus 393.
Solis arces (?) 731, 121.
Soranus miles 660.
Syracosius magister 486, 127.
Syrium unguentum 744, 6.
Tempe 304, 3. Tempea 720, 22.
Thermopolae 36, 2.
Thrax 709, 1.
Thybris 423. 832.
Treuiri 684, 4.
Trôia 162. 286, 92. noua 832, 1.
Tyrii 289, 8. 330, 1.
Vasco 483, 8.
Vitenses lares 149.
Veneti 36, 1.

e. Ad artes spectantia.

aquila in mensa 748.
Athos (hic quem cernis) 461.
calix Arretinus 259.
Chimaera aenea 355.
Cleopatra picta 274.
Constantini imago 659.

Cupidinis signum 347.
Diogenes pictus 374.
equi aenei 243.
Fama in circo 312. 313.
Fridamal aprum occidens 304.
Galatea in uase 152—154.
Ganymedes et aquila 895.
Gorgoneus uultus 867.
Hectoris statua 367.
(Hecuba 105?)
Hippolytus 688—688 c.
ad Hyginum pictura 761.
Iouis et Amoris imago 896.
Iuppiter in pluteo 139. 140.
Myrrhae imago 923.
Neptunus marmoreus 348.
Narcissus 266.
puella picta 23.
redimiculum 704.
Romanorum illustrium imagines 831 — 855. aliae illustrium imagines 856—863.
Romulus pictus 325.
rustica in disco 371.
sarcophagus 319.
strophium 703.
tabula picta 150.
uenator pictus 334. 335.
Veneris statua 20. 356. 866. II p. XL. a Praxitele facta 894.
Vergilius in pluteo 158.
ursa aenea 282.
zona 705.

f. De animalibus.

alcyones 383.
animalium uoces 730. 733. 762.
anser 106.
aper 292. 385. Pannonicus 903.
apis 758.
aues marinae 305.
asinus 811.
boues peste laborantes 893.
capo phasianarius 132. cf. 732, 144.
caprae 186—188.
capella 821.
cattus 181. 375.
catula 359.
ceruus 647, 4.
cicindelus 185.
cornix 286, 96. 647, 3. 779, 117. 823.
coruus 647, 5. 820.
crocodilus 752.
cuculus 687.
elephantus 195. 196.
equa 148. 149. equus quadrigalis 818. pernix 873.
feles 815.
fiber 827.
formica 104.
gallina 808.
gallus 815.
gryphus 327, 8.
hippopotamus 752.
hirundo 755.
lacerta 822.
lepus 825.
lupus 816.
magnities? 732, 146.
miluus 869 a.
ouis 823.
papilio 828.
pardi 360.
philomela (200, 86) 658. 762.
phoenix 254, 31. 286, 108. 389, 29. 647, 6. 731.
pica 181. 370.
pisces 291.
psittacus 691.
scolopax 884.
scrofa 816.
sepia 107.
serpens 822.
simius 799.
simiae canum dorso inpositae 330.
sorex 375.
terraneola 829.

tetrax, nunc tarax 883.
ueredus Caesareus Alanus, nomine Borysthenes 903.
uespa 828.
uipera 35.
uituli marini 756.
ursa 331. ursus 819.
uulpes 799. 829.

g. De rebus et de natura rerum.

(Res aenigmatis tractatas omisi)

adipata 199, 48.
aetas 28. 269.
aes Lenconium 390, 9.
aetates 647.
alea 7 cf. tabula.
de amando et accusando 701.
de amicis amandis 78.
amor 434.
amor et cantica 277.
amphitheatrum 346, cf. 373. cf. 3, 5 sqq.
ancla 284.
anima 489.
anser cum copia prandii 176.
antae 203. 215.
aqua glacialis 531—542.
aquae calidae 270. 350. 487. 487a.
arcus caeli 543—554.
as 741.
astra 647, 11 sqq. 677—680. 761. cf. uersus memoriales.
aurum adorari 927.
aurora et sol 579—590.
autumnus 465.
balnea 36. 110. 119—125. 175. 178. 179. 210—214. 377. 744.
basia, suauia, oscula 681.
basterna 102.
bedella *pro* βδέλλα 910, 51.
bellum ciuile 404, 1. 462. 463. 930.
bibliotheca 126.
canopica 199, 48.
cantica et amor 277.
castitas 781.
casus fortuiti 38.
carmen magicum 406, 4. uenenosum 412.
cereus 94. 95. 747, 5.
circus 197. 320.
citrus 169—171.
colocasia herba 372.
crinis Beronicae 916, 8.
crustula 199, 49.
conuiuia barbara 285.
coptoplacentae 199, 47.
cupiditas 649.
deliciis praesentibus utendum 911.
dies Aegyptiaci 736.
dies natalis 638.
diuitias esse uanas 443. 444.
electio coniugii 224.
empirica 910, 6.
esiciata 225 sq.
Est et Non 645.
exilium 236. 237. 405. 409.
femina 689 nulla bona 268b. feminea fides 268a. f. quae sit bella 479.
figurae sermonis 485.
de fingendo se 458.
fortuna 234. 629.
fortuna media 276.
geographicum opus 724.
gillo 136.
gymnicum certamen 810.
herbae medicinales 369.
hexagona 394, 5.
Hiems et Ver 687.
horti laus 332. 369. 635.
historiae laus 671 praef.
Ianuarius 352.
iaspis auro melior 898.
interire omnia 648.
de infortunio suo querella 931.
iura senatus Romulei 789.
lacrimae 475.

lagena 137. 286, 258.
lauacrum cf. balnea.
libido et uinum 633.
libra 741.
lingua 790.
littera et res 663.
litus patrium 474. cf. 477. 478.
liuor 636.
logos 910, 6; logica secta 302.
lucus amoenus 202. 272.
lues Pannonios, Illyricos et Belgas sternens 893, 21.
luna 483. cf. Luna.
lyra et asinus 811.
mali unde sint 249. mala diuersa 251.
mala aurea 218. Matiana 133—135. punicea 715, 1. 732, 126. punica 876.
in maledicos 769.
medicamenta plurima 910.
medium esse optimum 926.
menses cf. uersus memoriales. mensium qui sit primus 869.
mensurae 486.
methodici libri 302. 910, 6.
miracula multa 791.
mitella 298.
† missuassu 230.
moles in mari 387.
morte omnes aequari 437. 438.
mores Romani et transmarini 250.
mulieres malae 246. auro corrumpuntur 794. inconstantes 812.
musica instrumenta 742, 60 sqq.
mustacia 199, 49.
naturam satis ministrare 694.
nequitiam dominari 472.
occiduus dies 238.
organa humida 742, 63.
ouata 227 sq.
pandurium 371, 3.
pastillum 231.
pauper singularis 757.
pecten 283.
peruigilium Veneris 200.
pistrinum 818.
placenta 715, 9.
placere aliis alia 464.
poeta et rex 252.
pondera 486.
prandium 326.
pressa 229.
puellae 268 a. 275. (cf. 453).
puteus in monte 349.
pygmaeus i. e. paruus 190, 3. 296. 310 inscr.; 3.
pyrrhicha 115.
res et littera 663.
ros 241.
rosae 84—87. nascentes 646. rosa centumfolia 366.
salutatorium regis 203.
schemata 485.
secretum nullum seruari 476.
senatus Romuleus 789.
senectus 929.
sensus mentiri 650.
sententiae plurimae 716.
sepulcra 400—404. 410. 454—456.
Serica uestis 23, 3.
signa XII cf. uersus memoriales.
socios habere bonum 692.
solis laus 389 cf. Sol.
somnia 651. 652.
somnus placidus 935.
speculum et unda 519—530.
spes 415.
sudor membrorum 473.
tabula 82. 192—194. cf. 333. 495. 506. cf. alea.
tempus 676.
temporis qualitas 232.
tempora quattuor 116. 567—578.
texta Laconum 390, 3.
thermae cf. balnea.
theus 137. 138.
tinnitus auris 452.

timorem esse abiciendum 697.
tumulus Ciceronis 603—610.
uariatio delectat 467. 694.
uenatio auium 883. 884.
Veneris templum dirutum 100.
uenti 484.
Ver et Hiems 687.
ueris aduentus 235.
uiridiarium 304.
uinum et libido 633.
uir bonus 644.
uita humilior 407. 408. 433. quieta 440. 471. rustica 26. 471.
umor 260.
uncia 741.
unda et speculum 519—530.
uuae 31.
usui esse omnia 470.
xenia 326.
y littera 632.
zona 759.

h. Varia ad rem poeticam et metricam spectantia

acrosticha 120. 214. 492. 493. 669. 6a (II p. LVI).
aenigmata 221 ? 286. 481 (II p. LXVII sqq.). 656—657c. 685. 770. 771. 906.
artificia arithmetica 286, 303. 727.
ad amicos uel de amicis 405. 428. 445.
carmina amatoria 23—25. 240. 248. 381. 427. 429. 435. 450—453. 458. 674. 698—702. 706. 712. 714. 715. 728. cf. 729. 746. 794. 897. 914—917. ad pueros 220. 263. 430. 439. ad meretrices 382. 459. 460. cf. 885.
carmina libris carminibusue aliis addita: Terentio 734. Vergilio 3. 788 (cf. supra). Vergilii iuuenali ludo 777. cf. etiam 257. Lucani argumenta 930. Nepoti (?) 783. Ciceroni de officiis 784. 785. Hygino 761. Sedulio 491. 492. 493. Boetio 764. Isidoro de nat. rer. 484. operi philosopho 490. libello de notis 772. libro grammatico 737. geographico 724. Ponticis 720. Luxorio 37. historiae alicui Christi 735. Celso 899. Gellio 904. libro alicui de medicina 910. Martiano Capellae 925.
carmina Christiana cf. supra p. 361.
carmina gratulatoria 376. 638.
carmina fato carent 417. 418.
carmina iocosa 30. 96. 103. 159. 199. 222. 250. 252. 256. 258. 259. 262. 263. 286 passim. 330—332. Luxorii complura. 368. 436. 450. 468. 673. 693. 695. 760. 796. 797. 865. 885. 902. 907. 912.
carmina 'monosticha' 1. 495—506. 639. 641. 665. — 'disticha' 289, 9. 507—542. 658. — 'Tristicha' 543—554. ad 786. — 'tetrasticha' 2. 395 (tetr. 'authenticum'). 555—590. — 'pentasticha' 591—602. — 'hexastichon' 653. — 'dodecastichon' 627.
carmina laudantia 779. 780. 873. 878. 881.
carmina lasciua 429. parua 431. philosophica 918—921.
carmina rhetorica 21. 198. 242. 279. cf. themata Vergiliana p. 365.

carmina ad Carthaginem Vandalosque spectantia: (120) 131. 149. 156. 182. 183. 203. 204. 206. 209. 210—215. (285). 287—375. 376. 387.
centones Vergiliani 7—18. 719. cf. et 686.
citantur hi scriptores: Aristoteles 365, 2. 764, 9. Catullus 66, 8: 916, 8. Senecae epp. 666. Martialis III 24, 14: 127, 10. Ouidius met. II 27—30: ad 567. idem: 19, 4. Paeonii libelli 486, 1. Tullius 742, 27. adhibentur Velleius II 66: 603, 4; Persius 3, 81: 645, 24; Herodot. q. d. uita Homeri 35: 286, 105; Vergilius Horatius Ouidius saepissime. — libelli saltandi de Andromacha et raptu Helenae 310. libri rei medicae 302. 910.
dialogi forma (eclogae) 687. 725. 726. 772. 893. 895. 896.
elegiae 462. 463. 914. 931.
epica poesis 482. 725, 37 sqq. 881. cf. 431.
epistolae amatoriae 24. 25. 83. 217. 218.
'epigrammata' 1. 287, 22. 290. 653. 655.
epilogus 830.
epithalamia 18. 22. 29. 711. 742. 941.
fabulae Aesopiae 799—830.
de Gracco translata 490 (de Platone?). 647 (de Hesiodo). 708; 709 (cf. ib.). 712 (de Menandro). 909 (cf. anth. gr.).
Hymnus christianus 928.
Inscriptiones 203. 210—215. 261. 345. 354. 437. (507—518. 555—566. 603—614). 659—662. 667—670. 683. 684. 721. 722. 776. (831—855?). (856—863? cf. 857, 1). cf. 877. 879. 886. 888. 903. (Epitaphia Vergilii 507—518. 555—566. Ciceronis 603—614. Senecae 667. Lucani 668.)
inuectiuae 21, 161 sqq. 127—131. 148 sq. 204—209. Luxorii multa. 390. 412. 416. 446. 729. 730. 796.
Latinus sermo ad Placidi glossas detortus 19.
ad lectorem 79. 90. 288. 290. ad librum 80. 289.
medii fortasse aeui post a. Chr. 600 carmina: 488. 494. 656—657 c. 673. 676—678. 680. 687. 716? 717. 727. 730? 733. 736—738. 761—765. 767. 768. 770. 771. 784—787. 790. 792. 793. 798. 864. 868 sq. 872. 882. 897. 898. 902. 906—908. 912. 913. 922. 925. 928. 930. 931. 934.
metra praeter hexametros et disticha elegiaca: senarii iambici 5. 6. 288. 315. 360. 628. 635. 712. 774. 799—830. 922. cum dimetris iambicis 928. dimetri iambici 309; cum uersibus choriambicis 903. septenarii trochaici 200. 245—252. 291. anapaesti 299. 322. 357. hendecasyllabi 28. 287. 294. 297. 301. 302. 307. 311. 317. 326. 332. 336. 355. 358. 372. 444. 445. 460. 636. 650. 700. 701. 707. 714. 768. 890. strophae sapphicae 648. 671 praef. 934. uersus adonii 739. asclepiadei 289. 314. 316. 323. 356. 361. 629. minores 295. strophae asclepiadeae 893. 918—921. archilochii 292. logaoedi 298. 305. 628. glyconei cum pherecrateis 775. omnia

metra Horatiana 732. 'uersus cum cantilena dicendi' 768. prosa oratio 19.
optata 254. 441. 448. 469. 749. 750. 751. 910, 74.
praefationes 286. 675. 676.
preces (cf. de deo et deis) 669. 396. 410. (postulatio muneris 216; honoris 254) 876. 877. 897.
rapide enumerantur singulae notiones 21, 59; 107 sqq.; 176 sq. 203, 2. 209, 2. 212, 2. 230, 1 sq. 265, 7 sq. 353, 4 sq. 354, 2. 655, 12. 666, 28. 672, 36. 682, 1—9. 689a, 1—7. 742, 60 sq. 749, 1 sq. 751, 1—3. 893, 53. 910, 24 sqq. alibi.
repetitio initii uersuum 389. intercalarium uerborum 83.
recentioris fortasse aeui carmina 831—863. 865. 870 sq. 873. 874. 875. 877. 885. 886. 887. 889. 890—892. 894—896. 899. 900. 909. 911. 912. 914—917. C. Barthii? 918—942.
symposiaca 157. 449. 710.
thymeles carmina 637, 4.
Tibulli imitatio 914.
triades notionum per lusum complexae 160.] 391. 392. 393. 872. 905.
uerba Gothica 285, 1. Vandalica (?) 204, 11; 12 et (baudus) 307, 5.
uersus anacyclici 81.
— consonantes in fine 280. 281. 785.
— leonini: ad 727. cf. 897.
— memoriales: de Musis 88. 664. de Herculis laboribus 627. 641. de Vergilio 1. 2. 634. 653. 654. 874. de septem sapientibus 351. 882. de pedibus uersuum 480. de uentis 484. de quattuor anni temporibus 116. 567—578. de singulis mensibus 117. 394. 395. 639. 640. 665. 763. aliter 680. de diebus hebdomadis 488. de duodecim signis 615—626. 640. 642. 677. cf. ad 786. 864. de planetis 678. 798. 913. de sideribus 679. 761. de libra et partibus eius 741. de uocibus animalium 730. 733. 762. (Cf. etiam de figuris et schematibus 485. de ponderibus et mensuris 486.) quo die quid demi de corpore oporteat 643. de moribus 716. 922. de diei temporibus 932. de deorum potestate 793. 937. quibus animalibus dei uehantur 939.
— rhopalicus 749, 1.
— serpentini (cf. Ouid. amor. I 9, 1 sq. fast. IV 365 sq. Martial. IX 97) 38—80. 234. 235. 265. 875.
— 'uarii', aetatis Luxorii more 287, 9.

III

Index carminum

Ablatus mihi Crispus 445.
Accensa in Venerem 35.
Accusas proprios cur 343.
Accusare et amare 701.
Acidos haec cernis 886.
Ad Boreae partes 679.
Ad cenam saturum p. XXX*).
Ad cenam Varus 796.

*) Numeri latini ad paginas praefationis fasciculi II spectant.

Adeste Musae maximi 635.
Adspice fulgentis tectis 119.
Ad Turnum propere 599.
Aedibus in nostris uolitans 106.
Aeneas primo Libycis 1.
Aeolus inmittit uentos 591.
Aero cauo falsam 282.
Aerio uictus dependet 173.
Aeris fulgiduli nitens 355.
Aesopo quidam scripta 806.
Aesopus turpi cum seruiret 814.
Ales uirgo leo creuit 180.
Almo Theon Thyrsis 393.
Alter Homerus ero p. XLVIII.
Alter Niliaco tumulo 454.
Amare liceat si potiri 712.
Amisit proprias uacuato 225.
Amnis iter plaustro 538.
Amphitheatralem podium 373.
Amphitheatrales mirantur 346.
Andromacham atque Helenam 310.
Angelus adloquitur 879.
Anguis aper iuuenis 160.
Ante bonam Veneris 271.
Ante dies multos nisi 459.
Ante † rates Siculo 440.
Ante suum gremio 688 a.
Apparet mendax inlimi 523.
Apros et capreas leuesque 307.
Arbitrio si natura 800.
Ardet amore graui 594.
Ardet amore sui 146.
Ardua montanos inter 350.
Ardua scriptorum p. XXVII.
Arma tuli quondam 845.
Arma uirumque canit *in* 653.
Armorum uirtute potens 840.
Arretine calix mensis 290.
Artatur niueus 763.
Artis opisque tuae 8.
A siluis ad agros 514.
Asinus iacentem uidit 811.
Aspera diuerso laxatur 223.
Aspera dum quaterent 254.
Aspice ut insignis uacua 13.
Aurea concordi quae fulg. 390.
Aurea mala mihi 218.
Aurea matronas claudit 101.
Auro quid melius? iaspis 898.
Aurora Oceanum croceo 579.
Ausoniis numquam tellus 419.
Ausus post ueteres tuis 287.
Aut Asia aut Europa 403.
Aut hoc risit Amor 85.
Auis quam dic. terraneolam 829.
Bacche uitium repertor 245.
Barbara praeruptis 237.
Barbati pecoris 187.
Bella die noctuque 341.
Bellerophon superans 97.
Bellipotens Mauors 272.
Bis duo tempora p. XLIII.
Bis deni binique 736.
Bis sena mensum 680.
Bis sex signiferae 678.
Blanditias fera mors 81.
Blandum mellis opus 231.
Boletos solus p. LVIII.
Borysthenes Alanus 903.
Bucolica Ausonio 557.
Bucolica expressi 515.
Caballina furens 130.
Caeduntur rastris ueteris 100.
Caesar ad imperium 848.
Caesareos toto referens 854
Caesaris ad ualuas 877.
Callidus Afer eris 901.
Candida iam nostris 728.
Candida per siluas 9.
Candida Phoebeo praefulgent 132.
Candida sidereis ardescunt 217.
Candida sidereo fulgebat 20.
Canes effugere cum 827.
Cantica gignit amor 277.
... Capricorni sidere frigens 864.
Captus amante puer 72.
Carmina mortifero 412

Carmina si fuerint 675.
Carmina Vergilius 653.
Carmine bucolico nitui 566.
Carmine dulcis olor 59.
Carminibus pecudes 510.
Carminis Iliaci libros 222.
Carminum interpres 294.
Carpit blanda suis 116.
Castellane sorex 205.
Causidicus pauper 148
Cauta nimis spinam 371.
Cauta quidem genetrix 118.
Cecropias noctes 904.
Cedite Romani 264.
Cerne Arabem Myrrham 923.
Cerne hic ora sacri 846.
Ceruus aper coluber 391.
Cessit Lyaei sacra fama 360.
Cherule tu cenas p. XXX.
Chrysocome gladium 267.
Circus imago poli 197.
Clara sub aethereis 545.
Clarus inoffenso 638.
Claudius egregie uixit 853.
Clio gesta canens 664.
Clio saecla retro 88.
Cogitat Vrsidius 875.
Cogitur Aeneas 592.
Collibitum est nobis 485.
Collis sum collisque fui 685.
Conditus hic ego sum 518.
Coniugis arte decus patriae 47.
Coniugis interea basium 681.
Conlatum uitae culmen 689.
Conpedibus nexi quidam 339.
Conponis fatuis dum pueris 316.
Conquerar an sileam 794.
Conspicua primum specie 729.
Constructas inter moles 369.
Consules fiunt quotannis 252.
Contentus modico tectique 838.
Conubii bellique deus 163.
Conueniunt subito cuncti 687.
Corduba me genuit 668.
Corduba solue comas 409.
Corniger in primis Aries 622.
Cor non laudo hominis 902.
Corpore par querulis 296.
Corpus in hoc tumulo 604.
Corsica Phocaico tellus 236.
Cras amet qui nunquam 200.
Crede prius ueniens 378.
Crede ratem uentis 268.
Credita uirgo parem 43.
Credite uicturas anima 659.
Cresciture ferox 207.
Creuit ad ornatum stabuli 320.
Crinibus ambrosiis Veneris 283.
Crispe meae uires 405.
Cui dedit hirsutus nomen 833.
Cui pater amnis erat 265.
Cum blandiretur iuueni 826.
Cum castitatem Iuno 828.
Cum cretam sumit 436.
Cum famulis telisque 342.
Cum foderet ferro 787.
Cum mea me mater 786.
Cum nemus omne suo 884.
Cum patrem et patrios 924.
Cum possis paruo sumptu 103.
Cumque serenifluo 241.
Cum radiis imbres et 552.
Cum saltas misero Gattula 361.
Cum seruus nequam 824.
Cum sol ardentes radios 544.
Cum superest, nihil p. XLIX.
Cum te barbati pecoris 156.
Cum te mortalem 912.
Cum tetigit nubes 548.
Cum uenatorem celeri 825.
Cura labor meritum 667.
Cur differs mea lux 460.
Cycneas genitor 141.
Cypris candidulo 356.
Da sensus mihi Phoebe 27.
Dat Veneri malum 166.
Dea sancta Tellus 5.
Dedecus o Teucrum 255.
Defensor patriae 631.
Defensor probe tristium 149.
Defleram iuuenis tristi 779.

Defugiens pontum siluas 151.
De grege pasto, rure p. XLVIII.
Deidamia uirum qua 53.
Delectat uariis infundere 124.
Delos iam stabili 707.
Dente perit Lycabas 905.
De numero uatum 740.
Desidiam nolis, sed nec 926.
Desine Troia tuos 162.
Dextera, quid dubitas 399.
Dicite qui colitis 4.
Dic philomela, uelis 658, 5.
Dic quid agis, formosa 24.
Dictantes Medici 899.
Diligit informes 329.
Diogenem meretrix 374.
Dira patet Iani 394.
Dirum Iocasta nefas 74.
Diruta quae flammis p. XLVIII.
Disce pium facinus 325.
Discipulum medicus 159.
Disciplinarum esse hominem 365.
Discipulis cunctis 494.
Discite pro numeris p. XLVII.
Discite securos non 253.
Discolor aetheriis apparet 546.
Discolor ancipiti sub 192.
Discrimen uitae ludit 167.
Dispersit remeans 168.
Dissona uox hominis 730.
Distincxi emendans 3.
Diuersis iuuenes Asia 456.
Diuitias grandesque epulas 321.
Docta manus saeuis 334.
Doctiloqui carmen 717.
Doctrinae antistes 612.
Doctus Apollineo 114.
Dulce malum Siren 880.
Dulce sopor fessis 908.
Dulces Vestricii iocos 918.
Dulcis amica ueni 762.
Dum bibis solus, poterant 311.
Dum dubitat natura 263.
Dum mundum natura 389.
Dum putat esse parem 39.
Dum sis patris heres 191.
Dux aries et frons 619.
Dux gregis et placidum 624.
Effigies liquido resp. 628.
Effingit species pur. 629.
Ego nata duos patres 481. p. LXV.
Egregium forma iuuenem 15.
Eloquio princeps, magnis 613.
Eminet impletus 176.
En adsum Caesar 850.
En dat aperturam 673.
Equum e quadriga 818.
Ergone supremis potuit 672.
Esset causidici si par 340.
Esse tibi uideor demens 431.
Est et Non cuncti 645.
Est locus in primo felix 731.
Est mihi rus paruum 433.
Esto nunc sol testis 17.
Est orare ducum p. XLVI.
Est ubi non imber 906.
Et fugis et culpas p. XXX.
Et genus et nomen 843.
Et tetracem, Romae 883.
Euphrates ortus, Rhenus 421.
Europam taurum mentitus 144.
Excedunt cunctos hi 785.
Excipit ingentem Iuuen. 384.
Execti species uiri 295.
Eximius Perdicca 220.
Exoriente die noctis 182.
Exoritur Phoebus 585.
Exprimit opposita 522.
Extat causa mali 165.
Extollit celsas 304.
Extulit Oceano 581.
Exultent Apono 36.
Exurgens Chelas 677.
Fabula constituit 867.
Faex Garamantarum 183.
Fallunt nos oculi 650.
Fata per humanas 406.
Faue sancta deum 919.
Fausta nouum domini 120.

Fecit amore uiam 48.
Feles habebat 815.
Felices illos qui te gen. 381.
Felix marinis alitibus 305.
Feltria perpetuo niuium 889.
Femineo geminum 107.
Fert miseranda caput 45.
Feruet amore Paris p. XLIII.
Feruidus axe Pelops 67.
Filia Solis 732.
Filius Aurorae 189.
Fingis superbum quod 315.
Fit de nocte dies p. XLIX.
Flammea perspicuis 122.
Flecte truces animos 505.
Flexilis obliquo 139.
Flora uenit. quae Flora? 747.
Flore solum uario 578.
Flumina uerna cient 642.
Foeda est in coitu 700.
Fonte lauat genitor 688.
Fonte repulsatur 530.
Fontibus in liquidis 527.
Fontis aquae reddunt 521.
Forma meae catulae 359.
Forma repercussus 525.
Formas pura refert 520.
Formosa es, fateor 446.
Formosissima Lai 892.
Forte erat Aurorae 746.
Forte iacebat Amor 273.
Fortunae et uirtutis 933.
Fratris caede madens p. XLVI.
Fraude carete graues 496.
Frigoribus pulsis 568.
Frondibus et membris 172.
Fulgens Eunomia 768.
Fulget et in patinis 152.
Fulget honorificos 117.
Fundit et haurit aquas 284.
Funera Lemniadum 65.
Funere turbat equos 57.
Garrula quid totis 452.
Gaudeo quod me nimis 326.
Germanos domui Caesar 849.
Gillo uomit gelidum 136.
Gorgoneos uultus 338.
Graecia bellorum 447.
Graecinum uirgo 797.
Graecule consueta 127.
Graiugenas acies 861.
Grata uoluptatis 353.
Gratia magna tibi 79.
Hactenus me intra bulgam 19.
Haec ait et tremulo 475.
Haec Augustini ex sacris p. XII.
Haec pictura docet 761.
Haec poterant celeres 133.
Haec quoque Symphosius 286.
Haec tibi Vergilius 561.
Haec urbem circa 417.
Hanc puto de proprio 366.
Has acies bello similes 82.
Hectoris Aeacides p. XLVII.
Hermes cunctorum thalamos 337.
Hesperie lateri 704.
Heu dolor et magnis 345.
Heu misera in nimios 649.
Hic Cytherea tuo poteras 202.
Hic data Vergilio 516.
Hic est ille suis 266.
Hic est qui uitam 836.
Hic gemini fratres 661.
Hic iacet Arpinas 603.
Hic iacet Antenor p. XLVII.
Hic Iani mensis sacer 395.
Hic noua qui celsae 832.
Hic posuit cineres 670.
Hic quem cernis Athos 461.
Hic ubi Baiarum 110.
Hic ubi conspicuis 210.
Hildirici regis fulget 203.
Hinc crux sancta 379.
Hinc est quod populus 927.
His constat Veneri 134.
His contemta deum 135.
Hispidus tota facie 358.
Hoc iacet in tumulo 586.
Hoc opus egregium 724.
Hoc qualecunque est 830.
Hoc sibi lusit opus 703.
Horrida cornuto 195.
Hortis Hesperidum 885.
Hortus erat Veneris 86.

Hortus quo faciles 332.
Hos ego uersiculos 257.
Huc mihi uos largo 710.
Hunc ege iuuenes locum 775.
Hunc quem nigra gerens 150.
Hnnc quis non credat 349.
Iam libet ad lusus 429.
Iam nitidum liquidis 238.
Iam nunc ardentes 465.
Icarus et Phaethon 324.
Ictu non potuit 398.
Iectofiant Prasino 328.
Igne calens belli 844.
Igne salutifero 347.
Igniculus tenuis 185.
Ilion in medium 367.
Ille ego Pannoniis 660.
Ille ego sum, patriam 842.
Ille hic magnanimus 847.
Illic alternis depugnat 477.
Imbriferas nubes 547.
In causa Hippolyti 688 c.
Incertum ex certo 109.
Incestum si promiseris 280.
Inclita Torquatae 835.
Inclitus hic Cicero est 614.
Indica materies 194.
Indica purpureo 691.
Indoctus teneram 96.
Infantem Nymphae 891.
Infundit nostris Titan 123.
Ingrati nebulae 921.
In gremio Veneris 34.
Inguine suspensum 137.
Inicio Furias 504.
In lauro residens p. XLI.
In Macetum campis 855.
In medio generata salo 154.
Inmensi soricis 375.
In parte alueoli 193.
In paruo magnas 377.
In primis te sponse 742.
Inprobe distractor 161.
Inputat aegra toris 60.
Insanus uobis uideor 434.
In Siculas iterum 595.
Insomnem philomela 658, 3.
In spatio Veneris 115.
Inter Amazonidas 860.
Inter heils goticum 285.
Intertexta rosa 705.
Inuadunt post terga 385.
Inueniat quod quisque 464.
Inuenit proprios 145.
Inuenta est ferro 93.
Inuictus constans 764.
Inuictus uictis 397.
Inuisus tibi sum 416.
Ipse manu patiens 8.
Irasci uictos 498.
Iris habet uarios 553.
Isi o fruge noua 743.
Ite simul iuuenes 711.
Ite uerecundo 22.
Iudaeus licet et porc. 696.
Iudicium Paridis 40.
Iunxit Magnorum 438.
Iuppiter astra, fretum 793.
Iuppiter in caelis 782.
Iurgia conflat amor 450.
Iussa manus sacri 76.
Iusserat haec rapidis 399.
Ixion quod uersari 804.
Laniger astrorum 618.
Lanigeri ductor 623.
Laucontem gemini 99.
Lecto compositus 698.
Ledaei partus 59.
Lenaee uitisator 751.
Lenaeos latices 186.
Lenta paludigenam 94.
Libera non hostem 422.
Libra uel as ex unciolis 741.
Lictorem pro rege 155.
Linea constricto 29.
Lingua breuis, breuitate 790.
Linque tuas sedes 469.
Littera Pythagorae 632.
Littera rem gestam 663.
Litore diuerso 413.
Litus harenosum 12.
Liuor tabificum 636.
Luce repentina 554.
Lucifer annorum 352.
Luciola effigies 684.
Lucis egenus, uiduae 357.

Ludere sueta uadis 153.
Ludis nec superas 323.
Ludit cum multis Vat. 333.
Ludite securi quibus 499.
Lumina colla genae 795.
Luna decus mundi 723.
Lusori cupido 501.
Lusuri nummos 497.
Lutea fulgebat 584.
Lux festa sacris 928.
Lux mea puniceum 715.
Lux mundi laeta 6 a. p. LVI.
Lympharum ingremiis 487 a.
Lydia bella puella p. XLI.
Maeonio uati 713.
Maeonium quisquis 788.
Magne premis Libyam 400.
Magni Pompei miles 807.
Magnus Alexander 862.
Maiorum similis 772.
Mandris notus 386.
Mantua da ueniam 233.
Mantua mi patria est 511.
Marcus amans puerum 760.
Marcus eram Cicero 607.
Marmoreo Licinus 414
Mars grauis armorum 937.
Mars pater armorum 749.
Mars pater et nostrae 424.
Martia progenies 117.
Martis aper genitus 292.
Mascula femineo 111.
Matris amor deliciumque 916.
Matronam magni uehit 939.
Maxim . . . . ael . . 482.
Maxima ciuilis belli 404.
Medeam fertur natos 228.
Me legat annales 676.
Me legat antiquas 737.
Memnonis ut genetrix 587.
Me niue candenti 706.
Mensa coloratis 748.
Mens tibi dira, Creon 52.
Mens ubi amaris ama 78.
Mercurium hospitio 801.
Mergitur Hippolytus 688 b.
Militiae cultus et 128.
Militis in galea 695.
Mille post annos quater 934.
Mirifico nubes 549.
Mitte, aquila, hunc 895.
Moles tanta tibi 138.
Mollior in tactu 657 b.
Monstrorum princeps 317.
Monstrum feminei 261.
Mordaces morsu 181.
Moribus et uultu 224.
Mortua fit praedo 226.
Musica contingens 113.
Nam citius flammas 476.
Nam nihil est quod non 470.
Natus in excelsis tectis 734.
Naufragus eiecta 692.
Nec Veneris nec tu uini 633.
Nec uolo me summis 276.
Ne mirere sacri 432.
. . Nescio quid fugiente 655.
Nescio quo stimulante 451.
Nil mihi mors faciet 80.
Nilus quod riguis 372.
Ninus ab Assyriis 856.
Nobilis atque insons 92.
Nobilis insultat 211.
Nobilis et magno 669.
Nocte pluit tota 256.
Noctis ut horrentes p. LXIV.
Nolo ego semper idem 467.
Nomen amicitiae 77.
Nominis et formae 190.
Non est falleris haec 444.
Non est forma satis 479.
Non fuit Arsacidum 914.
Non redit in florem 25.
Non satis est quod nos 472.
Non sine mors gemitu 907.
Non tibi uina placent 745.
Nox abit astrifero 583.
Nubigenae iuuenis 620.
Nubila cum Phoebus 551.
Nullum opus exurgit 418.
Nullus ubique potest 503.
Nunc uos potentes omnes 6.
Nuntia Iunonis 550.
Nymphius aeterno 722.
O admirabile Veneris p. XL.
O blandos oculos 714.

Occidere simul Cascae 457.
Occisi iugulum 396.
Occisis proprium pars 601.
Occumbunt fixi p. LXIII.
Occurris cum mane mihi 915.
Odiosa cornix 823.
O fortuna potens 629.
Olim diues eras p. XXX.
Olim Prometheus 802.
O litus uita mihi 474.
Omne genus mali 171.
Omne quod natura 648.
Omnia casus agit 38.
Omnia quae miseras 694.
Omnia quae poscis 91.
Omnia quae sensu 652.
Omnia sunt bona 489.
Omnia tempus edax 232.
Omnipotens annosa 490.
Omnipotens genitor 719.
Omnis mulier intra pectus 246.
O pater omnipotens 789.
Opponis frustra rapidum 425.
Opprimit insontes 657.
Oppressit Nemeae 627.
Optimus esse soles p. XLVI.
Optimus est, Cleobulus ait 882.
O quales ego mane 84.
Orbita signat iter 537.
Ordine mortis eunt 62.
Ore leo tergoque caper 98.
Orgia lassato 32.
O Roma nobilis p. XXXIX.
O sacros uultus 430.
O uetustatis memoranda 671.
Ouorum copiosa phalanx 227.
O uos est aetas p. XIV.
Pallas tota Ionis 278.
Pallia nota fouet 73.
Pallida mole sub hac 776.
Pande manum genetrix 201.
Pandite nunc Helicona 11.
Pan tibi, Phoebe tibi 887.
Papilio uespam 828.
Parce, precor, uirgo toties 897.
Parce, puer, si forte tuas 781.
Parce rapax epulis 206.
Pars tibi, Nise, datur 258.
Paruula quod lusit 90.
Paruula securo tegitur 471.
Paruula succinctis 179.
Paruus nobilium 289.
Pascua rusque canens p. XLVIII.
Pascasium aurigam 327.
Pastor arator eques 872.
Pastor capellae 821.
Pastores cecini 595.
Pastorum Musam 874.
Pastorum uates 513.
Paterfamilias saeuum 809.
Patria diuerso 455.
Pelides ego sum 630.
Per aliquot annos 812.
Perfida nox Danais 58.
Perna lepus turtur 230.
Pes est spondius 480.
Petroni carmen diuino 890.
Phoeba sedens gremio 33.
Phoebus me in somnis 30.
Pica hominum uoces 370.
Picta fuit quondam 274.
Pictus acu tunicas 10
Pieridum columen 881.
Pinge precor pictor 23.
Pingitur ora Venus 61.
Placat busta patris 177.
Placat et uxoris 600.
Plaustra boues ducunt 539.
Plaustra uiam carpunt 541.
Plena deo, moderata animo 767.
Plurima mira 791.
Pompeius totum 402.
Pondera Paeoniis 486.
Pondere detracto 300.
Ponite mature 506.
Porcius octophoro 865.
Post casum Troiae 593.
Post mille amplexus 382.
Postquam fixa solo 920.
Postquam militia 871.
Post tot repleta busta 309.

Praecedis, Vico, nec 336.
Praemia magna Dolon 63.
Praecisae silicis 131.
Praeteriens hominum 662.
Praeuia flammiferi 588.
Praxitelis Venerem 894.
Premente partu scrofa 816.
Prima Cleonaei tol. 641.
Prima dies Phoebi 488.
Prima mihi Musa 555.
Prima sonat quartae 770.
Primus adest aries 615.
Primus ego Ausonio 562.
Primus habet Libycam 634.
Primus Iane tibi 665.
Primus in orbe deos 466.
Primus Romanas 689.
Principium Iani 640.
Principium signis 623.
Principium uitae 922.
Priscos cum haberes 288.
Priscos Luxori 37.
Prodentem ducibus 174.
Prodita prole parens 70.
Proditor est Helles 616.
Prole uiro regnoque 105.
Proles uera dei 878.
Pro pietate nefas 44.
Proponit primus liber 930.
Publica qui celsis 213.
Pulchra comis annisque 674.
Pulchrior et niuei 364.
Purpureos flores 575.
Pulcinus miluo 869 a.
Quaedam me si credis 435.
Quae dedit ipsa tulit 51.
Quae dum stulta fuit p. XLIX.
Quae manus hos anim. 243.
Quae mihi sancta dabit 851.
Quaenam haec forma dei 896.
Quae solita est ferre unda 535.
Qualem Flacce uelim 275.
Qualem te pictor 312.
Qualis bucolicis 2.
Qualiter intacta proc. 380.
Quam bene sub patulae p. XXIII.
Quam late uestros 401.
Quam melior Neptune 348.
Quamuis ab Aurora 293.
Quando ponebam nouellas 248.
Quantum ego claruerim 859.
Quantum fata ualent 858.
Quantum tres Priami 344.
Qua puppes ibant 542.
Qua ratis egit iter 531.
Quas modo plaustra premunt 533.
Quattuor a quadro 484.
Qua uenit Ausonias 876.
Quem natura marem 108.
Quicumque in libris 606.
Quidam concubitu 368.
Quidam nocte Niger dux 727.
Quidam per agros 821.
Qui cupit exercere p. XXIV.
Quid facis ut pretium 362.
Quid festinus abis 303.
Quid iuuat imperio 837.
Quidnam soliuagus 893.
Quid prodest Martis 129.
Quid tacitus Mystes 726.
Quid tibi, mors, faciam 683.
Qui dubias artes 925.
Qui fuit en patriae 834.
Qui latas uario p. X.
Qui mali sunt, non fuere 249.
Qui mauult pro parte 478.
Qui modica pelagus 738.
Quinque puto tremulas p. XXIII.
Qui pastorali 560.
Qui pecudes, qui rura 509.
Qui Persas bello 909.
Qui deus has incendit 270.
Quis deus hoc medium 866.
Qui se multorum p. XLIX.
Qui siluas et agros 512.
Quis me feruor agit 240.
Qui splendere cupis 744.
Quisquis adhuc nondum 437.
Quisquis ad ista moues 831.
Quisquis amat dictis 769.
Quisquis Cecropias 411.
Quisquis Cumani 121.
Quisquis es — et nomen 410.

Quisquis es, extremi 564.
Quis uolucrum species 733.
Qui tenet eloquii 609.
Quod bibis et totum 359.
Quod cernis, dicor 771.
Quod cernunt oculi 942.
Quod natum Phoebus 910.
Quod te pallidulum 302.
Quod tua mille domus 443.
Quos paribus nutrix 936.
Raptus aquator Hylas 69.
Rauca sonora 739.
Reddita post longum 330.
Redditur effigies 519.
Regia festa canam 376.
Regia praeclaras 212.
Regius est Abcar 209.
Regna licet teneat p. XLIX.
Reliquias Danaum 71.
Res eadem adsidue 234.
Rex Hunerix, manifesta 387.
Roma labore uigil 870.
Romani princeps 611.
Roma, tibi ambiguum 900.
Romuleum Sicula 559.
Romulidum ductor 735.
Roscida puniceo 580.
Rufini natam p. XXX.
Rure morans quid agam 26.
Rustice lustriuage 682.
Rusticus ad tectum p. XLIV.
Rutilo decens capillo 298.
Sacratum Phoebo Cum. 596.
Saepius futuis nimis 297.
[Sancta] poli domina 750.
Sancta probis pax est 502.
Sanguine flos genitus 50.
Sanguine muta probat 64.
Scribere me uoces 762.
Sedulius Christi 492.
Sedulius domini 493.
Semita fit plaustro 536.
Semota et uasto 426.
Semper munditias 458.
Se Narcissus amat 219.
Sentio, fugit hiems 235.
Septa micant spinis 169.
Sera dedit Phoebo 932.
Serpens lacertam 822.
Serranum Vegetumque 428.
Seruandum spurcum 204.
Seruus profugiens 917.
Sicanius uates siluis 563.
Sic Apollo, deinde Liber 247.
Sic contra rerum 690.
Sic est Maecenas 780.
Sic et ames, mea lux 427.
Sic et membra solent 473.
Sicine componis 463.
Sic me custodi 453.
Sic mihi sit frater 441.
Sic tibi florentes 216.
Sic tua semper ames 83.
Sic tua sit quamcunque 448.
Si fontis breuis unda 666.
Signifer aetherius 798.
Signorum princeps 617.
. . Si lingua locuta est 655.
Siluas rura acies p. XLVIII.
Si me retro legis 656—656c.
Simulata interdum uitia 803.
Si nouus a Iani 868.
Sint tibi deliciae 157.
Si Phoebi soror es 693.
Si quando in siluis 819.
Si quis habens nummos 500.
Si quis in hoc nostro 290.
Si quotiens peccant 262.
Sirenes uarios 637.
Sis mea candida sis p. XLIV.
Sit nox illa diu 699.
Si uere exurunt ignes 487.
Sol calet igne meo 221.
Solon praecipuis 351.
Sol oriens currusque 586.
Sol qui terrarum 18.
Solus habes aquila 850.
Somnia quae mentes 651.
Sortitos celsi 913.
Spectantis faciem 526.
Sperne lucrum: uersat 495.
Sperne mores transmarinos 250.
Spes fallax, spes dulce 415.
Spes ratio uia uita 689a.
Squameus anguis erat 66.

Stamine resplendens 759.
Stat duplex nullo 89.
Stat similis auro 170.
Sternis anhelanti 318.
Stirpe negata 322.
Stuppea suppositis 112.
Suaue tibi nomen 753.
Subduxit morti 158.
Subrides si, uirgo 917.
Sufficit huic tumulus p. XLVII.
Sume sacer meritis 491.
Sum genus Aeneadum 863.
Sum noctis socia 658.
Sum uagus adsidue 888.
Surgit ab Oceano 590.
Sus iuuenis serpens 160.
Suspirat propriae 147.
Sustinet unda rotam 532.
Tam malum est habere 251.
Tandem deueniunt 600.
Tautano infamem 208.
Tecta nouem Phoebi 126.
Tectum augustum ingens 16.
Te cuperet Phoebus 873.
Te, formose Mida 725.
Telephus excellens 184.
Tempore qui laeto 931.
Temporibus laetis 242.
Te quotiens uictum 306.
Ter binos deciesque 647.
Terga bouis credens 143.
Ter ternae uarios 199.
Te stola ne dubium 857.
Tethya marmoreo 720.
Te uigilans oculis 702.
Thaumantis proles 543.
Thesea magnanimum 54.
Thessalici proceres 940.
Thrax puer adstricto 790.
Threicius quondam uates 628.
Tibi cum non sit diei 299.
Tithoni coniunx 582.
Tityre te Latio cecinit 558.
Tityre tu fido recubans 765.
Tityron ac segetes 507.
Tityrus agresti 2.
Tranquillo nymphae 214.
Tres sunt fatales 792.
Tristia fata tui 778.
Troianis Rutulisque 602.
Tu forte in lucis 483.
Tullius Arpinas 608.
Tullius Hesperios 784.
Tullius hic situs est 610.
Tu primus Libycum 841.
Tura piper uestes p. XXX.
Turgida sum moriens 229.
Turne spes Italum 244.
Turnus honore ruit 46.
Turpe pecus mutilum *ad* 641.
Turpia tot tumulo 319.
Vade liber noster 783.
Vana uelut cautae 198
Vandalirice potens 215.
Vate Syracosio 777.
Vectum Pegaseo 388.
Velleris aurati fulg. 625.
Venatori oculos 335.
Venator iucunde nimis 354.
Venerat Eoum quatiens 462.
Venerunt aliquando 87.
Ver aestas autumnus p. XLIII.
Ver agros gemmis 574.
Vere grauis fundit 571.
Vere nouo florebat 941.
Vere nouo laetis 572.
Ver erat et blando 646.
Vere rosa, autumno 773.
Vere sinum tellus 567.
Vere tepet picto 576.
Vere Venus gaudet 570.
Vergilius iacet hic 508.
Vergilius magno quantum 1.
Vergilius mihi nomen 565.
Veris honos tepidi 577.
Verna clausas inter 291.
Ver pingit uario 569.
Ver placidum uario 573.
Verrit tetra boum 104.
Verticis et thalami 164.
Verum, fama, tibi 313.
Victa prius nulli 420.
Victe pudor, compone 279.
Victorem forte gymnici 810.
Vidi hominem pendere 281.

Vidit ut Aeneas 598.
Vim Diomedis equi 41.
Vince mero curas 449.
Vincere falsa pudor 75.
Vindicat ipsa suos 31.
Vir bonus et sapiens 644.
Vir fuit iste ferox 839.
Vir magnus bello 1.
Virginis insano 912.
Virgo parens hac luce 766.
Virgo quam Phlegethon 301.
Viribus Herculeis 55.
Vitam uiuere si cupis 28.
Vita opibus tenuis 178.
Viue et amicitias omnes 408.
Viue et amicitias regum 407.
Viuere post obitum 721.
Vix Aurora suo 589.
Vltima cingebat 423.
Vmor alit segetes 260.
Vna est nobilitas 697.
Vnam expetebant uirginem 813.
Vna salus homini est 175.
Vnda capax ratium 540.
Vnda quieta refert 524.
Vnda rotam patitur 534.
Vndarum rector 718.
Vnde redit fulgor 21.
Vnde tuos sodes p. XXV.
Vngues Mercurio 643.
Vnicus orator 605.
Vox, philomela, tua 658, 9.
Vrbs quae tantum alias 686.
Vritur igne suo 56.
Vt belli sonuere tubae 392.
Vt deuota piis 95.
Vtendum est aetate 269.
Vtilibus monitis 716.
Vtilis es nulli 929.
Vtilius nobis quid sit 805.
Vt placidus noctu 935.
Vtraque fecundo 752.
Vt Venus in terris 938.
Vulnera saeuus aper 68.
Vulneris inpatiens 14.
Vulpem rogabat 799.
Vxor legitimus 468.
Xerxes magnus adest 239.
Xerxes magnus adest 442.
Zeleris nimium cur 314.
Zelotypus plures 308.

IV

Index

quo numeri Meyeriani meique inter se comparantur.

ed. Mey.		ed. Ries.	Mey.		Ries.
1—4		p. LIII*)	71—76		p. XXXV
5—7		p. XXXV	77	=	414
8		p. LIII	78—84		p. XXXV
9—12		p. XXXV	85. 86.		p. XXXVI
13		p. LIII	87	=	256
14—65		p. XXXV	88	=	257
66		642.	89. 90		p. XXXVI
67. 68		p. XXXV	91	=	290
69	=	709	92—94		p. XXXVI
70	=	889	95	=	263

*) Numeri latini ad paginas praefationis fasciculi alterius pertinent.

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
96	=	258	180	=	650
97	=	261	181	=	472
98		p. XXXV	182	=	479
99	=	260	183	=	217
100—108		p. XXXVI	184	=	118
109	=	779	185	=	184
110	=	780	186	=	239. 442
111	=	644	187	=	417
112		p. L	188	=	461
113		p. XXXV	189		p. LIII
114. 115		p. L	190		p. L
116		p. XXXV	191—193		p. XXXV
117	=	708	194	=	710
118—121		p. XXXV	195—199		p. XXXV
122		p. XXXVI	200	=	276
123—127		p. XXXV	201—204		p. XXXVI
128	=	409.	205—208		p. XXXV
129	=	236	209	=	660
130	=	237	210	=	392
131	=	232	211	=	903
132		p. XXXV	212		p. XXXV
133	=	898	213—220	=	245—252.
134	=	396	221	=	87
135	=	405	222		p. XXXV
136	=	445	223	=	653
137	=	410	224		p. XXXV
138	=	412	225	=	922
139	=	441	226—229		p. XXXV
140—141		p. XXXV	230	=	712
142	=	471	231	=	273
143	=	474. 477	232	=	711
144	=	478	233	=	762
145	=	466	234	=	720
146	=	467	235	=	17
147	=	468	236	=	81
148	=	464	237		p. XXXVI
149	=	470	238—240		p. XXXV
150	=	469	241	=	631
151—169		p. XXXVI	242	=	265
170	=	651	243	=	145
171—173		p. XXXVI	244	=	266
174		p. XXXV	545	=	268
175	=	707	246	=	219
176	=	349	247	=	886
177	=	451	248	=	267
178	=	476	249	=	872
179		p. XXXV	250	=	444

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
251	=	234	386 sq.		p. XXXVI
252	=	235	388	=	483
253	=	393	389		p. XXXVIII
254	=	788	390	=	680
255	=	713	391	=	687
256	=	740	392	=	658
257	=	715	393		p. XXXVIII
258	=	714	394		p. XXXIX
259	=	29	395		p. XXXVIII
260	=	132	396		p. XXXIX
261		p. XXXV	397—408	=	603—614
262	=	897	409—420	=	591—602
263	=	628	421—432	=	555—566
264		p. XXXVI	433—444	=	507—518
265	=	933	445—456	=	495—506
266—273		p. XXXVI	457—468	=	579—590
274	=	724	469—480	=	543—554
275	=	769	481—492	=	615—626
276	=	870	493—504	=	567—578
277	=	637	505—516	=	531—542
278		p. LIII	517—528	=	519—530
279	=	876	529—530	=	158
280	=	26	531	=	638
281	=	3	532	=	634
282	=	10	533	=	635
283	=	941	534	=	636
284	—	679	535	=	633
285	=	645	536	=	271
286	=	653	537	=	270
287		p. XXXV	538	=	272
288	=	671	539	=	274
289	=	655	540	=	629
290	=	376	541	=	28
291	=	210	542	=	648
292	=	211	543	=	649
293	=	212	544	=	904
294	=	213	545	=	277
295	=	254	546	=	278
296	=	37	547	=	78
297	=	80	548	=	279
298	=	90	549	=	223
299—381	=	288—374 (exc. 296. 346—349)	550	=	226
			551	=	228
382	=	18	552	=	227
383	=	203	553	=	925
384	=	377	554	=	233
385	=	390	555	=	380—382

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
556	=	723	603	=	939
557	=	900	604		p. LIII
558		p. XXXVI	605	=	in 4
559	=	253	606		
560	=	937	607		p. XXXV
561	=	793	608		p. LIII
562	=	139	609		ib.
563		p. LIII	610		ib.
564	=	72	611	=	34
565	=	141	612	=	56
556	=	59	613	=	61
567	=	142	614	=	68
568	=	143	615	=	100
569	=	144	616	=	88
570		p. XXXV	617		
571	=	348	618	=	664
572		p. LIII	619		
573		p. XXXV	620		p. XXXV
574	=	751	621	=	33
575	=	14	622		p. LIII
576	=	745	623		ib.
577	=	79	624		ib.
578		p. LIII	625		ib.
579		p. LIII	626	=	151
580		p. LI	627	=	152
581	=	12	628	=	888
582		p. LIII	629		p. LIII
583	=	641	630	=	153
584	=	32	631	=	154
585	=	749	632	=	201
586	=	221	633	=	43
587	=	347	634	=	57
588	=	240	635	=	161
589		p. LIII	636	=	63
590	=	887	637	=	76
591		p. LIII	638		p. XLVII
592		ib.	639	=	177
593		ib.	640		p. XXXIX
594		ib.	641	=	189
595		ib.	642	=	924
596	=	55	643	=	66
597		p. LIII	644	=	99
598	=	627	645		p. LIII
599	=	62	646	=	51
600		p. LIII	647	=	46
601		ib.	648	=	41
602		ib.	649	=	49

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
650	=	77	698	=	858
651	=	40	699	=	859
652	=	163—166	700	=	857
653	=	97	701	=	862
654	=	174	702		p. XLVII
655	=	940	703	=	437
656	=	47	704	=	860
657	=	102	705	=	861
658	=	52	706	=	220
659	=	74	707	=	909
660	=	89	708		p. LIII
661	=	44	709		ib.
662	=	54	710		p. LI
663	=	45	711	=	832
664	=	936	712	=	155
665	=	173	713	=	834
666	=	39	714	=	835
667	=	146	715	=	836
668	=	147	716	=	837
669	=	9	717	=	829
670		p. LI	718	=	838
671	=	73	719	=	839
672	=	69	720	=	840
673	=	48	721	=	841
674	=	75	722	=	842
675	=	167	723		p. LIII
676	=	168	724		ib.
677	=	50	725		ib.
678	=	923	726		ib.
679		p. LIII	727	=	843
680	=	60	728		p. XLVI
681	=	172	729	=	844
682	=	53	730	=	845
683	=	105	731	=	438
684	=	65	732	=	400
685	=	67	733	=	401
686	=	71	734 }	=	402
687	=	27	735 }		
688	=	64	736	=	403
689	=	13	737	=	404
690		p. LIII	738	=	454
691	=	58	739	=	455
692	=	388	740	=	456
693 sq.		p. XLVII. LIII	741	=	406
695	=	198	742	=	413
696	=	856	743		p. XXXV
697	=	934	744	=	397

Mey.		Ries.
745	=	398
746	=	399
747	=	846
748	=	432
749	=	863·
750	=	847
751	=	848
752	=	849
753	=	850
754	=	855
755	=	851
756	=	852
757	=	782
758		p. LIII
759	=	853
760		p. XXXV
761		p. LIII
762	=	419
763	=	420. 421
764	=	422
765	=	423
766	=	424
767, 768	=	425
769	=	426
770		p. LIII
771	=	854
772—788		p. XXXV
789		p. LI sq.
790—811		p. XXXV
812—819		p. LIII
820	=	‵462
821	=	463
822—827		p. LIII
828		p. XLI. XLVII
829—832		p. LIII
833	=	787
834	=	777
835	=	222
836	=	2
837		p. XLVIII
838	=	667
839	=	668
840		p. XXXIX
841		p. LIII
842		p. LIII
843	=	428

Mey.		Ries.
844		p. XXXV
845	=	734
846		p. XXXV
847		p. LIII
848		p. LIII
849	=	899
850		p. XXXV
851	=	418
852	=	938
853	=	663
854	=	96
855		p. XXXIX. XLVIII
856		p. XXXV
857		p. XLVI
858	=	672
859	=	874
860	=	ad 1
861		p. XLIII
862	=	1
863, 1—4	=	ad 2
863, 5 sqq.	=	654
864		p. LIII
865	=	778
866—868		p. XLVIII
869	=	242
870		p. LXIV
871—873	=	160
874	=	391
875	=	905
876	=	447
877	=	411
878	=	829
879		p. XXXVIII
880	=	871
881		p. LIII
882		ib.
883		ib.
884		ib.
885		p. XXXIX
886		p. LIII
887		ib.
888		ib.
889		ib.
890		ib.
891	=	197
892	=	214

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
893	=	36	940	=	216
894	=	110	941	=	416
895	=	124	942	=	183
896	=	126	943	=	182
897	=	119	944	=	296
898		p. LIII	945	=	901
899	=	120	946	=	131
900	=	121	947	=	127
901	=	122	948	=	128
902	=	123	949	=	129
903	=	178	950	=	130
904	=	179	951	=	156
905	=	175	952	=	108
906	=	433	953	=	109
907			954	=	111
908	=	407	955	=	113
909			956	=	112
910	=	408	957	=	114
911	=	443	958	=	101
912		p. XXXVIII	959	=	115
913	=	440	960	=	103
914	=	192	961	=	148
915	=	193	962	=	149
916	=	346	963	=	159
917	=	82	964	=	448
918	=	150	965	=	429
919	=	926	966	=	431
920	=	931	967	=	434
921		p. XXXVIII	968	=	435
922	=	942	969	=	450
923	=	902	970	=	453
924	=	281	971	=	458
925	=	224	972	=	459
926	=	746	973	=	460
927	=	744	974	=	452
928	=	202	975	=	699
929	=	38	976	=	446
930		p. LIII	977	=	698
931	=	194	978	=	702
932	=	415	979	=	218
933	=	449	980	=	133
934		p. LIII	981	=	134
935	=	31	982	=	135
936		p. LIII	983	=	693
937	=	882	984	=	703
938	=	716	985	=	704
939	=	790	986	=	705

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
987	=	892	1036	=	864
988	=	706	1037	=	394
989—991		p. XXXIXsqq.	1038—1049	=	395
992	=	700	1050	=	117
993	=	701.	1051	=	640
994	=	436	1052	=	639
995	=	439	1053	=	868
996	=	430	1054	=	488
997	=	732	1055	=	718
998	=	760	1056	=	484
999	=	894	1057	=	906
1000	=	895	1058		p. XXXIX
1001	=	695	1059 sq.		p. XLII
1002		p. LIII	1061	=	727
1003	=	917	1062—1065		p. XLII
1004		p. XXXV	1066, 1067, 1068	=	741
1005	=	22			
1006	=	875			
1007	=	912	1069		p. XLIV
1008		p. LIII	1070	=	136
1009	=	728	1071		p. LIII
1010	=	729	1072	=	877
1011	=	929	1073		p. L
1012	=	157	1074		p. XLI
1013	=	23	1075	=	30
1014	=	24	1076	=	632
1015	=	25	1077		p. LIII
1016		p. LIII	1078	=	647
1017		ib.	1079	=	733
1018		ib.	1080	=	196
1019		ib.	1081	=	195
1020	=	84	1082	=	752
1021	=	85	1083	=	748
1022	=	86	1084	=	691
1023	=	646	1085		p. XLIV
1024, 1025	=	389	1086	=	106
			1087	=	176
1026	=	238	1088	=	225
1027	=	932	1089	=	229
1028		p. XXXVI	1090	=	230
1029	=	913	1091	=	231
1030	=	676	1092	=	285
1031	=	677	1093	=	181
1032	=	678	1094	=	375
1033		p. XLIII	1095	=	98
1034		p. XLIII	1096	=	180
1035	=	116	1097	=	35

Mey.		Ries.	Mey.		Ries.
1098	=	104	1139		p. XLVI
1099	=	186	1140		p. XLVII
1100	=	187	1141	=	866
1101	=	188	1142	=	935
1102	=	383	1143	=	742
1103	=	107	1144	=	457
1104	=	873	1145—1536		p LIII
1105	=	243	(nisi quod		
1106	=	282	1163	=	721
1107	=	384	1173	=	683
1108	=	385	1225	=	684
1109 sq.		p. XLIX	1318	=	722)
1110		p. XXXIX	1537—1606		p. LIII
1111	=	284	(nisi quod		
1112	=	215	1538	=	786
1113	=	283	1544	=	890
1114	=	169	1545	=	891. p. LIII
1115	=	170	1552	=	896
1116	=	171	1553 sq.		p. XXXV
1117	=	185	1564	=	911
1118	=	94	1565	=	916)
1119	=	95	1607	=	11
1120	=	747	1608	=	7
1121		p. XXVIII	1609	=	15
1122	=	753	1610	=	83
1123	=	865	1611	=	255
1124	=	190	1612	=	244
1125	=	191	1613	=	8
1126		p. XLV	1614	=	630
1127	=	137	1615		p. LIII
1128	=	138	1615 a		p. XXXVI
1129	=	206	1616—1694	=	fasc. I p. V
1130	=	208	1695 sq.		p. XXXVI
1131	=	207	1697	=	773
1132	=	209	1698	=	774
1133	=	204	1699	=	775
1134	=	205	1700		p. XXXV sq.
1135		p. XLVI	1701	=	885
1136		p. XLIX	1702		p. LIII
1137	=	ib.	1703		ib.
1138	=	ib.	1704		ib.

0.